ILLVSTRI ET
VIRO, DOCTISSIMO
I. V. D. CLAVDIO
Rubys, Regio in Lugdunensi præ-
fectura Consiliario Ioannes
Baptista Regnault
S. P. D.

PRÆCLARE, mea quidem sententia, Aristoteles Peripateticorum Princeps & sensit, & scriptis testatum reliquit, magnam esse gratiam rei alicuius inuẽtori habendam: nam iuxta Hesiodum, ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς immo secundum Platonem, πλέον ἢ τὸ ἥμισυ: & longe plus laboris in modico illo excogitãdo primus auctor tulit, quã cæteri vniuersi in eo amplificando, atque locupletando sustinuerint. Quod si vni alicui, qui aliquod particulare bonum in orbem terrarum inuexit, tantum debemus: quantum vniuersæ antiquitati debebimus, quæ tantopere in variis excogitandis elaborauit, vt nobis posteris perfectam omnium artium



[illegible]de-

ſupellectilem relinqueret, nihílque ad omnibus numeris abſolutam ἐγκυκλοπαιδείαν deeſſet? Vtinam talis in nobis mens fuiſſet, vt, acquieſcentes maiorum inuentis, non alia quotidie noſtro Marte noua cudiſſemus: quæ ſint licet acuta illa quidem, adde etiã erudita; ſed nihil meo iudicio ad antiquos; quibus natura ingenium, quibus celeres ad inueniendum animi motus, quibus rotundum os, ad ea eloquenda, quæ feliciter excogitaſſent, profuſiſſime eſt elargita; nobis negans, & eſſe ita diſertis, & promptis ad ea enuntianda, quæ mente conceperimus. Verum humanum ingenium, vt eſt per ſe fecũdum, & ad noua ſemper, neglectis veterum inuentis, ſua Minerua architectãda procliue, non potuit aliorum veſtigiis inſiſtere; ſed ſemper quotidie prurigine quadã ſcripturiendi ardens, alia ex aliis parturit, vel potius ſuperfetat. Acceſſit & typographica ars, quæ, licet diuino nobis munere conceſſa, inſignes in humanum genus vtilitates importet, inter multa tamen bona id ſecum affert mali, quod non eſt exiguum, vt libidinem ſcilicet hanc, ſcripta antiquorum recentibus mutandi, cupidiſſimis alias hominibus magis incendat. Hinc factum eſt, quo tam multa quotidie in omni ſcientia-

rum

rum genere in publicum prodeant, vt nullus propemodum angulus variorum generum libris vacet, qui præterquam quod sæpe veterũ lucubrationibus (quas nocturna versasse manu, versasse diurna, nos oportuit) tenebras offundunt, sua multitudine lectorum ingenia, præsertim tyronum, quorum longe maximus est in omni facultate numerus, necessario obruunt: nam quis tantum otio, longæuitate, inexplebili cupiditate lectitandi, aliisque ad literarum studia necessariis abundat, vt vel centesimam scriptorum partem, alicuius tantum particularis artis percurrere legendo possit. Quare non pessime ij de re literaria meriti fuerint, immo eos arbitror, longe magis cęteris omnibus eam illustrare, qui non nouis inueniendis, ingenium exacuunt suum, sed potius in eo operam collocant (quod vt est vtilius, ita est multo difficilius) vt tam diuersa diuersorum inuenta, sparsim dissipata in vnum quasi corpus apto ordine redigãt, quidque suo loco disponentes, superfluis omnibus atque intricatis a tractatione reiectis. Hæc via, ratioque docendi quantum sit in omni scientia vtilis, pluribus in locis Plato testatum reliquit, & eius discipulus Aristoteles, qui propterea iam publice docendus

 cendus

certa, ac perſpicua capita digererent, cæteris omnibus Vulcano, aut eius vxori conſecratis. O factum bene! exemplũ ſæpe Principibus renouandum: Quod dum non fit, eſt neceſſarium, ſi nolimus vniuerſam iuriſprudentiã ſilueſcere, atque eo redigi, vt amplius, præ ſumma omnium perturbatione, eius facies nõ appareat, aliquem Iuriſperitũ exſiſtere, qui tot ſentes, quotidie ſubcreſcẽtes recidendos, tot rudera amouenda, atque adeo, Herculis inſtar, Augiæ ſtabulũ repurgãdum ſuſcipiat, ſi modo reperiri poſſit, qui præterquã quod ſit acutiſsimo ingenio pręditus, iuris vniuerſi ſit peritiſſimus, omneſq; eius fontes memoria contineat, tanta quinetiam Iuriſconſultorum ſcripta, vel moles potius euoluerit, aut deuorarit: atque is huiuſmodi facultatibus inſtructus, fauſtis tãdem auibus tãto operi manus admoueat, rebus particularibus, quæ ſub artẽ minime cadunt, ad pauciſſima genera reuocatis, materiis perturbatis ſuo loco digeſtis, omnibus ordine, lumine atque perſpicuitate allata, quod ſi minus pro votis ſucceſſerit, ſciat in magnis voluiſſe, ſat eſſe. Huiuſmodi homo ſi eſt vmquam repertus, omnium pene conſenſu noſtra memoria NICOLAVS VIGELIVS fuit, qui negotium ita deſperatum

tentauit

tentauit, ac in eo, doctiſſimorũ iudicio non inanẽ operã luſit, noua quadã methodo (non noua illa quidẽ, ſi ad antiquorum normã res exigatur, non autem ad vſitatos fori mores) reperta, qua quidquid de vtroq; iure dici poteſt, in certas claſſes diſtribuitur, ita vt, quod paullo ante in longe diſsitas partes erat diſſipatum, nũc in vnũ locum coactum ſit vnicuique εὐσιώνοπτον: nam pręcipuorũ virorum, penes quos eſt Romani Imperij adminiſtratio, & auctoritate impulſus, & præmiis inuitatus, opus quod iã diu ab omnibus ſummo pere expetebatur, aggreſſus eſt, ac, editis duobus libris, quibus methodo ius Ciuile pariter, ac Canonicũ tradidit, poſtremo tertio libro Ius vtrumq; Cõtrouerſum eadẽ methodo eſt proſequutus. Libelli ſunt parui illi quidẽ mole, ſed ingentẽ in ſe continent virtutẽ: nam & ſemen forma eſt exiguũ, ſed ſi arborem ex eo prodeuntem conſideraueris, maximum fateberis. Quare ex noſtra officina, ex qua optimos quoſque libros prodire ſtudemus, vtraque methodus & Ciuilis iuris, atque Canonici exiuit, ſed, vt ſit abſolutum opus, nunc & METHODVM IVRIS CONTROVERSI recudẽdam curauimus, quam nemini potius, quam tibi Iuriſconſultorum eruditiſſime, dicãdam duximus, nã tua exi-

mia in domũ noſtram officia aliquam compenſationem deſiderare videbantur. Quare hoc te exiguo munere proſequi volui, non quod exiſtimen eo me parem tibi gratiã retuliſſe, non ſecus ac χάλκεα ἀντὶ χρυσείων tribuiſſem, ſed vt ſit teſtimoniũ, quo omnes intelligant, me tibi eſſe obſtrictũ, nec tuorum in me, atque meos beneficiorum obliuionem me cepiſſe. Neque vero donum abs te alienum intelligo: nam tu, cum non infimũ locum in hac Lugdunenſi curia obtineas, vbi quotidie intricatiſsimæ controuerſiæ, ſi vſquam alibi, occurrunt; hinc habebis, vnde tam arti nodi ſolui facile poſsint. Adde, quod, cum ius ſit ars boni, & æqui, quæque doceat, quid in quaque re bonum virum facere oportet, illudque præcipue artifex præſtare debeat, vt re ipſa id repræſentet, cuius artem profitetur; tu, non cõtẽtus (vt multi faciunt) totam iuris diſciplinam mẽte comprehenſam habere, illud in primis ſtudes, vt moribus exprimas iuris te profeſſorem eſſe. Quare vniuerſam hanc ciuitatem videmus in te, tãquam in integritatis exemplar oculos habere defixos: Tu in piis operibus, quę ad Dei cultum ſpectant, non ſolum, vt in Iure initiatus, cuius eſt proprium, vnicuiq; reddere, quod eſt ſuum, ſed & tamquam ſa-

crorum

crorum antiſtes totus occuparis: Tu Catholicæ religionis, in his noſtris regionibus non parum afflictæ cum tui ſimilibus acerrimus es aſſertor: Ex tua domo veluti ab oraculo homines reſponſa petunt, non quibus ſuam deteriorem cauſſam legum calumniis meliorem oſtendant; ſed quid iuſte quiſque perſequi in iure poſſit; quomodoque ſuis contentus, ab alienis manus, oculos, & mentem abducat. His ergo cauſſis adductus, doctiſsimo Iuriſconſulto doctiſsimum Iuriſconſultum dico: munus exiguum illud quidem; fateor: ſed δόσις ὀλίγη τε, φίλη τε. Tu ergo pro tua humanitate ſuſcipe: quod ſi prompto animo ſuſceperis; næ id maximi nos beneficij loco ducemus. Vale. E noſtra Typographeia XVII. Kal. Quinctilis CIↃ IↃ LXXXI.

# AD SACRI ROMANI IMPERII ORDINES VNIVERSOS.

## NICOLAI VIGELII I. C. Præfatio.

*CVM animaduerterem, Viri Principes, cæteríque Imperij Proceres, hoc sæculo maiorem Eloquentiæ quàm Iurisprudentiæ rationẽ haberi, primáque iudicandi principia negari ab ijs qui se pro Iurisconsultis paßim venditant: animum ad scribendum conferebam, paternísque sumptibus Methodum Iuris ciuilis primùm conscribebam. Etsi autem, ea conscripta, meorum studiorum aliqua fuit habita ratio: tamen in Digestis, Methodóque iuris Põtificij conficiendis, præter labores summos, qui mihi exhauriendi fuerunt, etiam rei familiaris iacturam sustinui. Quæ res mihi in causa fuit, vt ante biennium edito publico scripto, similem operam in Iure*

*controuerso digerendo vobis obtulerim, sub hac conditione, Si ex ordine vestro reperiri queant, qui ad hoc Opus aliquid essent collaturi: ne mihi necesse esset, præter labores summos etiam rei familiaris iacturā in Iure excolendo facere. Hac pollicitatione mea publicè facta, licet nonnulli meos conatus despicerent: nactus tamen sum aliquos, qui eos nō omnino contemnendos existimantes, aliquid ad Opus institutum conferebant. Hi fuerunt, ex principibus quidem, Moguntinus, Treuirensis, Saxo, principes electores: Herbipolensis & Hildenshemensis, principes: ex ciuitatibus autem, Monasterium, Gelnhausium, Fridberga, Oppenhemum, Moguntia, Francofurtum, Hamelburgum, Lippa, Lemgouium, Corbachium, & nonnullæ aliæ. Quorum liberalitate recreatus, propositum Opus sum aggressus. Alij autē nonnulli spem solū faciētes, futuri Operis specimen desiderabāt. Quorū desiderio vt satisfaciā, aliquot authoribus, qui cōmunes & cōtrouersas Doctorum opiniones collegerunt, perlectis & in ordinem redactis, hāc Methodum tanquā futuri Operis specimē publicè exhibeo. Doctorū opiniones ac disputationes cum textibus vtriusque Iuris cōferendo locos vtriusque Methodi meæ, in quibus textus isti continentur, breuiter designo: opiniones ac disputationes Doctorum adijcio, locis, in quibus eæ ab authoribus referuntur, breuiter demonstratis: quid con-*

*trouersum*

trouersum sit, diligenter annoto. Quia eo cognito, quid certum sit facilè sciri poterit. Quanquam non ignoro, multis, qui se pro Iurisconsultis hoc sæculo gerunt, illud persuasum esse, nihil in Iu. e certum esse, omnia in controuersiam deduci posse. Quorum sententiæ congruit, quod Imp. Iustinianus Nouell. de Tabellionibus ait: Nihil in rebus humanis vsqueadeò semotum ab omni controuersia esse, tametsi maximam cum iustitia coniunctionem habeat, quod dubitationem & controuersiam non recipiat, si subtiliter animi curas intendas. At hæc subtilitas non Iurisprudentia nominanda est, sed Sycophantia, seu Iuris cauillatio & calumnia. de qua Menander: Leges (inquit) res sunt optimæ: sed qui nimis acutè inspiciunt eas, fiunt sycophantæ. Ab hoc calumniandi studio viri boni abstinere solent: cum bonæ fidei, quam omnes præstare decet, non congruat (teste Vlpiano) de apicibus Iuris disputare. Neque igitur certa, neque finita Iurisprudentia speranda est, quamdiu pro Iurisconsultis habentur ij, qui leges acutè magis ac subtiliter disputare atque in controuersiam rapere, quàm religiosè obseruare, & secundum eas negocia hominum iudicare, in animum inducunt. Ex hac enim Academica disputandi licentia opinionum pelagus suppullulat, quod totum penè Ius conturbat incertúmque reddit: nisi certa ratio, qua nos ex eo poßimus ex-

tricare

*tricare, adhibeatur. Huiuſmodi rationẽ aliquam conſcripſit, quam huic Methodo præfixi: prius remedium contra Scorpionis ictum exhibens, poſtea ſcorpionem ipſum exponens. Quanquam multa in hac Methodo continentur non controuerſa, ſed certa, & legibus definita: quæ tamen opinionibus, Doctorum, licet perperam, connumerantur. Nonnulla etiã in hac Methodo cõtinentur, quæ quamuis legibus ſpecialiter definita nõ ſint, tamen vnanimi Doctorum ſententia comprobantur, miniméque controuerſa ſunt: ſed probabilia magis quàm neceſſaria. Ideóque rectius Doctorum opinionibus, quàm legibus connumerantur. Secutus autem ſum in hac Methodo eundem ordinem ac modum, quem antea in vtriuſque Iuris ciuilis & Pontificij Methodo conſcribenda ſecutus eram: propoſitis enim regulis generalibus, poſtea earum exceptiones, ac harum replicationes & duplicationes ad ſpeciẽ directas ordine ſubieci. Quæ Iuris docẽdi ratio vtcũq; noua videatur, tamẽ veteribus Iuriſconſultis nõ fuit incognita, & forẽſibus diſputationibus eſt accõmodata: cũ in cauſis agendis ac defendendis excipi, replicari ac duplicari ſoleat: déq; huiuſmodi exceptionibus, replicationibus ac duplicationibus iudici iudicandũ ſit. Vtriſq; igitur, tam aduocatis cauſarum quàm iudicibus, hæc Iuris tractandi ratio in exceptionibus tum inueniendis, tum diiudicandis, magnum poteſt eſſe le-*

uamen

*uamen. Vt interim taceam, quòd ex hac Methodo quid certum, quid cõtrouersum in vtroque Iure sit, nec non ratio, qua iudex se ex hoc Iure controuerso extricare poßit, constare queat. Quòd si vobis hoc specimẽ probatũ iri sensero, alijs etiam pluribus, qui controuersas Doctorũ opiniones collegerũt, perlectis, Opus institutum absoluam. Quo absoluto, alteram meæ pollicitationis partem, Deo volente, aggrediar: qua pollicitus sum, me Ius vtrunque cum controuersis doctorum opinionibus ex triplici Methodo in vnum volumen breuiter contracturum. In quo Opere locos triplicis Methodi, ex quibus singulæ regulæ & regularum exceptiones absumptæ sunt, annotabo. Qua ratione non solùm facilem Iuris vtriusque cognitionem me effecturum spero, sed etiam inuentionem locorum in quibus singula confirmantur, promptam & expeditam, vt quod nunc multa volumina euoluentes magno labore vix inuenire possunt, hoc ope illius Indicis minori negocio reperire queant. Quòd si vobis hoc specimen, hique mei conatus non probabuntur, ad ordines & status Italiæ, in quibus fortè aliquid veteris Romanæ prudentiæ supererit, prouoco, eósque vt afflictæ Iurisprudentiæ succurrant, meósque conatus in veteri Romanorum Iurisprudentia recuperanda suis sumptibus subleuent, rogo.*

RATIO

# RATIO IVRIS CONTROVERSI CVM IVDICIO LEgendi, & in iudicando ſequendi.

IVS controuerſum appellamus, quod in opinionibus ac diſputationibus Doctorum conſiſtit: de quo in vtranque partem probabiliter dubitari contingit. Hoc à certo iure differt, quemadmodũ probabilis authoritas à neceſſaria. Siquidem certi iuris authoritas neceſſaria eſt, à qua iudici in iudicando recedere nõ licet. Inſtit. de officio iudicis, in prin. & l. ſi expreſſim. 19. ff. de appellationibus. Iuris verò controuerſi authoritas nõ eſt neceſſaria, ſed probabilis tantùm. Quam ſententiã Curtius Iunior conſ. 160 nu. 4. & conſ. 136. nu. 8. cõmunem dicit. Cui accedũt ea quæ tradit Franciſ. Viuius lib. 2 com. opinio. verſ. gloſſæ opinio. Hoc ius controuerſum originem ſumit ex interpretationibus Iuriſconſultorum, & ex diſputationibus fori. Legibus enim latis naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideret prudẽtum authoritatem, neceſſariámq; diſputationem fori: vt teſtatur Pomponius l. 2. §. his legibus ff. de origine iuris. Ex huiuſmodi interpretationibus ac diſputationibus controuerſum ius ſolet oriri. Cum enim naturalis ſit hominum ad diſſentiendum facilitas, l. item ſi vnus 17 §. principaliter. ff. de arbitris: ſæpe viri docti vel minimè mali opinionibus inter ſe confligunt: ne dicam de iis qui magis contentionis quàm veritatis auidi, ſtudio cuncta oppugnant, & argumentis ex longinquo deſumptis leges in prauos ſenſus detorquent. Quo vitio plerunq; Oratores laborant, & qui cauſas in foro defendunt. hi enim Academicorum inſtar omnia in dubium

rapiunt,& leges nunc in hãc,nunc in aliam ſententiam vincendi ſtudio detorquent:hoc enim perſuaſum habent,nihil tam firmum eſſe, quod non aliqua ratione poſſit labefactari,& dicendo ſubuerti.ideóq; iuri ſubuertendo quàm conſeruando magis ſunt idonei:quorũ finis eſt perſuadere,ſiue iuſtum ſiue iniuſtum ſit quod proponunt. Vbi ergo pro Iuriconſultis oratores in precio ſunt,ibi neque certum,neque finitum ius ſperare licet. Plurimum inſuper ius controuerſum auget nimia illa in diſtinguẽdis legib. facilitas qua interpretes iuris laborãt.Falsò enim perſuaſum habent,Ius & iuris exceptiones non ſolùm ex legibus, ſed etiam ex regulis generalibus & argumentis vndecunque deſumptis conſiſtere: cum tamen (vt Paulus Iuriſconſultus ait) ex regulis ius nõ ſumatur,l.1. ff.de reg.iur.& omnis exceptio (vt Imp. Iuſtinianus ait) aut ex ciuili, aut prætorio iure deſcendat, Inſtit.de exceptionib.§.hæc exempli,in fine. Hoc nõ attendentes iuris interpretes,leuibus ſæpe rationib.leges diſtinguunt,& exceptiones aduerſus eas cõminiſcuntur,quæ poſtea ab aliis impugnantur. Vnde non minima iuris controuerſi portio profecta eſt. Hiſce rationib.creſcit opinionum pelagus, quod ( vt Fichardus noſter ſcribit ) in dies magis magíſque in nobiliſſimam artem boni & æqui ita exundat vt eam penè totã obruat & obſcuret. Quam rem Minſingerus etiam in præfatione ſuarum Obſeruationum deplorat nec immeritò, cùm iſta iuris incertitudo incertũ Rerũpublicarum ſtatũ efficere,& magnam Imperiorũ mutationem portendere ſoleat.Vnde ius hoc non tam portio, quàm deſtructio iuris ciuilis videri poteſt.Siquidẽ in iure ciuili ( vt Cicero lib.1.de Oratore teſtatur) docemur non infinitis,cõcertationúmq; plenis diſputationibus, ſed authoritate nutúq; legum. At ius controuerſum non ineptè comparatur Oceano, in quo nauigantes fluctibus nunc huc, nunc illuc impelliũtur. In hoc iuris Oceano multi etiã præclaris ingeniis præditi naufragiũ fecerunt & cum poſt multos labores exhauſtos, ſumptúſq; magnos factos, viderent ex iſto iure incerto certã ſcientiam ſe conſequi non poſſe, ſtudiũ iuris deſeruerũt.Et ſanè niſi iudex certã rationẽ norit, qua ſe ex hoc iure incerto extricare poſſit:qui cauſas ſuas eius iudicio cõmittunt,perinde faciunt ac ſi ludant teſſeris, ſuáſque fortunas cõmittant aleæ. Vnde ſummopere cogitandũ quibus rationibus nos ex iure cõtrouerſo extricare poſſimus

Imperator

Imperator sanè Iustinianus, cum videret antiquioribus quoque temporibus per contrarias interpretantiũ sententias totum penè ius conturbatum esse, prohibuit suis libris commentarios applicari, l. 1. §. nostram autem. & l. 2. §. hoc autem quod. C. de vetere iure enucleando. Sed id obtinere sua constitutione non potuit. Veteres Imperatores vt ius controuersum euitari posset, Iurisconsultis interpretandi facultatem ademerunt, ac sibi vendicarunt. Sic enim l. 1. C. de legib. Imp. Constantinus: Inter æquitatem (inquit) & ius interpositam interpretationem nobis solis & oportet & licet inspicere. item l. leges. 9. C. eod. tit. Impp. Valentinianus & Martianus: Si quid (inquiunt) in legibus latum fortasis obscurius fuerit, oportet id ab Imperatoria interpretatione patefieri, duritiámque legum nostra humanitate incongruam emendari. item l. vlt. in fine. C. eod tit. Imp. Iustinianus: Tam cõditor (inquit) quàm interpres legum solus Imperator iustè existimabitur. Quibus accedit etiam l. cum de nouo. 10. C. eod. tit. l. 2. §. sed quia diuinæ. & §. si quid verò. C. de vetere iure enucleando. Nouell. 143. in prin. Vnde iudices olim in dubiis causarum quæstionib. Imperatores consulebant. Nouell. 82. §. penult. & Nouell. 113. §. cæterùm si iudici. Hæc ratio si in vsu fuisset retenta, ob ius controuersum non laboraremus. Sed nec desperandum esset, si in vsum reuocari posset, vt ij penes quos est legum ferendarum potestas, etiam interpretandarũ legum potestatẽ exercerent, iúsq; controuersum sũis constitutionibus definirent. Quod Carolus V. in hac quæstione, Vtrum filij fratrum, cum sunt soli, defuncto patruo in stirpes, an in capita succedant? faciens, maximam Doctorũ controuersiam diremit: cuius Minsingerus in d. sua prefatione mentionẽ facit. Hoc si in reliquo iure controuerso fieret, certam finitámque Iurisprudentiam haberemus. Sed dum hoc fiat, de aliis rationibus nobis cogitandum est, quibus cum iudicio in iure controuerso versari possimus.

Pleríq; putant in iure controuerso communiorẽ opinionem sequendam esse. Viu. lib. 1. com. opin. in vers. iudex in iudicando. Quorum sententia, præterquam quòd de hoc ipso frequenter dubitari solet, quæ sit communior opinio, etiam est contróuersa. Imp. sanè Iustinianus l. j. §. sed neque. C. de vetere iure enucleando: Neq; (inquit) ex multitudine authorum quod melius & æquius est iudicatote: cum possit

vnius forſitam & deterioris ſententia & multos & maiores aliqua in parte ſuperare. Et Zaſius lib.2.Reſponſorum,cap. 1.communem opinionem ſæpenumero falſiſſimam inuentam eſſe teſtatur. Quem ſequitur Fichardus in additionibus ſuis ad communes opiniones Baptiſtæ à Villalobos, in verſ. filia ſemel excluſa. Sed & quæ aliquando fuit communis opinio,poſtea communis eſſe deſiit, & ex non communi facta eſt communior: vt refert Iul. Clar.in §. teſtamentum. quæſt. 77. verſ. contrariam verò. ibi: dicit etiam Socinus. Ideóque nonnulli cenſent,opinioni communi probabilem tantùm,non neceſſariam authoritatem ineſſe. Nam Iaſon in l cum prolatis.ff.de re iudicata:& Ripa in l.qui Romæ.§ duo fratres,in 6. oppoſito Bart.ff. de verb.obligat. aſſerunt, ſententiam contra communem opinionem latam mero iure valere propter conflictum opinionum, hancq; opinionẽ eſſe communem. At ſentẽtia contra ius certum lata ipſo iure nulla eſt,d.l. ſi expreſſim.ff. de appellationib. & l.1.§. item cum contra.ff. quæ ſententiæ ſine appellat.reſcind Controuerſum igitur & hoc eſt,communiori opinioni neceſſariam authoritatem tribuendam eſſe. Sed etſi demus,ſententiam eorum qui communi opinioni neceſſariam tribuunt authoritatem, minimè controuerſam eſſe:quid tunc ſequendum erit,cũ(quod ſæpius contingit)dubitatur quę ſit communior opinio? Hoc caſu alij alias regulas præſcribunt, de quibus tamen inter eos non ſatis conuenit. Alij putant, in iure controuerſo ſententias ponderandas, non numerandas eſſe:quod & ipſum incertum eſt,cùm aliis aliud magis probabile videatur. Omnium certiſſima regula videtur eorum, qui putant, per diſtinctiones ad concordiam opiniones redigendas, & eorum opinionem, qui diſtinguunt, cæteris præferendam eſſe. Dd. allegati per Riminald. in Inſtit. de donationibus,in prin.nu.23. Sed vtcũque regula hæc omniũ certiſſima videatur: tamen negari non poteſt, ipſas diſtinctiones ſæpe æquè incertas eſſe,ac ius ipſum,cui diſtinguẽ[illegible] adhibentur: & in huiuſmodi diſtinctionibus ſæpe ſatis [illegible] non poteſt,quid regulariter,quid per exceptionem [illegible] ſit:quod vtique non eſt ignorandum,ſi certam iuriſ[illegible] habere velimus. Vt interim taceam,per huiuſ[illegible]nctiones ius quodammodo reddi infinitum. Ve[illegible],ne ex incerto fiat incertius. Nam apud Gabrielũ [illegible] re licet,iuris controuerſi vtranque partem diſtingui,

gui, hoc modo: Si placet hæc opinio, tunc distingue sic: sin illa, tūc ita distingue, &c. At videtur absurdum distinctionibus vti, antequam de regula conueniat: cum distinctio regulæ sit distinctio. Ideoque si regula incerta est, distinctiones certæ esse nequeunt: cum accessorium sequatur naturam sui principalis c. accessorium. de reg. iur. in Sex. Hisce præmissis, quæ mihi videantur certiores rationes in iure controuerso legendo ac diiudicando sequendæ, per duas regulas earumque exceptiones ostendam.

In primis itaque referre puto, vtrum causa, de quā controuertitur, ordinaria sit, an extraordinaria. Ordinariam appello, quæ ex speciali aliqua lege, de cuius interpretatione controuersia est, pendet. Extraordinariam, quæ nulla speciali lege definita, iudicantis arbitrio relinquitur. Legē autem specialem appello, qua actio, exceptio, replicatio, vel simile aliquod ius introducitur: non regulas vniuersales, ex quibus (vt suprà ostensum est) ius non sumitur. De controuerso iure ordinariarum causarum prius dicam: postea de cætero.

I. Regula: Quod igitur ad ordinarias causas attinet, si lex aliqua specialis, ex qua causa ordinaria pendet, à Doctoribus in controuersiam vocetur: regulariter quidem contra eum qui se in istiusmodi iure controuerso fundat, siue agendo, siue excipiendo, siue replicando, siue duplicando id fiat, respondendum ac iudicandum erit. Quod enim dicitur, actorem suam actionem & replicationem, reum suam exceptionem ac duplicationem probare teneri: non de facti solùm, sed etiam de iuris quæstionibus intelligendum est: vt si de iure actionis, exceptionis, replicationis vel duplicationis propositæ controuersia sit, ei qui se in isto iure fundat, probatio iniungatur. l. ab ea parte 5. ff. de probationib. Non autem probata dici potest actio, exceptio, replicatio vel duplicatio, cuius ius adhuc apud Doctores cōtrouertitur: cum in d. l. ab ea parte, Papinianus probationē quæ fiat aliqua certa ac speciali lege vel constitutione, in huiusmodi quæstionib. requirat. Nec dicendum est, Quemadmodum in facti quæstionibus, cùm testes contraria inter se deposuerint, licet iudici, quod sibi credibilius videtur, sequi, l. ob carmen. 21. §. si testes. ff. de testibus: ita etiā in iuris quæstionibus ordinariarum causarum Doctoribus inuicē discrepantibus, licere iudici quod sibi æquius vel melius videtur

detur ſequi. cum facti quidem quæſtio in arbitrio ſit iudicantis: iuris autem authoritas non ſit l. ordine. 15. ibi: cum facti quidẽ. ff. ad municipalem. & l. 1. §. 1. ibi: nam vt Papinianus. ff. ad S.C. Turpil. & in iure paria ſint, aliquid definitum non eſſe, & controuerſum ſeu incertum eſſe. l. de ætate. 11. §. nihil intereſt. ff. de interrogat. action. vbi Vlpianus: Nihil (inquit) intereſt, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, vt incertum dimittat interrogatorem. Cui accedit diſtinct. 12 c. illa autem. §. alia verò quæ, & §. fin. & quod Cicero lib. 1. Off. de iuſtitia inquit: Rectè (inquiens) præcipiunt, qui vetant quidquam agere, de quo dubites æquum ſit, an iniquum. Nam æquitas ipſa lucet per ſeſe: dubitatio autem ſignificat cogitationẽ iniuriæ. Huc etiam pertinet quod dici ſolet, caſum à lege ſpecialiter nõ expreſſum pro omiſſo eſſe habendũ. l. ſi verò. 64 §. de viro ff. ſoluto matrimonio. l. commodiſſimè 10. ff. de liberis & poſthumis. & ibi Doctores. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff eod. tit. cum traditis per Decium conſ. 394. col. 3. & Socin. conſ. 5. in prin. vol. 3. Item huc pertinet, quòd in controuerſa exceptione certæ legi ſeu regulæ ſtandum ſit. l. 1. §. ſi quis nauem. verſ. in re igitur dubia ff. de exercitoria actione. l. non aliter. 67. ff. de leg. 3. l. de precio. 10. ff. de Publiciana in rem actione. In dubio enim ſemper ſpecialia generalibus ineſſe præſumuntur. l. ſemper. 190. ff. de reg. iuris. Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, concluſ. 4. & de legibus, concluſ. 1. Si itaque dubia ſit exceptio, qua mater à filij hæreditate excluditur, ea attẽdenda non eſt. Baptiſta à Villal. in litera M. 28. Item ſi dominus feudum tanquam ſibi apertum repetat hac ratione, quòd vaſallus intra triennium non ſoluerit canonem: quia ius huius actionis controuerſum eſt, per ea quæ in tractatu meo feudali cap. 5. quæſt. 1. cauſa 40. collegi: dicendum eſt, actionem propoſitam non eſſe admittendam. Similiter ſi fideiuſſor à creditore ad ſoluendum pro debitore conuentus, obiiciat exceptionem hanc, quòd creditor debitori tempus ſolutionis ſine ſuo conſenſu prorogauerit: ideóque ſe liberatum eſſe affirmet: quia ius huius exceptionis controuerſum eſt, per ea quæ tradit Franciſ. Viu. lib. 2. com. opin. in verſ. fideiuſſor eius. & Gabriel. lib. 3. de fideiuſſoribus, concluſ. 3. dicendum, hanc exceptionem tanquam cõtrouerſam non eſſe attendẽdam. Similiter ſi aduerſus actionem ex donato exceptione oppoſita, quòd donatio à patre filio facta

ſit,

sit,& ob id non subsistat:replicetur,donationem istam iuramento firmatam esse: quia replicatio hæc controuersa est, per ea quæ tradit Gabriel.lib.3.de donationibus, conclus.4. dici debet,hanc replicationem esse reiiciendam. Sic etiam, si actione ex testamento ad legatum soluendum instituta,& exceptione opposita; quòd testamentum istud ob iniquam exhæredationem vel præteritionem liberorũ non subsistat, quæ exceptio elidatur replicatione iuris noui, quo tantùm infirmatur testamentum quoad hæredis institutionem, & quoad legata valeat: si aduersus hanc replicationem à reo duplicetur;in testamento paterno:non materno,isti replicationi locum non esse:quia duplicatio hæc controuersa est, per ea quæ tradit Iul. Clar.in §.testamentum,quæst.52. vers. & quia hæc materia,cum vers.sequente.dicendum est, hac duplicatione non attenta; reum ad solutionem legati condemnandum esse. Idem de aliis huiusmodi controuersis quæstionibus dicendum,vt in hisce regulariter contra eum sit iudicandum,qui se in iis fundat.

Quæ tamen regula suas etiam habet exceptiones, quarum prima hæc est:Nisi is qui se in iure cõtrouerso fundat, præsumptionem iuris pro se habeat,hoc enim casu, quemadmodũ in facti quæstione præsumptio probandi onus in aduersarium transfert, ita etiam in iuris quæstione pro eo iudicandum est,pro quo ius præsumit.l generaliter.24.§.sed etsi ita, in fine.ff. de fideicom.libertatib.l. cum de indebito. 25.§. si verò ab initio.ff. de probationibus. Curtius Iunior cons.90.num.3.Gigas de pensionibus,quæst.9.in fine.Frãcis. Viuius lib.1.comm.opin.in vers.feudalis res.num.2 Gabriel. lib.1.de Probationib.conclus.6.num.4.Proinde cum quis de feudo nouo inuestitus decessisset, nullis relictis liberis, sed solùm adgnatis transuersalibus,qui feudum successionis iure vindicabant:si excipiendo his obiiciatur, quòd feudum nouum ad agnatos transuersales successionis iure non transferatur: hique replicatione hac vtantur, quòd in inuestitura pactum interpositum fuerit, vt feudum nouum antiqui & paterni feudi naturam obtineret: quamuis ius huius replicationis, an videlicet istiusmodi pactũ valeat, à Doctoribus controuertatur,vt testatur Iul. Clar.in §.feudũ, quæst.8.vers.sed hic occurrit:dicendum tamen, pro replicatione proposita iudicandum esse: quia in dubio quodlibet

pactum præsumitur de iure subsistere, nisi contrarium probetur. d. l. ab ea parte. 5. ff. de probationibus. Similiter, si aduersus actionem ex testamento excipiatur, quòd mulier testis testamenti factioni interuenerit, cuius persona subtracta, non sit plenus testium numerus: quamuis ius huius exceptionis sit controuersum, nonnullis dicentibus ius ciuile hoc casu à iure pontificio mutatum esse, & ita mulieres in testamento testes adhiberi hodie posse, vt refert Iul. Clar in §. testamentũ, q. 55. vers. sed quid si testamentum. tamen secundum exceptionem propositam iudicandũ est: quia mutatio iuris non præsumitur, nisi probetur. l. 3. & l. eum qui 22. ff. de probationibus. l. sancimus. 27. in prin. C. de testamentis. Idem dicendum de exceptione quæ aduersus ex stipulatu actionẽ opponitur, quòd stipulatio alteri facta non subsistat. quamuis enim & hoc casu nonnulli ius ciuile per ius canonicum mutatum esse asserant: tamen quia hæc mutatio est controuersa, vt refert Emanuel Soarez in Thesauro receptarum sententiarum in litera A. num. 175. neque mutatio præsumatur, nisi probetur. dicendum est, exceptionem istam vtcunq; controuersam admittendam esse. Hoc etiam de aliis controuersis intentionibus, pro quibus est iuris præsumptio, dici debet. Proinde præsumptionũ regulæ ei qui ex iure controuerso fœliciter se extricare volet, non sunt ignorandæ, quas libro tertio Dialectices meæ, copiosius cũ suis exceptionibus exposui. Ex quo loco patet, præsumptionum alias legitimas esse, alias arbitrarias item præsumptionum regulas interdum sibi contrarias esse, vt non satis appareat quid magis sit præsumendum. Quo casu itidem distinguendum est inter causas ordinarias & extraordinarias: vt in causis quidem ordinariis nõ nisi certis ac indubitatis præsumptionibus inhæreamus, in aliis autem dubias præsumptiones arbitrio iudicis relinquamus. Sit ergo aduersus propositam primã exceptionem replicatio prima hæc: Nisi præsumptio iuris dubia sit & incerta: hoc enim casu præsumptione ista posthabita, contra eum qui intentionem suam in iure controuerso fundat, iudicandũ erit. Quod etiam in facti quæstionibus à Doctoribus admittitur. Nam quamuis quis viuere præsumatur vsque ad centum annos: quia tamẽ hæc præsumptio controuersa est, per ea quæ tradit Francis. Viuius lib. 2. comm. opinion. in verbo Viuere: ideo communis opinio est, contra eum qui vitam pro fundamento

damento allegat, nisi vitam probauerit, iudicandum esse: vt refert Baptista, à Villalobos in comm. opin. in verbo. Vitam allegans. Idem dicitur de minori & maiori ætate apud Viuium lib. 1. in litera E. in verbo Aetas debet probari. Sic etiam probatio incumbit dicēti pauperem aut diuitem. Vill. p. 309. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi specialis lex in cōtrariū extet. hoc enim casu præsumptio quasi contraria probatione elisa non adiuuat agentem vel excipientem. de qua replicatione dicetur j. except. prox. repl. 1. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sint dicta: cuius tamē species videri possunt exceptiones aliquot sequē-tes. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis speciali lege suam intentionē, puta actionē, exceptionē, replicationem, vel duplicationē probauerit. hoc enim, casu quamuis ius istius actionis, exceptionis, replicationis vel duplicationis sit controuersum: tamē pro lege speciali in dubio presumitur. ideoq; secūdum eum qui se in iure controuerso fundat, iudicandum. Solent enim interdum Doctores, cum leges illis duræ videntur, æquitatis velamēto ab iis recedere, eásq; in dubiū vocare. Verùm vt leges nō facilè distinguē-dæ, ita multo minus mutādæ sunt, vtcunq; nobis iniquæ videantur: cum vincula sint Rerumpublicarū & iis laxatis facilè disciplina publica collabatur. Sic in l. prospexit. 12. in prin. ff. qui & à quibus manumissi, Vlpianus: Hoc (inquit) perquā durū est, sed ita lex scripta est. Nō mutauit legē Vlpianus (nec enim potuit:) sed quāuis durā, tamen obseruandam credidit. Cui etiam accedit l. non omniū. 20. cum l. sequente. ff. de legib. l. si ita. 51. §. si. ff. ad l. Aquiliam & l. 2. C. de crimine sacrilegij. At quia hæc à Doctoribus obseruata nō sunt, interdū ius aliquod speciale lege approbatum in controuersiā deduxerunt. Sic cùm fœminis, quæ aliâs à feudi successione submouētur, cōcessum esset, vt ex speciali pacto in feuda succedere possent, c. vlt. in fine. de feudo Marchiæ vel ducatus: & cōtra hoc ius speciali lege exceptio introducta esset hæc: Si fœmina semel per masculū esset exclusa, ꝙ tunc etiā deficiente masculo nō adiuuaretur pacto de succedendo, c. quinetiā. Episcopum vel abbatem: exceptio hæc quibusdā dura visa est, ideoq; magis reprobandā quàm approbandā eā esse cēsuerunt. alij cōtrà pro speciali lege stantes, eam approbarunt. Vnde exceptio hæc cœpit esse controuersa, vt refert Tuiz. opinion. 162. & Fichard. in additionibus

tionibus suis ad communes opiniones Baptistæ à Villalobos, in versic. filia semel exclusa. Dicendum itaque est, secundum hanc exceptionem, tanquam speciali lege approbatam, quamuis controuersa sit, & dura videatur, iudicandum esse. Quanquam rectius æstimanti ne dura quidem videri potest. Nam cum feuda veteribus nihil aliud fuerint quàm militiæ seu officia publica, vt alibi ostendi: & fœminæ ab omnibus officiis publicis sint remouendæ, l. fœminæ secunda. ff. de regulis iuris: potius durum debet videri pactum, quod fœminas contra ius publicum ad huiusmodi officia publica admittit. Ideóque si non in totum improbandum, saltem per occasionem restringendum fuit, vt feudum ad naturam suam reuerteretur. Similiter cum ius hoc, quo liberis vasalli successio in feuda defertur, exceptionem reciperet in liberis clericis, speciali lege approbatam, nimirum c. vnico, in fine. de feudo fœminæ: exceptio hæc nonnullis dura visa est, ob id eam contra expressum iuris textum in controuersiam vocarunt: vt testatur Curt. Iunior in tractatu feudali, parte 3. de successione descendentium, num. 13. cum sequentib. & Iul. Clar. in §. feudum, q. 78. Fichard in addit. suis ad com. opin. Baptistæ, à Villalobos, in litera F. post num. 29. in fine. Sed quia speciali lege exceptio hæc approbatur, secundum eam, licet controuersam, iudicandum est, nisi consuetudo in contrarium probetur. Idem dicendum, si inofficiosi querela instituta, & exceptione opposita, quòd actori legitima in testamento sit relicta, replicatio hæc obiiciatur: quòd non titulo institutionis fuerit relicta. Licet enim replicatio hæc à Doctoribus controuertatur, tanquā iure canonico mutata, vt testatur Baptista à Villal. in com. opin. in verbo Legitima necessariò. & Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 38. in prin. quia tamē replicatio ista speciali lege approbatur, & mutatio non præsumitur, pro ea iudicandum. Planè iam dictæ secundæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi contraria quoq; opinio speciali aliqua lege nitatur: nam hoc casu in legum conflictione potius iuxta regulam propositam contra eum iudicandum erit, qui suam intentionem in controuerso iure fundat. Veluti clericus vasallus ratione feudi ad dominum feudi in ius vocatur. Reus excipit, quòd non nisi apud ecclesiasticū iudicem conueniri possit? Controuersa est hoc casu exceptio hæc, Vtrum in causa feudali dominus feudi, an

an ecclesiasticus iudex clerico vasallo competens sit? Curtius Iunior in tract. feudali parte 7. num. 15. & Iul. Clar. in §. feudum, quæst. 90. versi. sed quid si vasalli. Pro vtraque parte non desunt leges, quibus vtraque opinio videtur confirmari, vt meritò dubitari possit, quid hoc casu sit præsumẽdum, Nam regulariter quidem, si inter duos vasallos de feudo contentio sit, dominus feudi iudex competens definitur, ca. Imperialem. §. penul. de prohibita feudi alienatione per Fridericum, nec distinguitur vtrum clerici, an laici vasalli sint, nec ergo à nobis distinguendum videtur. Ex aduerso tamen etiam definitur, quòd clerici non nisi apud ecclesiasticum iudicem conueniri possint, cap. 2. de foro competenti. & cap. 2. eod. tit. in 6. cap. at si clerici. 4. de iudiciis. nec distinguitur, vtrum de feudo, an de alia re contendatur. In hac legum conflictione contra fori præscriptionem à clerico in causa feudali oppositam, vtcunque speciali lege videatur approbata, iudicandum est. Similiter cum adgnati feudum defuncti vasalli successionis iure petunt, eísque obiicitur exceptio hæc, quòd vltra septimum gradum primo adquirenti sint cognati, ideóq; à successione repellendi: hæc exceptio apud Doctores est controuersa, vt tradit Iul. Clar. in §. feudum, quæst. 79. versic. difficultas. & Mising. cent. 2. obseruat. 95. & licet speciali lege nitatur: cum tamen de ea re duo textus extent sibi inuicem contrarij, vt non satis appareat vter alteri deroget: dicendum est, exceptionem istam tanquam controuersam admittendam non esse. Idem dici debet, si aduersus testamentum excipiatur, quòd in eo suus hæres sub cõditione quæ in eius potestatem non est, scriptus sit: ideóq; iniustum sit testamentum. Nam hæc exceptio controuersa est, vt testatur Iul. Clar. in §. testamentum, q. 19. vers. sed quæro. Et licet speciali lege approbetur, nimirum l. Lucius. 81. ff. de condi. & demon. & l. si pater. 4. C. de instit. vel substit. tamẽ ex aduerso extat l. quoniam. 32. C. de inoffic. testa. quæ conditiones institutionib. istiusmodi adiectas, pro non adiectis habet, & tanquam posterior priorib. legibus videtur derogare. Ideóque exceptio ista hodie non est admittenda. Idem etiam dicendum de hac controuersia, si duobus feudum à Principe datum sit, vtrum inter eos sit ius adcrescendi? quam refert Iul. Clar. in d. §. feudum, quæst. 77. versi. scias tamen. Nam licet affirmatiua sententia videatur subsistere ex l. vnica. C. si liberalit. Imp. libr. 10. tamen negatiua etiam

subsistit

subsistit ex cap.1. §. & quia vidimus. ibi: sin autem vnus. de his qui feuda dare poss. Ideóque contra eum iudicandum erit, qui suam intentionem in hoc iure controuerso fundat. Planè propositæ replicationis duplicatio est: Nisi contraria lex generalior, altera magis ad speciem directa: vel contraria prior, cui per alteram tanquam posteriorem derogatum sit. hoc enim casu, quia præsumptio est contra legem contrariam, replicationi propositæ locus non erit, per ea quæ s. exceptione prima sunt adducta. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi lex obscura sit, nec apertè id de quo quæritur, caueat. hoc enim casu is qui proposita exceptione vtitur, iure controuerso non adiuuatur. distinct. 12. cap. illa autem. §. alia verò quæ. & §. fin. Veluti aduersus contractum emphyteuticum opponitur exceptio hæc, quòd scriptura non interuenerit. quæ exceptio est controuersa, vt testatur Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 4. Licet autem videatur subsistere ex l. 1. in princ. ibi: scriptura interueniente. C. de iure emphyteutico. quia tamen verba hæc non apertè exceptionem propositam confirmant, sed argumento à contrario sensu desumpto, quod sæpe fallere solet, cùm istiusmodi verba non semper conditionis vim habeant, vt l. vlt. §. fin. ff. de iuris & facti ignorantia. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi armata, &c. meritò exceptio hæc in controuersiam deducta est: ideóque non attendenda. Similiter aduersus consuetudinem exceptio hæc, si consuetudo in contradictorio iudicio non sit firmata: controuertitur à Doctoribus, vt testatur Francisc. Viuius lib. 1. versic. consuetudo debet. item Turz. opin. 9. num. 1. & opin. 153. Baptist. à Villalobos in litera C. nu. 184. cum addit. Emanuel Soarez in litera C. num. 282. Ideóque non admittenda, vtcunque videatur subsistere ex l. cum de consuetudine. 34. ff. de legib. cum lex ista exceptionem illam non apertè approbet, sed possit videri consilium dare de consuetudine probanda. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi lex, qua opinio controuersa subsistere videtur, vim potius regulæ habeat, quàm legis. Nam ex regulis (vt suprà ostensum) ius non sumitur. Et istiusmodi regulis aliæ regulæ facilè obiici possunt, & argumenta contrariis argumentis elidi. Multa enim probabilia inter se contraria sunt, vt Aristoteles testatur. Ideóque legibus specialibus, non rationibus generalibus in causis ordinariis certandum est. Alioquin si argu-

si argumentis & rationibus generalibus ius constituere & leges distinguere liceret: neque certum, neque finitum ius esse posset, contra l. in omni parte. 2. ff. de iuris & facti ignor. Siquidem nulla lex tam firma esset, quæ non aliqua ratione vel distinguendo saltem posset labefactari. Quanquam Doctores sæpe ex leui occasione leges distinguere solent. Vnde non minima Iuris Controuersi portio profecta est, vt, suprà etiam dictum. Ideoque quemadmodum ius actionis, ita quoque ius exceptionis, replicationis ac duplicationis speciali aliqua lege vel cõstitutione probari oportet: vt s. quoque ex l. ab ea parte 5. ff. de probat. ostensum est. Hæc de altera propositæ regulæ exceptione, eiúsque replicationibus sint dicta. Tertia exceptio est: Nisi euidens sit æquitas pro eo qui suam intentionem in iure controuerso fundat, quæ nullam admittat dubitationẽ seu controuersiã: vel licet cõtrouersiam recipiat, tamen manifesta sit contrariæ sententiæ calumnia. hoc enim casu actio, exceptio, replicatio, duplicatio, &c. quãuis controuersa, vel lex aliqua specialis deficiat, potest admitti. l etsi nihil. 143. ff. de regulis iuris. l. diuus. 8. ff. de in integr. restitut. l. 2. ff. de constitut. principum. Sic l. 2. §. quanquam. ff. de aqua pluuia arcenda, admittitur actio ex sola & euidenti æquitate. Sic etiam, quamuis iudex inquirere ac punire officio suo crimen possit: tamen si læso nec actio, nec accusatio eius criminis nomine competat, puta bannito vel simili, dicendum est exceptionem obstare. Quæ exceptio quamuis controuersa sit, vt testatur Iul. Clar. in §. fin. quæst. 50. versic. vlt. tamen. cum pœnam non mereatur quod lege fit permittente, l. Gracchus. 4. C. ad leg. Iul. de adulteriis: manifesta videtur aduersæ partis calumnia. Sic quòd dormiens aliquem occidens à pœna homicidij excusetur, euidentem habet æquitatem. Iul. Clar. d §. fin. quæst. 60. versi. quæro etiam. Sic denique, si aduersus accusationem publicam opponatur exceptio hæc, quòd nondum cõstet, an crimen commissum sit: quamuis specialis lex deficiat, tamen propter euidentem æquitatem exceptio hæc communi opinione approbata est admittenda. Quam testatur Iul. Clarus in § fin. quæst. 4. in prin. & quæst. 52. in prin. & versi. præterea item quæst 66. in prin. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi is iudicet, qui non simplicem iurisdictionem, sed imperium habet, legésque pro suo arbitrio figere ac refigere possit: hic enim in iure controuerso

quam

quam velit opinionem sequi potest, eámque pro lege vniuersali constituere. Sic videmus veteres Imperatores, huiusmodi iuris quæstionibus oblationis, sæpe pro eo qui se in iis fundaret, rescripsisse. quod ex iure notius est, quàm vt probatione vel declaratione indigeat. Vnum tamen exemplum adducere libet ex l. antiquæ. 23. C. ad S. C. Velleianum. vbi cùm aduersus exceptionem Senatusconsulti Velleiani replicatum esset, Si non mulier aliquo accepto intercessisset, eáque replicatio controuersa esset: Imp. Iustinianus, ista controuesia oblata, replicationem approbauit: & sic pro eo qui se in controuersa ista replicatione fundabat, constituit. Sed hæc potestas non est concedenda ei qui simplicem habet iurisdictionem: hic enim nõ aliter iudicare debet, quàm legibus, constitutionibus & moribus proditum est. Instit de officio iudicis. in prin. Ideoque vbi lex non distinguit, ibi nec ipse distinguere debet. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi pro sententia eius qui se in controuerso iure fundat in simili casu ab Imperatore, vel eo qui locum Imperatoris obtinet, fuerit iudicatum: hoc enim casu, quia sententia imperialis vim legis obtinet, per l. vlt. C. de legib. meritò secundum eum qui se in controuerso iure fundat, iudicandum erit, per ea quæ s. except. 2. dicta sunt. Imperialis autem sententiæ authoritatem obtinet, quod in iudicio Cameræ Imperialis fuerit pronunciatum. Qua ratione motus superiori anno in hac controuersia, Vtrum aduersus annuam præstationem præscriptio currat, necne? pro ea parte, quæ se in hac controuersa exceptione fundabat, quamuis hæc sententia mihi dura videretur, in quadam causa respondi. Quoniam Minsing. Cent. 3. obseruat. 13. testatur, hanc opinionem aliquot vicibus in Camera comprobatam esse. Sexta exceptio est. Nisi de significatione alicuius vocabuli in lege positi apud Doctores controuersia sit: hoc enim casu iudicis arbitrium est, vt is pro qualitate personarum & causæ æstimet quæ significatio potius sit sequenda. Sic cum c. potuit. extra de locato, cautum sit, Emphyteutam, qui non soluerit canonem, posse celeri satisfactione moram purgare: & controuersia Doctorum esset, quæ diceretur celeris satisfactio: hæc res arbitrio iudicis tandem est relicta, vt refert Iul. Clar. in §. emphyteusis. quæst 8. versi. quando autem. Item cum sentẽtia de antiquo lata dicatur habere præsumptionem pro se, quamuis solennium & actorum nulla in ea

facta

facta sit mentio: & controuersia Doctorum esset, quæ sententia de antiquo lata dicatur: tandem hoc arbitrio iudicis definiendum est relictum, vt refert Viu.lib.1 com.opinio.in verbo Sententia iudicis, num.4.cum quatuor sequentibus. Sic etiam quis dicatur pubertati proximus, post multam controuersiam arbitrio iudicis relinquitur. Viu.d.lib.1.versi. pubertati proximus. Item cum controuersia esset de vocabulo Noctis in statuto posito, tandem id relinquitur arbitrio iudicis. Iul.Clar.in § fin.quæst.82.statuto 9 vers.quæro quomodo.4. Sic quæ dicantur personæ digniores: quæ dicatur causa magna, quæ modica: quis dicatur pauper, quis diues, quis miserabilis: relinquitur arbitrio iudicis apud Viu.lib. 2.com.opin.in versi.arbitrio iudicis. Item quæ dicatur inimicitia capitalis, ex arbitrio iudicis pendet Iul.Clar.in §.fi. quæst.24.versi.item quæro.ibi: quis autem. Item rationabilis consuetudo quæ sit, arbitrio iudicātis permittitur. Baptista à Villa.in litera C.num.179. Emanuel Soarez in thesauro receptar.sentent.in litera C numer.284. Viu.libr.1.in verbo Consuetudo rationabilis. Idem dicendum videtur de hac controuersia, Vtrum dies termini in termino, an extra computetur. de qua re ingens Doctorum contentio est, cuius meminit Tiraquell.libr.1.retractus.§.primo, glossa 11. num.17.vsque ad finem glossæ. Vbi tandem nu.22.humaniorem sententiam sequendam ait. quo innuere videtur, hanc controuersiam arbitrio iudicantis relinquendam esse.

II. Regula. Hæc de controuersiis ordinariarum causarũ, quæ ex aliqua speciali lege dependent, sint dicta: De extraordinariis autem causis, quæ arbitrio iudicis à legibus permittuntur, controuersiæ motæ ad arbitrium eiusdem iudicis pertinent, qui causa cognita pro qualitate negocij controuersi iuris nunc affirmatiuam, nunc negatiuam partem, prout ei æquius vel verisimilius videtur, sequi potest. Iul. Clar.in §.fin.quæst.21.vers.si aliquis visus, in fine.& quæstio. 24.versic.sed quid si secuta. item quæst.25.versic.sed quæro. Nam quando aliquid non est iure decisum, id arbitrio iudicis relinquitur, exemplo l.quæsitum.13. ff. de testibus.l.1.§. expilatores.ff.de effractoribus.l.1.in fine.& ibi Bald.ff.de iure deliberandi.Marsil.in l.quæstionis modum, num.41.ff.de quæstionibus.Socinus in rubr.& in l si fuerit.ff.de rebus dubiis.glossa in c.5.in fi.extra de dolo & contumacia.Decius in cap.sedes apostolica,num.24.extra de rescriptis. Angel.consil.100.

ſil.100.col.4.Iul.Clar.in §.fina.quæſt.34.verſic.vlt.ibi: prout & cætera omnia. Quæ regula extra controuerſiam eſt. Vnde patet, maximam iuris controuerſi partem in arbitrio eſſe iudicantis. Siquidem circa probationes, præſumptiones, in integrum reſtitutiones, & alias huiuſmodi cauſas arbitrarias maxima eas opinionum verſatur. Quod enim legibus impoſſibile viſum eſt, vt generaliter definiri poſſet, ideoque arbitrio iudicis relictum cauſa cognita definiendum: id Doctores ſuis opinionibus generaliter definire ſunt conati. Sic l.3.§.eiuſdem.ff.de teſtibus, Imper. Hadrianus ait, nullo certo modo ſatis definiri poſſe, quæ argumenta ad quem modum cuique rei probandæ ſufficiant. Ideoque probationum materiam arbitrio iudicantis permittit, vt is ex ſententia animi ſui æſtimet quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur, & ſic in his motum animi ſui in iudicando ſequatur. At magna opinionum pars in hoc definiendo conſiſtit, quatenus fama probet, vel non probet: quatenus teſtibus fides habenda ſit, vel non ſit: item ſi teſtes varia inter ſe & diuerſa depoſuerint, vtrum ſit veriſimilius & magis ſequendum: quæ plenam, quæ ſemiplenam faciant probationem quæ argumenta præſumptionem inducant, & huiuſmodi alia infinita, quibus generaliter definire conantur Doctores ea, de quibus ipſæ leges deſperarunt. Quid ergo? cum iſta nunc Doctorum opinionibus videamus generaliter definita, ceſſare debet in his arbitrium iudicis? Ego puto, facultatem quam iudici lex dedit, vt quod ſibi veriſimilius videtur ſequi poſſit, et opinionibus iſtis vtcunque probabilibus non auferri. Inſtruere iudicem poſſunt & admonere, neceſſitatem ei imponere non poſſunt, vt ab eo quod ſibi cauſa cognita credibilius vel æquius videtur, recedat. Idque multò magis dicendum, ſi ipſæ opiniones inuicem ſint controuerſæ. Nam & ipſæ leges, ſi quando in huiuſmodi cauſis arbitrariis aliquid definiunt, ita definiunt, vt iudici arbitrium cauſa cognita liberum relinquant. Sic l. ob carmen.21.§.ſi teſtes.ff.de teſtibus, Arcadius dicit: Si teſtes omnes eiuſdem honeſtatis & exiſtimationis ſunt, ac iudicis motus cum his concurrit, ſequenda omnino eſſe teſtimonia. Quaſi diceret Iuriſconſultus: Quamuis teſtes omnes eiuſdem honeſtatis & exiſtimationis ſint, ſi tamen iudici pro qualitate cauſæ aliud videatur, non eſt ad huiuſmodi teſtimonia adſtrictus. & l.quæſitum.13.in fine.ff.eod.tit. Papinianus: Ad iudicium

dicium (inquit) officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Huic sententiæ accedit etiam Vill. P. 313. Iul. Clar. in §. testamentum, q. 79. vers. vlt. vbi multis coniecturis enumeratis, eas tandem relinquit arbitrio iudicantis. Idem facit in §. fin. quæst. 64. vers. dixi quoq;. 13. ibi: in hoc autem. Idem facit etiam Minsing. cent. 4. obseruat. 38. Ius igitur controuersum, quod est de caussis arbitrariis, in arbitrio iudicantis consistit. Qualis est hæc controuersia: Vtrum ex capite ignorantiæ aduersus quadraginta annorum præscriptionem in integrum restitutio sit indulgenda? quam refert Fichard in addition. suis ad com. opin. Baptist. à Villa. in verbo Restitutio in integrum. Viu. lib. 1. comm. opin. in verbo Hæreditatem adeundi, num 4. & 6. Gabriel. lib. 5. de præscr. conclus. 1. num. 71. Nam cum omnis in integrum restitutio fiat causa cognita, l. 3. ff. de in integr. restit. ideóq; ex arbitrio iudicis pendeat, l. quod si minor. 24. §. fin. ff. de minor. viginti quinq; annis: liberum erit iudici pro qualitate negocij aduersus quadraginta annorum præscriptionem nunc dare, nunc denegare in integrum restitutionem. Quanquam hoc exemplum videri potest magis ad exceptionem proximè sequentem pertinere. Nam l. omnes. 4. C. de præscrip. 30. vel 40. annorũ plenissima securitas quadraginta annorum præscriptioni tribuitur qua videtur in integrum restitutio aduersus eam prohibita. Quoties autem lex arbitrio iudicis certum modum præscribit, hunc ei in suo arbitrio excedere non licet. quod primæ exceptionis loco aduersus regulam propositam est notandum. Sic certus modus arbitrio iudicis præscribitur l. 2. ff. de iure deliberandi. l. sacrilegij. 6. in prin. vers. sed moderanda. ff. ad l. Iul. peculatus. l. j. §. fin. vers. dũmodo ne quis. ff. de effractorib. l. 1. §. in honorariis. vers. dummodo licitũ. ff. de variis & extraordin. cognit. l. 1. & l. 7. C. de dilationib. l. 4. & l. 6. C. de modo mulctarum. Sic etiam l. 1. §. fin. ff. ex quibus causis maiores, Prætor in integrum quidem restitutionem permittit ex qualibet causa, quæ iudici iusta videbitur, sed addit modum his verbis: Quod iure per leges, plebiscita, Senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit. Quibus verbis arbitrium iudicis restringitur, vt si leges in integrum restitutionem prohibeant, nec iudex eam indulgeat, quamuis iusta ei causa videatur. Proinde in hac controuersia Doctorum, Vtrum ex

noua instrumenta reperta in integrum restitutio aduersus rem iudicatam sit concedenda? quam refert Gabriel. lib. 2. de restitut. in integrum, conclus. 2. non erit liberum arbitrium iudicis sententiã quam velit sequendi: cum l. sub specie. 4. C. de re iudicata, & l. cum de hoc. 27. §. fin. ff. de exceptione rei iudicatæ, expresse prohibeatur res iudicata ob instrumenta noua reperta retractari. Itaq; iudex hoc casu aduersus rem iudicatã in integrum restitutionem indulgere non debet: nisi ex certis causis, quas M.I.C. lib. 2. cap. 29. except. 53. enumeraui. Planè si modus à lege non ita apertè præscriptus sit, vt de eo probabiliter dubitari possit: dicendum, eo non obstante arbitrium iudici liberum relinquendum esse, per ea quæ proposita sunt s. reg. prox. except. 2. replic. 2. Quò referendum videtur exemplum paulò superius de in integrum restitutione aduersus quadraginta annorum præscriptionem ex capite ignorantiæ danda vel deneganda propositum. Porrò quod suprà dictum est quando aliquid iure nó reperitur decisum, id arbitrio iudicis relinqui, non hanc habet significationem, vt iudici ex causa aliqua, quæ legibus non reperitur approbata, liceat actionem, exceptionem, replicationem vel duplicationem concedere: hoc enim ad ordinaria iudicia spectat: in quibus quemadmodũ iudici non aliter iudicare licet quàm legibus, constitutionibus & moribus proditum est, Inst. de officio iudicis, in princ. ita nec aliquid decernere permissum, quod legibus approbatum non reperitur. In his enim erubescendũ iudici sine l. loqui, Nouell. 18. §. cõsideremus: & pro omisso habendum, quod non reperitur legibus decisum vt s. reg. prox. in principio est ostensum. Quod secundæ exceptionis loco aduersus regulam propositam notandum. Quoties ergo de iure alicuius actionis, exceptionis, replicationis vel duplicationis controuersia est, iudicis non est liberum arbitrium sequi quam velit sententiã: sed debet istam actionem, exceptionem, replicationem vel duplicationem, tãquam nõ satis probatã, repudiare, iuxta ea quæ s. reg. prox. sunt dicta. Proinde in hac controuersia Doctorum, qua disceptant, An filij in conditione positi censeantur esse vocati, quam refert Iul. Clar. in §. testamentum, q. 77. iudex ei opinioni, qua dicuntur non vocati, potius quàm contrariæ adhærebit. Nam de causa & iure actionis quæritur, An filij in conditione positi tanquam hæredes instituti habeant

beant petitionem hæreditatis ex testamento? Quę causa legibus non reperitur approbata: nec de voluntate testatoris satis cõstat, cum sit controuersa. Ideóq; nec iudex dabit ex hac causa actionẽ. Postremò in causis extraordinariis, & cõtrouersiis de iis exortis nonnulli sentiunt, quia ex arbitrio iudicis pendeant, posse iudicem gratificari amico, & in eius fauorem sententiam ferre: vt glossa in ca. venerabilem. extr. de election. Iason in l. cum prolatis, circa finem. ff. de re iudicata. & in l. diem functo, col. 6. ff. de officio assessor. &c. Quorum sententia vera non est. Nam vtcunq; iudex in huiusmodi causis & controuersiis plenam habeat potestatem decernendi quod sibi videtur: tamen boni viri arbitriũ excedere nõ debet, nec affectibus indulgere. Siquidem dolus & affectus ab hoc arbitrio semper debet abesse. quod tertiæ exceptionis loco aduersus regulam propositam notandum. Quæ exceptio approbatur l. creditor. 60. §. Lucius. ff. mandati. l. in personam. 22. ff. de reg. iur. l. si libertus. 30. in princ. ff. de operis libertor. l. si societatem. 6. ff. pro socio. l. si in lege 24. in prin. ff. locati. l. respiciendum. 11. in prin. & l. hodie. 13. in fine. ff. de pœnis. Proinde in huiusmodi causis arbitrariis iudex decernere debet, quod sibi causa cognita verisimilius vel æquius videtur, non quod amico velit gratificari. Si verò omnibus per pensis ponderatis, non satis ei, quid, vel verisimilius, vel æquius videatur, constet: alius gratificandi modus ei à iure præscribitur, videlicet vt in causis dubiis pro libertate vel pro dote iudicet. l. quoties. 20. & l. in ambiguis. 85. in princ. ff. de reg. iuris. Vt faueat repetitioni potius quàm aduenticio lucro. l. in re obscura. 41. ff. eod. tit. Vt humaniorem sententiam amplectatur. l. si fuerit. 11. §. fin. ff. de rebus dubiis. Hos & huiusmodi alios fauores in dubiis rerum quæstionibus sequi conuenit. Quidquid autem causa cognita ex fide bona decreuerit, siue æquum, siue iniquum id sit, hoc ius erit. l. penult. §. Prætor quoq;. ff. de iustitia & iure. l. ingenuum. 25. ff. de statu hominum. Hæc de extraordinariis seu arbitrariis causis sint dicta: de quibus vide plura lib. 3. Dialectices meæ, cap. vlt.

Ex his quæ hactenus dicta sunt, quid in iure controuerso potissimùm sequendum, & quatenus communibus, quæ passim pro iure allegari solent insistendum sit, constare arbitror. Ex quibus patet, si quidem opinio aliqua communis cum regulis & regularum exceptionibus,

quas exposuimus, consentiat: eam tanquam iuri consentaneam omnino sequendam esse quoniam regulæ istæ & illarum exceptiones ex ipsis iuris textibus sunt desumptæ. Sin vero ab iis discreper: tunc siquidem controuersa sit, eam non esse attendendam: nisi manifesta sit aduersæ partis calumnia, vel in causis arbitrariis ea iudici æqua visa fuerit, & cum negocio præsente conuenire: cum non ex opinionibus sit ius sumendum, sed ex legibus: pariáque sint, aliquid omissum esse in legibus, & controuersum esse. Sin verò non sit controuersa, eam tanquam euidentem æquitatem esse amplectendam: nisi fortè specialis lex vel consuetudo in contrarium extet. qualis est hæc opinio, quæ dicitur, collectari forenses non posse de suis possessionibus, nisi in proprio territorio: in quo eos collectari debere de bonis etiam alibi sitis. Quam opinionem tanquam communem refert Fichard. in addit. ad Vill. C. 101. contra l. forma censuali. 4. §. si verò quis. ff. de censibus. Quæ isti opinioni ex diametro videtur repugnare. Ideóque lex hoc casu magis quàm opinio, licet communis & ab omnibus approbata dicatur, erit sequenda: vt supra reg. 1. except. 2. est ostensum. Hæc de ratione iuris controuersi cum iudicio legendi & in iudicando sequendi sint dicta: secundum quæ ex iure controuerso, quod in hac Methodo exponimus, nos facilè (ni fallor) poterimus extricare.

NOMI-

## *NOMINA AVTHORVM ex quibus Methodus hæc est concinnata, cum explicatione notarum quæ paßim in eâ concurrunt.*



*Fichard.* IOannes Fichardus in additionibus ſuis ad communes opiniones Baptiſtæ à Villalobos.

*Gabriel.* Antonij Gabrielij Romani communes concluſiones.

*Iul. Clar.* Iulij Clari Alexandrini paragraphi receptarum ſententiarum.

*M.I.C.* Methodus iuris ciuilis mea.

*M.I.P.* Methodus iuris Pontificij mea.

*M.I.R.* Methodus iuris controuerſi hæc mea.

*Soarez.* Emanuelis Soarez à Rebeira Theſaurus receptarum ſententiarum.

*Turz.* Franciſci Turzani communes opiniones, & regulæ adiectæ.

*Vill.* Baptiſtæ à Villalobos Toletani communes opiniones ſecundum ordinem Alphabeti collectæ.

*Viu.* Franciſci Viuij ab Aquila communium opinionum libri duo.

# METHODI IVRIS CONTROVERSI LIBER I.

## DE LEGIBVS, MAGISTRATIBVS, & Iudiciis publicis.

## *DE IVRE ET LEGIBVS. CAP. I.*

### I. DE LEGVM INTERpretatione.

PRIMA Regula: Si præsens casus speciali aliqua lege comprehensus non est, ad similes leges recurrendũ: & vbi eadem est ratio, ibi idem quoque ius est constituendum. M. I. C. libro 1. cap. 2. quæst. 6. reg. 2. & M. I. T. lib. 1. cap. 1. quæst. 8. reg. 4. Accedit Turz. opin. 176. num. 1. cum sequente. Idem reg. 13. & reg. 106. Viu. lib. 1. filius vltra, num. 2. cum duobus sequentibus. Idem eod. lib. 1. statutum ciuitatis. §. quando duo. Vili. D. 194. Declatur regula proposita dinnitione similitudinis apud Turz. d. opin. 176. num. 3. cum duob sequentibus. Huc exempli loco referenda sunt paria siue similia: vt sunt, Alimenta & dos. Viu. lib. 1. argumentum de alimentis. Soarez A. 265.

Contractus & vltima voluntas. Soarez A. 264.

Ciuilia & criminalia. Soarez A. 257.

Criminales & matrimoniales causæ. Gabriel. lib. 1. de probationibus, conclus. 1. num. 41. cum sequente.

Destinatum & factum. Quod tamen controuertitur

& distinguitur apud Gabriel.libro 1.de præsumptib.conclus. 12. Tiraquell.lib. 1. Retractus. §. 1. gloss. 7. nume. 110. cum sequentib.

Dos data & promissa. Villal.S.124.in addit.1.Viu. lib.1. statutum simpliciter,num.10.Idem lib.2 dos promissa.

Falcidia & Trebellianica.Viu.lib.1. hæres rogatus, num. 5.ibi:& appellatione Falcidiæ.

Feudum & emphyteusis æquiparantur. de qua re vide tractatum feudalem cap.1.reg.10.

Fides data & iuramentum.Fichard.in addit.ad Vill.F.59.

Filius & nepos æquiparantur.de qua re vide j.lib.vlt.cap. penult.verbo Filius.

Inesse, & in continenti fieri, paria sunt. Gabriel. lib.1.de præsumptionib.conclus.13.vbi etiam distinguitur.

Infamia & mors æquiparantur apud Viu. lib. 1. aduocati. vers.quia à pari.

Locus contractus & solutionis æquiparantur l. contraxisse. 20. ff.de action. & obligat. l. hæres. 19.§.fin.ff.de iudiciis. In iure tamen diuerso attenditur locus contractus,non solutionis. Gabriel. lib. 6. de consuetudin. conclus.2.num.6. de qua re plura j.suo loco.

Militia armata & legalis æquiparantur apud Vil. P. 308.

Monasterium & filius. Vill. M 120 cum duob.sequentib.

Mors ciuilis & naturalis. Vil. M. 131. Cuius exceptio est in casib.à iure specialiter non expressis.Viu.lib.2.mors ficta. Vill. M. 130.

Pactum & præscriptio.Vill.P.17.

Principium,& quod ex principio sequitur,æquiparantur. Vill.P.299.

Prodigus & furiosus æquiparantur.quod tamen exceptionem recipit in delictis. Vill.P 342.

Seruus & monachus æquiparantur.Turz.reg 61.

Seruus vel filius fugitiuus & monachus æquiparantur apud Vil.M.118.

Surrogatum, & id in cuius locum est surrogatum, æquiparantur. Quod approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.6 de reg.iuris,conclus.2. Plura huiusmodi exempla congessit Damhauderius in suo Enchiridio parium aut similium. Planè habet regula proposita suas quoque exceptiones. quarũ prima hæc est: Nisi consuetudo ad casus similes extendatur. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur

apud

apud Gabriel.lib. 5.de præscript.conclus. 2. num. 14.cum sex sequentibus. Turz.opin.98.num.1.Fichard. in addit.ad Vill. E 149. Ex quibus patet, exceptionem propositam esse controuersam. Admittitur tamen hauddubiè, si consuetudo contra ius sit introducta. M. I. C. lib. 1. cap.2.quæst. 6.reg.2. except.1.& M. I. P. lib.1.cap.1.quæst 8 reg.4.except.1. Cuius replicatio est,quoad casum, qui lata significatione sub casu expresso continetur: ad hunc enim consuetudo extenditur, quamuis contra ius sit introducta. Viu. lib. 1. statutum excludens fœminas, num.6. Altera propositæ regulæ exceptio est in constitutione personali, seu priuilegio, quod ad similes casus non extenditur. M. I. C. lib. 1. cap. 4 de constitutionib. personalib reg.1.& M. I. P. lib.1.c.3.de constitutionib. personalibus, reg. 2. Accedit Turz. reg.31. Cuius replicatio est: Nisi in maiori includeretur minus. Turz. d.reg.31. Tertia exceptio est in dispensatione, quæ non extenditur ad casus similes, ratione iam dictæ exceptionis. Vill. D.78. Contradicit Vill.E.151. Quarta exceptio videtur in dispositione hominis,non legis. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill. S.156. Iul. Clar. in §.testamentum, quæst 76. vers.dixi quod 5.& vers.disposuit.10. Quinta exceptio est in dispositionibus odiosis,quæ restringendæ,non extendendæ sunt. M.I.P. lib. 2.cap.17.reg 18. Accedit Vill. C.108. Viu.lib. 1. extensio.§.in odiosis,nu.1. Hoc loco sciendum,quæ odiosa,quæ fauorabilia sint: de qua re in legitimandi facultate differitur apud Vill.L 84 Item statutum excludens fæminas gratia agnatorum dicitur fauorabile apud Fichard. in addit.ad Vill.S.119. Quod tamen extendi negatur apud Gabriel. lib. 6.de statutis, conclus.7. Similiter statutum disponens, vt coniuncti & adfines de causis suis compromittant. fauorabile dicitur apud Viu. lib.2. statutum disponens. Item statutum, ne forensi alienetur,fauorabile est. Viu.lib.2.statutum prohibens. vers & huiusmodi. Pœnalia dicuntur odiosa: ideo restringenda.de qua re vide 7.except.prox. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi casus sint æquiparati lege antiqua: tunc enim dispositum in vno, extenditur etiam in materia odiosa ad alterum. Vill. D.194. Soarez. A 116. Altera replicatio est in correlatiuis. Vill. E.152. Tertia replicatio est: Nisi ratio in lege sit expressa. Viu. lib. 1.extensio. §. in odiosis, num. 2. Quarta replicatio est, Nisi lex ipsa dispositionem odiosam ad similes casus extendat. Viu. d. §.

in odiosis,num.3. Quinta replicatio est: Nisi lex, si non extenderetur, clusoria redderetur. Viu.d.§.in odiosis, num.4. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu. d. §. in odiosis, num.5. Hæc de quinta exceptione. Sexta propositæ regulæ exceptio est in pœnalib. dispositionibus, quæ quia odiosæ sunt, non extenduntur. Turz.reg.13.in fine. Viu.lib. 1. emphyteuta priuati, num. 2. ibi: quod imò in pœnalibus. Idem eod. lib.1.extensio.§.in odiosis, num.1. Cuius replicationes vide s. except. prox. Septima exceptio est in correctoriis, in quibus cessat regula proposita. Turz. opin. 98. num.2.cum duob. sequentibus. Idem. reg.106.& Vill. E.153. Viu. lib.1. extensio. Cuius exemplum habetur apud Gabrie. lib. 6. de statutis, conclus. 7. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi aliàs fiat extensio de stricta significatione vocabuli ad latam: tunc enim etiam in correctoriis fit extensio. Vill. E.154. Altera replicatio est: Nisi agatur de saluanda anima. Vill.E. 155. Tertia replicatio est: Nisi lex correctoria nos reduceret ad legem antiquam. Vill. E.156. Quarta replicatio est in lege noua æquiparante duos casus. Vill. E. 157. Quinta replicatio est: Nisi lex aliam legem corrigat, non per extensionem alia lex corrigatur. ista enim lex correctoria ad similes casus extendi potest. Vill. C.171. Viu. lib.1. hæres rogatus, num.5.ibi: lex etiam correctoria. Harum replicationũ duplicatio generalis est in consuetudine: cuius simile non vincit legem. Vill.C.186. Soarez C.283. Octaua propositæ regulæ exceptio est in præscriptionibus, quæ tanquam odiosæ ad similes casus non extenduntur: vt refert Gabriel.lib.5.de præscriptionibus, num3. Nona exceptio est: Nisi in casu extenso sit maior ratio, minor in casu ad quem sit extensio. Quæ tamen exceptio communiter reprobatur, vt refert Vill. E.150. Decima exceptio videtur: Nisi dictio taxatiua in lege posita sit. Quæ tamen communiter reprobatur, vt refert Viu.lib.1.dictio taxatiua. Hæc de prima regula: de qua vide plura in Dialectica mea lib.2.cap.de ratione legis, reg.1.

II. Regula: Prohibito effectu, omnis eius causa prohibita censetur. M. I. P. lib.1. cap.1.quæst.8.reg. 3. Accedit Gabriel. lib. 1. de præsumptionibus, conclus. 7. vbi etiam eius exceptiones annotantur.

III. Regula: Quod iuris in vno correlatiuorum, idem etiam in altero. Vill. E. 152. De qua regula vide plura in

Dialect-

Dialectica mea lib.2.c.à connexis & repugnantibus,reg.3.

IIII. Regula: In legibus interpretandis non ad propriã verborum significationem, sed ad communem loquendi vsum respiciendum. Turz. cap.29. Fichard.in addit.ad Vill. C.107.in addit.C. Idem V,18.cum addit. & num.50. Viu.lib.2. statutum in partibus. Cuius exceptio prima est: Nisi in lege vel statuto adiectum esset, verba propriè intelligi debere. d.cap.29.ibi: quæ tamen. Altera exceptio est: Nisi vsus ille loquendi non plenè probetur. Vill.C.162. Plura de hac regula vide infrà lib.4. cap.9.regula 38.

V. Regula: Leges priores in posterioribus interpretandis possunt adhiberi. M.I.C.lib.1.cap.2.quæst.6. reg.5. Accedit Viu.libr.1. statutum vltimum. de qua re vide item ĩ.lib. 5.cap.11.reg.3.replic.8.

VI. Regula: Statutum ita interpretandum, vt quàm minimum fieri potest, ledatur ius ciuile. Vill.S.98.in addit.

VII. Regula: Indefinita æquipollet vniuersali. Excipitur primùm materia probationis. Vill.I.23 Deinde excipitur materia feudalis. de qua re vide tractatum feudalem cap. 1.reg.6.

VIII. Regula: Verba ita interpretanda sunt, vt aliquid operentur, nec debent esse ociosa, exemplo Gabriel. libr.3. de locutione, conclus.3 .num.2. cum duobus sequentibus. Hæc de legum interpretatione.

## II. DE ANTINOMIIS SEV contrariis legibus & opinionibus conciliandis.

I. Regula: Contrarietas in iure non est admittenda, imò potius superfluum. Vill.C.195.in prin.

II. Regula: Per distinctionem antinomiæ & contrariæ opiniones ad concordiam redigendæ, eáque opinio præferenda, quæ in distinguendo consistit. Fichard. in addit.2.ad Vill.O. 18.

III. Regula: Vtrum lecturæ, an tractatus, an consilia maiorem obtineant authoritatem, disseritur à Fichard. in addit.1.ad d.O.18. Viu.lib.2.doctoratus,num.20.cum sequente. Gabriel.lib.1.de testibus,conclus.4 num.87.

IIII. Regula: Si contrarietas sit inter ius ciuile & canonicum in non concernentibus peccatum: ius canonicum obseruatur in terris ecclesiæ, ciuile autem in terris Impe-

rij. Villa.C.195.Soarez C.7.

V. Regula: Si aliud Theologi, aliud canonistæ sentiant: Canonistis potius quàm Theologis adhærendum. Quæ regula approbatur simul & distinguitur à Viuio lib.2.consuetudo non soluendi, num.3.

VI. Regula: Si alia lex prohibet, alia permittit: in dubio illa huic est præferenda. Turz. reg. 67. Quæ tamen regula facilè in controuersiam deduci potest. Quoniam in iure contruerso id potius sequendum, quod habet præsumptionem iuris pro se. Concessum autem præsumitur, quod non inuenitur prohibitũ. de qua re aliàs disserui.

VII. Regula. Si idem aliud consulendo, aliud legendo responderit: illa sententia huic præferenda. Quæ tamen regula est controuersa Viu.lib.2.doctoratus, num.10.cum seq.

VIII. Regula: Si idem à seipso dissenserit: eius loci opinio sequenda, in quo materiam istam plenius tractauit. Viu. lib.1.testes singulares sufficiunt. versi.hinc est quod.Gabriel. lib.1.de testibus, conclus.4.num.86.& num.92.

IX. Regula: Si interpretes iuris inter se dissenserint: communior opinio sequenda. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur j.c.3. de opin. Doctorum, reg.1.except.1. Vbi plures controuersi iuris solutiones vide.

X. Regula: Magis standum consiliis alicuius collegij, quàm consiliis vnius Doctoris. Gabriel. libr. 1. de testibus, conclus 4.num.91. Hæc de antinomiis & contrariis opinionibus conciliandis iu iure controuerso reperiuntur. de qua re alias congessi regulas ab initio huius Methodi, ex textibus iuris desumptas, quas potius in iure controuerso reconciliando mihi sequendas duxi.

## III. DE INIVSTITIA.

Hæc duplex est. alia qua committitur contra verba iegis, alia qua committitur cõtra legis mentẽ. M I.C.li.1. c.2.in fi. & M.I.P li.1.c.1.q.10. Prioris exemplum est, si quis tempus in lege vel cõstitutione adiectum non obseruauerit. Vill.C.170.

## *DE EXCEPTIONIBVS aduersus leges. CAP. II.*

Regulariter leges obseruandæ sunt, & quod contra eas committitur, iniustum est, legúmque pœnis coercetur

tur.M.I.C. lib.1 cap.3.in princ.& M.I.P. libr.1.cap.2.in princ. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi lex ab eo lata sit, qui eius ferendæ potestatem non habuit.d. cap.2. & d.cap.3. except.1. Huius replicatio est: Nisi is qui legem tulit, errore communi pro legitimo legislatore fuerit habitus.d.cap. 3.except.1.replic 1. Vbi proponitur exemplum de Barbario, qui nec liber, nec verus Prætor fuerit secundum communem opinionem, quam refert Vill.B.7.

II. Exceptio: Nisi laicus de spiritualibus & ecclesiasticis causis legem tulerit. M.I.P. lib.3.cap.12.reg.5.Accedit Turz. opin.68. Vbi etiam exemplo iuramenti. declaratur. Accedit item Villa.F.136.§. nota.ibi: cum licet.item L.101.cum num. sequente. Iul. Clar.in §.emphyteusis, quæst.28.versic.nec si dicatur. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi laicus statutũ vel consuetudinem, quæ peccatum vel consuetudinem, quæ peccatum nutrit, abroget. Turz.opin. 180.num.1. Altera replicatio: Nisi laicus ne iuretur statuat, vel periurum vltimo supplicio adficiat.d. opin.180. num.2. Viu.libr.1. statutum, lex. Tertia replicatio est: Nisi laicus pœnam constituat non obseruanti canones. Vill.F 136. §. nota. ibi: cum licet. Quarta replicatio est: Nisi laicus de clericis statuat quod non contradicit canonibus. Vill.L.110. cui tamen contradicere videtur Clarus, vt ostẽdi ĩ.except.21.dupl.1. Quinta replicatio est: Nisi laicus legem, qua priuilegium ecclesiis datum est, abroget. Hæc replicatio controuertitur & distinguitur per ea quę tradit Gabriel.lib.3.de iure quæsito, conclus.7.num.12.cum sequente.

III. Exceptio: Nisi populus vel ciuitas, qui quæúe alterius imperio regitur, legem tulerit. Reprobatur hæc exceptio communi opinione Vill.P.81.Viu.li.1.statuta condere.

IIII. Exceptio: Nisi lex iuri naturali contraria sit.M.I. C.libr.1.cap.3.except.3. & M.I.P.1. cap.2. except.3. Cui accedit Vill,P.292.

V. Exceptio: Nisi lex in odium seu præiudicium certæ personæ lata sit. Reprobatur Viu.lib.2.statutum factum.

VI. Exceptio: Nisi exceptio contra legem introducta causæ propositæ insit. M. I. C. lib.1.cap.3.except.4. & M.I.P. lib.1 cap.2. except.7. Cuius replicatio videtur: Nisi exceptio veteris legis contra nouam allegetur. Quæ tamen reprobatur Viu.libr.1. statutum disponens quod de contractibus.§. per statutum.

VII.Ex

VII. Exceptio: Nisi æquitas contra legem propositam in casu proposito suadeat. M.I.C. d.cap.3. except.5. Cuius replicatio est: Nisi æquitas scripta non sit. d.except. 5.repli. 1. Cui accedit Viu.lib.1. casus,num. 1. Duplicatur: Nisi euidens æquitas sit. De qua duplicatione in mea Dialectica lib.2.cap. de thesi disputanda, except.2.actum est. Cui accedit Viu.lib.1.statuta potius.

VIII. Exceptio: Nisi aliud inter partes actum sit. M I. C.d.cap.3.except.10. Cui accedit Gabriel. lib.6. de reg.iuris, conclus.8.numer.1. Huius exceptionis replicationes vide d. conclus.8. & d.lib.6.de clausulis, conclus.3.num.22.cum seq.

IX. Exceptio: Nisi causa legem præcesserit. M. I. C.d. cap.3.except. 14. Cui accedit Viu.lib. 1. statutum prohibens, num.6.& 7.

X. Exceptio: Nisi lex nondum fuerit insinuata: vel ab insinuatione nondum duo menses effluxerint.d.cap.3.excep. 15.cui accedit Gabriel.lib.6.de legibus,conclus.4.num.1.Huius replicatio prima est: Nisi is qui contra legem commisit, ante insinuationem vel ante duos menses elapsos sciuerit contenta legis. Quæ replicatio est controuersa, per ea quæ tradit Gabriel.d.conclus.4.num.2. vsque ad finem. vbi etiam duplicationes habentur. Altera replicatio est: Nisi in lege adiecta sit particula hæc, Ex nunc, vel alia similis. Gabriel. lib.2 de arbitris,conclus.2.num.5.cum duobus sequentib.

XI. Exceptio: Nisi lex alia lege vel consuetudine sit mutata. M.I.C. lib.1.cap.3.except.17. & M.I.P. lib.1.cap.2.excep. 12. Accedit Turz.opin.100.num.3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi de mutatione legis non satis constet. Viu.lib.1.statutum vltimum. Altera replicatio est: Nisi statutum contra ius cōmune factum sit in iis, quibus pacto renunciari non potest. glossa in rubr.C.de decretis decurio. lib.12. Viu.libr.1.statutum Florentinum, in princ. Tertia replicatio est: Nisi lex, qua datum est priuilegium ecclesiæ, per aliam legē mutetur. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur Gabriel lib.3 de iure quæsito, conclus.7.num.12. cum num.sequente. Quarta replicatio est: Nisi cum statutum esset de præstanda eleemosyna annua, id postea mutetur. Hæc replicatio est controuersa, per ea quæ tradit Viu. lib.2. statutum conditum. Quinta replicatio est: Nisi constitutio vel statutum in contractum transfertur: hoc enim casu mutari non potest, nisi iis quorum interest, consentienti

tientibus. Gabriel.lib.3.de iure quæsito, conclus.6.vbi etiam distinguitur. Sexta replicatio est: Nisi cum iusiurandum præstitum esset de lege non mutanda, ea postea mutetur. Hæc replicatio est controuersa, per ea quæ tradit Gabriel, lib.2.de iureiur.conclus.1.num.20. & 21. vbi etiam distinguitur. Septima replicatio est: Nisi statuta confirmata à principe cum clausula, Si contrà factum sit, quòd non valeat, sint mutata. Gabriel.libr.6.de clausulis, conclus.3. num.20.59.& 60. Octaua replicatio videtur: Nisi statutum loci in personam, non in rem sit conceptum. Quæ tamen replicatio reprobatur Turz.opinio.46.num.2.

XII. Exceptio: Nisi lex non sit in vsu. Reprobatur Vill. L.94.& 96. Admittitur, si cum aliud statuto cautum esset, id sit in vsu: tunc enim derogatur legi, ratione propositæ exceptionis. Vill L.87. Item admittitur, si casus extiterit, in quo lex non sit obseruata.d.94.

XIII. Exceptio: Nisi iuris ciuili ius canonicum repugnet. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur s.cap.proxi.de antinomiis, reg 4.

XIIII. Exceptio: Nisi Princeps vel Papa contra legem dispensauerit. M.I.P. lib.1.cap.2.except.10. Accedit Vill.P.24. Cuius replicatio prima est: Nisi nulla legitima dispensandi causa subsit.d.except.10.replic.1. Cui accedit Turz.opin.10. Contradicere videtur Villal.D. 74. Ideoque replicatio hæc videtur controuersa. Admittitur tamen, si dispensatio fiat contra ius diuinum vel canonicum, ratione diuina vel naturali fundatum: hæc enim dispensatio non valet, nisi expressa causa. Vill.D.75. Altera replicatio est: Nisi contra ius ab Apostolis traditum, vel per concilium generale promulgatum, dispensauerit. Quæ replicatio reprobatur Vill. P.24. Tertia replicatio videtur: Nisi in causis matrimonialibus dispensauerit. Quæ replicatio est controuersa Villal. P. 25. Quarta replicatio est: Nisi cum eo qui in ordine sacro consistit, dispensauerit. Vill. P. 26. Quinta replicatio est: Nisi non citata aduersa parte dispensatio sit facta. Villal.C. 40. Cuius duplicatio est; Nisi Princeps dispensauerit cum legitimato, vt patri defuncto succedat: hoc enim casu citatio aliorum hæredum non est necessaria. Vill.C.43. Triplicatio est: Nisi eam ab ipsis adita sit hæreditas. Vil.C.44. Sexta replicatio est: Nisi causa quæ possit principem retardare ad concedendum, in dispensatione non sit expressa. Vill. C.65.

Septima

Septima replicatio videtur: Nisi clausula, Ex certa scientia, in dispensatione non sit adiecta. Reprobatur Vill.C.64.

XV. Exceptio: Nisi princeps vel Papa dissimulet: hoc enim casu dispensare creditur. Quæ exceptio approbatur sub conditione Vill.P.27.

XVI. Exceptio: Nisi forensis contra statutum loci fecerit. Quæ exceptio approbatur M.I.P. lib.1.cap.2. except.17. item approbatur simul & distinguitur à Fichard. in addit.ad Villal F.158.T.29. Viu.lib.1.consuetudo seu stylus: item Statutum contra.versi.vlt.& Statutum prohibens,num. 13.& 14. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi id quod geritur, voluntariæ sit iurisdictionis. vt testamentum, adoptio, &c. In hoc enim forensis adstringitur ad statutum vel consuetudinem loci, in quo testamentum facit. Fichard. in addit. ad Vill. F.158. item Vill.S. 105. & 106. Huius duplicatio est: Nisi statutum contra ius commune personam habilem vel inhabilem constituat: hoc enim non ligat forensem. Fichard. in d. addi. ibi: quam tamen mox. Viu. lib.1. statutum habilitans. Exemplum huius proponitur d. addit. Fichardi in statuto prohibente ne maritus vxori legare posset. Altera propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi crimen commiserit extraneus in loco statuti, de quo sit puniendus. hoc enim casu videtur secundum statutum eius loci, non sui domicilij puniendus. Quæ tamen replicatio est controuersa, per ea quæ habentur.j. cap. 8. q. 4. reg. 4. Tertia replicatio est: Nisi forensis in loco statuti contrahat: hoc enim casu solennitates à statuto requisitas in contractu tenetur obseruare. Gabriel.lib.6. de consuetudine conclus. 2. num.4. Contradicit tamen d. conclus. 2. num. 24. Huius duplicatio prima est: Nisi ob ignorantiam ipsius statuti forensis id non obseruauerit, & ex eo graue damnum sentiret: hoc enim casu per in integrum restitutionem ei succurritur. d. conclus.2.num.22.& 23. Altera duplicatio est: Nisi statutum requirens solennitatem contractus principaliter respiceret personam, cuius fauore exigeret illam solennitatem.d.conclus. 2.num.25. Hæc de secunda replicatione. Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi forensis habeat bona in loco statuti. Quæ tamen controuertitur Gabriel.libr.6.de statutis,conclus.8.num.11. Quinta replicatio est: Nisi territorium auctum sit accessione alicuius comitatus vel ciuitatis: hoc enim casu accesso-

rium

rium sequitur ius sui principalis. Viu.lib.1.statutum excludens fœminas.§.prouincia aucta.

XVII. Exceptio: Nisi subditus contra statutum loci extra territorium eius fecerit.M.I.P.lib.1. cap.2. except 21. Sed controuertitur & distinguitur apud Gabriel. libro 6. de statutis, conclus. 8. item d. libr. 6,de consuetudine,conclus.2.num.5.

XVIII. Exceptio: Nisi res de quibus agitur, extra territorium statuentium sitæ sint. hoc enim casu eius loci, in quo res sitæ sunt statutũ vel consuetudo spectanda, nõ eius vbi gestũ est. Quæ exceptio est controuersa. Viu.lib.1.statutum disponens quod mulier.vers.fallit.tertiodecimo.& Statutum vel consuetudo. vers. ampliatur secundo Vill. M. 20. Soarez B.35.Exemplum est,si statutum in aliquo loco sit, vt primogenitus in omnibus bonis succedat: an hoc statutum extendatur etiam ad bona extra territorium sita? quod cõtrouertitur apud Gabriel.lib.6.de statutis,conclus.9. Huius exceptionis cõtrouersæ replicatio prima est: Nisi statutum inhabilitet aliquam personam, aliàs communi iure habilem: eius enim dispositio etiam ad bona extra territorium sita extenditur. Gabriel.lib.6.de statutis,conclus.8. num. 1. cum duob.sequentib. Duplicatur ibidem n.4. cum sequentibus. Sed & duplicatur in statuto excludente à successione defuncti filias, existente patre ac fratribus defuncti. Turz. opin.46. Altera replicatio est: Nisi agatur de solẽnitate contractus: tunc enim eius loci solennitas spectatur, in quo contractum est, etiam quoad bona alibi sita. Gabriel.lib.6. de consuetudine,conclus.2.num.1.cum quatuor sequentib. Cuius exemplum in mensura proponitur d.conclus.2.num. 21. Tertia replicatio est in testamentis, quorum solennitas attenditur eius loci vbi fiunt, etiam quoad res alibi sitas. Quæ tamen replicatio est controuersa Vill.S.105.de qua replicatione vide j.lib.4.cap.3.replicat.6.

XIX. Exceptio: Nisi aliud ius obtineat in loco contractus, aliud in loco solutionis: hoc enim casu locus contractus,non solutionis attenditur.d.conclus. 2.num. 6. cum sequentib.in quib.etiam distinguitur.

XX. Exceptio: Nisi comitens contra legem prohibentem vestes,arma,vel quid aliud portare,non deprehendatur cum re prohibita,sed testibus conuincatur. Vill. S. 112. Viu. libro 1. statutum disponens quod inuentus. vers. vlt. de qua

exceptione vide plura j. lib. vlt. cap. de verb. significat. in verbo Iuuentus.

XXI. Exceptio: Nisi de personis vel rebus ecclesiasticis agatur: hæ enim ciuilibus legibus nō obstringuntur. M.I.P lib. 1. cap. 2. except. 13. Ideóque leges de emphyteuticis rebus disponentes ad ecclesiasticam emphyteusin non pertinent. Iul. Clar. in §. emphiteusis, q. 48. Huius replicatio est: Nisi nulla canonica constitutio ciuilibus legibus repugnet. d. except. 13. repl. 1. Cui accedit Vill. L. 110. Cuius duplicatio est: Nisi lex ciuilis specialiter de personis vel reb. ecclesiasticis disponat. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 28. vers. nec dicatur. Cui accedit s. except. 2. Contradicere videtur d. L. 110.

XXII. Exceptio: Nisi in rubro tantùm, non in nigro contineatur: vel cum rubrum esset generale, nigrum sit speciale. hoc enim casu rubrum per nigrum videtur restringi. Sed hæc exceptio reprobatur exemplo Viu. lib. 1. statuti rubrica. Hæc de exceptionibus aduersus leges.

## *DE IVRIS LEGVMQVE speciebus.* CAP III.

### DE CONSVETVDINE.

PRima regula: Consuetudo æquiparatur priuilegio à Principe concesso. Viu. C. 181. in addit.

II. Regula: Consuetudinis appellatio non continet statutum. Fichard. in addit. ad Vill. C. 177.

III. Regula: Consuetudo introducitur decem annis. Viu. lib. 1. consuetudo rationabilis. Villal. C. 183. cum addit. & P. 251. vbi etiam distinguitur. Turz. opin. 96. num. 5. ibi: est igitur, cum num. sequente 6. vbi controuertitur. Soarez. C. 279. cum duobus sequentibus.

IIII. Regula: Consuetudo vim legis obtinet. M.I.C. lib. 1. cap. 4. de iure non scripto, reg. 2. item M. I.P. lib. 1. cap. 3. de iure non scripto, reg. 3. Accedit Turz. opin. 96. & opin. 153. num. 2. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi lex consuetudini contraria existat. hoc enim casu lex scripta consuetudini derogat. M.I.C. d. reg. 2. except. 1. & M. I.P. d. reg. 3. except. 1 Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi lex consuetudinem præcesserit; tunc enim consuetudo tanquam lex posterior derogat priori. d. except. 1. replic. 1. Cui

accedunt

accedunt etiam ea quæ habentur §. capo*x*. except. p.*¹*xx*1*. in prin. Huius duplicatio prima est: Nisi lex scripta nominatim consuetudini deroget eam infirmando. Hæc duplicatio est controuersa, communiter tamen approbata, Turz. opin. 99. Vill. C. 175. cum addit. item L. 99. Viu. lib. 1. cõsuetudinem iniquam, cum vers. seq. Soarez. C. 285. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi consuetudo postea ex noua causa sit introducta. hæc enim valet cõtra legẽ priorem ei nominatim derogantem. Viu. lib. 1. consuetudo ex noua Soarez C. 286. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi consuetudo non sit rationabilis. M. I. P. d. repl. 1. dupl. 2. Quæ autem dicatur consuetudo rationabilis, exẽplis declaratur, tãdem arbitrio iudicis relinquitur, Viu. libro. 1. consuetudo rationabilis. Vill. C. 179. Soar. C. 284. Item irrationabilis cõsuetudo dicitur, quam lex nominatim damnauit. d. lib. 1. cõsuetudinem iniquam. Tertia duplicatio est: Nisi cõsuetudo quadraginta annis non sit præscripta. Quæ duplicatio approbatur iure canonico Vill. P. 251. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi lex sit vniuersalis, cõsuetudo verò particularis alicuius certi loci: tũc enim nisi lex nominatim cõsuetudinem tollat, consuetudo eo loco legi præualet. Quæ replicatio controuertitur M. I. P. de excep. 1. repl. 2. Reprobatur apud Vill. C. 185. Cuius exẽplum subiicitur ibidem in addit. Fichardi. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi consuetudo contradictorio aliquo iudicio non sit firmata. Quę exceptio videtur quidem approbari l. cum de cõsuetudine. 34. ff. de legib. Sed controuertitur à Doctoribus, & communiter reprobatur, referente Viu. lib. 1. consuetudo debet nu. 1. & 2. Turz. opin. 9. num. 1. & opin. 153. Vill. C. 184. cum addit. Soarez C. 282. Quæ exceptio controuersa & communiter reprobata admittitur in actibus iudicialibus, in quibus requiritur, quòd consuetudo sit obtenta in contradictorio iudicio. Viu. d. consuetudo debet, nu. 3. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi errore, non ratione cõsuetudo sit introducta. Sed reprobatur M. I. C. d. reg. 2. except. 3. & M. I. P. d. reg. 3. except. 2. Accedit Gabriel. lib. 1. de probationibus, conclus. 8. vbi regula hæc, quòd error ius faciat, etiam variè distinguitur. Quarta exceptio est: Nisi alterius loci consuetudo sit, non eius vbi agitur. M. I. C. d. reg. 2. except. 5. & M. I. P. libr. 1. capit. 2. except. 17. de qua vi-

de item š.cap.prox.excep.18.& 19. Quinta exceptio est: Nisi non consentiente tota vniuersitate, vel maiore eius parte, consuetudo sit introducta. Vil.C.187. Viu.lib.1.statutum, pactum vel consuetudo.vers. & animaduerte. Sexta exceptio est: Nisi vnico tantùm aut duobus actibus consuetudo sit introducta. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur Viu.lib.2.consuetudo vt inducatur. Vill. C. 189. in addit.vlt Gabriel.libro 3. de locatione, conclus.1.num.5. Turz.opin.9 num.2.Soar.C.278. Septima exceptio est: Nisi consuetudo decem annis non sit præscripta. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur š. eod. cap. reg 3. Octaua exceptio est: Nisi vna familia consuetudinem aliquam specialem habeat. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.6.de consuetudine, conclus.5. Nona exceptio videtur: Nisi consuetudo aliquem faciat inhabilem ad contrahendum matrimonium, qui aliàs habilis erat. Reprobatur Vil.C.189. Decima exceptio videtur: Nisi solennitas alicuius actus consuetudine sit introducta vel sublata. Sed reprobatur Vill.C.176.& 177. Viu.lib. 1. statutum vel consuetudo.vers.& sic manifestè apparet. Admittitur in solennitate alienationis rerum ecclesiasticarum à iure canonico requisita: hæc enim consuetudine tolli non potest. Fichard.in addit. ad Vill. C. 185. Vndecima exceptio est: Nisi actus contra consuetudinem extet: per hunc enim consuetudo interrumpitur. Turz.opin.9. num.4. Cuius replicatio est: Nisi post decem annos perfecta iam consuetudine actus in contrarium extet: hic enim non tollit consuetudinem iam perfectam, licet imperfectam interrumpere potuisset. d.opin.9.num.3.

## DE OPINIONIBVS. Doctorum.

I. Regula: Authoritas Doctorum quamuis olim fuerit necessaria, M. I.C.lib.1.c.4.de responsis prudentum: hodie tamen probabilis est, non necessaria. M.I.P.lib.1.cap.3.de responsis prudentum, reg.2. Accedit Vill.A.161. Soarez. A. 293. cum num. sequente. Viu.lib.2.glossæ, num.5. Licet nonnulli sint in contraria opinione. Viu. lib. 2. doctoratus, num. 19. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi communis omniũ vel plurium sit opinio. huic enim nõnulli necessariam tribuunt authoritatem, ac vim consuetudinis. Vill. C. 107. ibi: licet

verum

verum sit.item vers.septima.& in addit. Fichard.d.C.107.in prin.& §.communis opinio illa quoq; dicitur.ibi: constátq; communis opinionis. Turz.opin.160.num.2. Viu.lib.1.iudex in iudicando,in prin. vsque ad vers. nec est curandum. item vers. nec est curandum,si ex variis. Alij tamen probabilem tantùm ei tribuunt authoritatem. Vill. C. 107. in princ. Fichard. in addit. ad Vill. F.60.§.contrariam tamen. vers. vlt. Zasius in lib.2.responsor.cap.1. Cui respondet Viu. d.iudex in iudicando.vers.nec te decipiat Zasius. Sed & cõstat,communem opinionem progressu temporis mutari,vt quę opinio ante aliquot annos communis fuit, hodie desierit esse communis,& contraria facta sit communior. Iul. Clar.in §. testam.quæst.77.vers. contrariam verò.ibi: dicit etiam Socinus. Ex quibus patet, exceptionem propositam esse controuersam. Declaratur exceptio proposita, definitione communis & communioris opinionis, Turz. opin. 160. num. 3. Fichard. in d. addit. communis opinio illa quoque dicitur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi contraria opinio sit probabilior vel verior. Vill. C.107.in princ. vers.tertia cum.Cui contradicit Viu. d.iudex.in iudicando. vers. nec est curandum si contraria. Ex quibus patet, hanc quoque replicationem esse controuersam. Altera replicatio est: Nisi in cõtraria opinione sint grauiores authores. Turz. opin. 160. num. 4. Vill. C. 107. vers. sexta. & in d. addit. Fichard.§.communis.vers.quinimo. Tertia replicatio est: Nisi in contraria opinione sit Papa. Quæ tamen reprobatur Viu. d. iudex in iudicando. vers. nec est curandum si Pontifex. Quarta replicatio est: Nisi contrarium in Rota Romana sit decisum. Controuertitur d.iudex in iudicando. vers. hinc est quod. Quinta replicatio est: Nisi in contrarium extet consuetudo vel aliud ius. Vill. C. 107. versic. & nota quod item vers. secunda. Sexta replicatio est: Nisi contraria sententia sit tutior.d.C.107.vers.quarta. Septima replicatio est: Nisi contraria sentẽtia sit fauorabilior, & propter quam res valet. d. 107. vers. quinta. Octaua replicatio est: Nisi glossa sit in contrarium. Controuertitur hæc replicatio, magis tamen reprobatur Viu.lib.1.iudex in iudicando. versic. nec recedendum est per iudicem. Nona replicatio est: Nisi sit cõflictus opinionum,vt non constet vtra opinio sit communior.d.iudex in iudicando.vers.nec est curandũ si ex variis, vsq; ad vers. nec recedendum est. Fichard. in addit. ad

Vill.C.107.§.eandem tamen. Plura de controuersis opinionibus conciliandis vide s. cap.1. de antinomiis. De qua re meum iudicium antea latius exposui in ratione huic Methodo præfixa. Hæc de prima regula.

II. Regula, De authoritate glossæ. Hæc necessaria est, non probabilis. Controuertitur Viu. lib.1 iudex in iudicando. vers. nec recedendum est per iudicem. Idem lib.2. Filius fratris, nu.4 & 5. item Glossæ opinio. Huius regulæ controuersæ exceptio prima est: Nisi nullam rationem allegauerit glossa. d. glossæ opinio, nu.3. & 4. Altera exceptio est: Nisi communis opinio sit in contrarium. controuertitur d. vers. nec recedendum est per iudicem.

III. Regula, De authoritate Bartoli, d. iudex in iudicando. vers. & de hoc non est valde mirandum.

IIII. Regula, De authoritate Baldi, Viu. lib. 1. testis illud. vers. sed ego pronunc. item Testis vnus deponens. vers. quia secundum Paul.

V. Regula, De Irnerio, Viu. libro 2. doctoratus, nume. 14. & 16.

VI. Regula, De Imp. Iustiniano & libris iuris abrogatis, d. doctoratus, num. 15.

## DE REBVS IVDICATIS.

I. Regula: Res iudicata vim legis non habet. M. I. C. lib. 1. cap.4. de Iudicato, reg.1. M.I.P. lib.1. cap.3. de iudicato, reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi cum iudex populo sciente & non contradicente aliquid iudicasset, decem anni ab hoc iudicato excesserint, nullo actu in contrarium facto: ex hoc enim introducitur consuetudo. Turz. opin 9. num. 2. & 3. de qua re vide s. eod. cap. de consuetudine, except. 6. Altera exceptio est in decisionibus Neapolitanis, quæ dicuntur succedere loco interpretationis Imperialis. Viu. lib. 1. iudex in iudicando. vers. sed reuertendo ad institutum. Tertia exceptio est in decisionibus Rotæ Romanæ. Quæ tamen controuertitur d. iudex in iudicando. vers. hinc est quod iudex.

## DE PRINCIPVM PLACITIS SEV constitutionibus, & priuilegiis.

I. Regula: Quod principi placet, legis habet vigorem. M.I.C. lib.1. cap.4. de principum placitis. M.I.P. lib.1. cap.3. de constitutionibus Principum, reg.2. Cuius regulæ exceptio est: Nisi Princeps sine causa alicui ius suum auferat.

de qua re dicetur infrà in priuilegiis Imperatoris.

II. Regula: Constitutiones personales seu priuilegia ad exemplum non trahuntur, de qua re vide suprà cap.1. de interpretatione, reg.1. except.2.

III. Regula: Priuilegia non præiudicant alteri. Vill P.18. Vide infrà reg.5. except.1.

IIII. Regula: Priuilegium à tempore scientiæ effectum habet. Vill. P.301.

V. Regula: Priuilegium alicui concessum, ei auferendum non est, nec contrà faciendum. M.I.P.d. cap.3. de constitutionibus personalibus, reg.3. Cuius exceptio prima hæc est. Nisi priuilegiũ alteri absit. M.I.P.d. reg.3. except.1. Accedit Tutz. reg.47. Altera exceptio est: Nisi causa priuilegij cesset: hoc enim casu ipsum quoq; priuilegium cessat. d. reg.3. except.2 Cuius replicatio est in parte, cui ob duodecim filios priuilegium concessum erat: hoc enim casu etiam mortuis filiis durat priuilegium. Vill. P.51. & 307. Tertia exceptio est: Nisi priuilegium concessum alterius priuilegij reuocationem operetur. Vill. P.302. Cuius replicatio prima est: Nisi prius priuilegium idem contineat quod ius commune: tũc enim ei per posterius priuilegium derogatur. Vill. P.303. Altera replicatio est: Nisi prius priuilegium corpori iuris sit insertum. Vill. P.304. Tertia replicatio est: Nisi in posteriore priuilegio inserta sit clausula derogatoria, non obstantibus priuilegiis in contrarium, &c. Vill. P.305. Hæc de tertia exceptione: de qua vide item ỹ. except.6. Quarta exceptio est: Nisi quis priuilegio suo intra triginta annos vsus non sit. M.I.P.d. reg.3. except.6. Cui accedit Vill. P.306. Viu. libro 2. priuilegium potest, num.3. Quinta exceptio: Nisi quis vnico actu contra suum priuilegium fecerit. d. reg.3. except.7. Cuius replicatio est: Nisi priuilegium contineat actum reiterabilem: tunc enim non nisi 30. vel 40. annorum spacio ei potest præiudicari. d. priuilegium potest, num.4. Sexta exceptio est: Nisi aliud priuilegium priori contrarium postea sit indultum: per hoc enim prius tollitur. M.I.P.d. reg.3. except.8. Quæ tamen exceptio ipso quidem iure reprobatur, & admittitur certis quibusdam casibus, de qua re vide s̃. ead. reg. except.3. Septima exceptio est: Nisi Princeps qui concessit priuilegium, id reuocauerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Gabriel. lib.3. de iure quæsito, conclus.7. Octaua exceptio est:

Nisi successor principis priuilegium reuocauerit. Fichard. in addit. ad Vill. P. 310. & R. 60. idem Fichard. in prin. & in fine. Replicatur primò: Nisi priuilegium ob benemerita sit concessum. d. R. 60. in addit. Fichardi. vers. fallit primò. Secundò replicatur: Nisi sine iusta & legitima causa reuocauerit. Fichard. in d. addit. 60. vers. fallit secundò.

VI. Regula: Priuilegia impetrata pro se & suis descendentibus, non competunt filiabus maritatis. Quæ regula est controuersa, communiter tamen approbatur, per ea quæ tradit Viu. lib. 1. in verbo Filię §. priuilegium. Idem lib. 2. priuilegium concessum.

VII. Regula: Priuilegia concessa viduis, non competunt meretricibus & luxuriosè viuentibus. Viu. lib. statutum in fauorem.

VIII. Regula: Priuilegiis ac iuri speciali facilius derogatur, quàm iuri communi. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 9. Accedit glossa in l. 1. in verbo Periurij, in fine. C. si aduersus venditionem.

## *DE RESCRIPTIS PRINcipum. CAP. IIII.*

PRima regula: Rescripta quoque principum vim legis habent, si non generalem, saltem in iis causis, de quibus facta sunt. M. I. C. lib. 1. cap. 5. in princ. & M. I. P. lib. 1. cap. 4. in princ. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi lite pendente rescriptum sit impetratum: hoc enim non valet. d. cap. 5. except. 2. Cui accedit Gabriel. lib. 2. de iudiciis, conclus. 4. in princ. Huius exceptionis replicationes vide d. except. 2. & d. conclus. 4. Altera exceptio est: Nisi preces veritate non nitantur, vel quædam non dissimulanda in iis fuerint omissa. M. I. C. d. cap. 5. except. 4. & M. I. P. d. cap 4. except. 5. Quibus accedit Vill. L. 123. Huius replicatio prima est: Nisi non dolo malo, sed per simplicitatem vel ignorantiam falsum expresserit, vel verum omiserit. M. I. P. d. except. 5. repl. 5. Cuius duplicatio est: Nisi id in precibus expressum vel omissum sit, quod si in veritate rescribens sciuisset, non rescripsisset. de qua d. repl. 5. dupl. 1. ad quam videtur pertinere Turz. reg. 46. Altera replicatio est: Nisi rescri-

ptum contineat clausulam motu proprio. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de clausulis, conclus. 2. num. 1. vsque ad num. 59 Tertia replicatio est: Nisi excipiens de subreptione non appellauerit. Vill. F. 119. & R. 35. Hæc de secunda exceptione, cuius species sunt exceptiones duæ proximè sequentes. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi rescripto de re ab alia possessa impetrato, alienæ possessionis in precibus non sit facta mentio. Quæ approbatur & distinguitur à Gabriel. lib. 5. de acquir. possess. conclus. 3. Quarta exceptio est: Nisi rescripto de re à se possessa impetrato, istius suæ possessionis in precibus non fecerit mentionem. Quæ approbatur & distinguitur d. lib. 5. de adquir. possess. conclus. 4. Quinta exceptio videtur: Nisi rescripto contra priuilegiatum impetrato, vt communi iure vtatur, priuilegij in rescripto non fiat mentio. Quæ tamen exceptio reprobatur Vill. R. 34. Sexta exceptio est: Nisi ius alterius per rescriptum sine causa lædatur. M. I. P. d. cap. 4. except. 12. Cui accedit Vill. P. 18. Turz. reg. 47. Cuius replicatio est: Nisi rescriptum habeat clausulam derogatoriam, Non obstante, &c. Vill. C. 66. Septima exceptio est: Nisi alicui exceptio rescripto detur vel derogetur. M. I. C. d. cap. 5. except. 14. Accedit Soarez A. 64. Octaua exceptio est: Nisi rescriptum nouas & insolitas clausulas contineat: ex hoc enim præsumitur falsum. Vill. R. 36. Nona exceptio: Nisi sine scripto mandatum principis proponatur. M. I. C. d. cap. 5. except. 10. Cuius replicatio est: Nisi princeps sit in eadem ciuitate. Gabriel. lib. 1. de probationib. conclus. 3. num. 21. & 22. Decima exceptio est: Nisi aliud rescriptum in contrarium ab aduersario sit impetratum: hoc enim casu posterius derogat priori. M. I. P. d. cap. 4. except. 14. Cuius replicatio prima est: Nisi in posteriore non fiat mentio prioris. d. except. 14. replic. 1. Cui accedit Vill. T. 2. Huius duplicatio prima est: Nisi hac replicatione opposita, iudex eam præterierit, nec à læso fuerit appellatum. Vill. E. 119. & R. 35. Altera duplicatio est: Nisi posterius rescriptum habeat clausulam motu proprio. Quæ duplicatio est controuersa, per ea quæ tradit Gabriel. lib. 6. de clausulis, conclus. 2. nu. 27. & 28. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi prius rescriptum iudici nondum fuerit præsentatum. Turz. reg. 43. Tertia replicatio est: Nisi exceptio posterioris rescripti nō fuerit opposita. Vill. R. 33. Quarta-

ta replicatio est: Nisi prioris rescripti executio sit facta. Cuius duplicatio videtur: Nisi posterius rescriptum habeat clausulam motu proprio. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur Gabriel.lib.6 1.de clausulis, conclus. 2. num. 23. & num. 78. cum duob.sequentib. Hæc de decima exceptione, de qua vide item ĩ.except.14. Vndecima propositæ regulæ exceptio est: Nisi dilatione ad soluendum impetrata, impetrans non caueat idoneè dilatione præterita se soluturum. De hac exceptione dicetur ĩ. de actionibus, quæst. quando detur. Duodecima exceptio est: Nisi alterius nomine sine speciali mandato quis rescriptum impetrauerit. M. I. P. d. cap.4. except. 18. Cuius replicatio est: Nisi beneficium alteri sine mandato impetrauerit. Vill.R.32. Decimatertia exceptio est: Nisi ad diuersos delegatos aduersus eundem rescriptum impetrauerit. M. I. P. d. cap. 4. except. 22. Hoc tamen casu non punitur, si rescripto non sit vsus. Vill. R.37. Decimaquarta exceptio est: Nisi Princeps concessa in rescripto reuocauerit. Approbatur ipso iure. Sed eius replicatio est: Nisi precio accepto & in vim pacti Princeps aliquid concesserit, vel alio modo obligatus. Viu. lib. 2. Princeps reuocans, nu.1. cum tribus sequentibus. Decimaquinta exceptio est: Nisi is pro quo rescriptum est, ei renunciauerit, eóque vti noluerit. Gabriel.lib.6.de clausulis, conclus.3. num.21. in princ. & num.26. Huius replicatio videtur: Nisi rescriptum habeat clausulam derogatoriam. Quæ tamen reprobatur d.num. 26. De qua clausula plura dicentur ĩ. de pactis, except. si aduersus leges, &c. Plures replicationes remissiuè vide apud Turz.opin.33.

## REPLICATIO PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Planè exceptiones hactenus enumeratæ, & si quæ sunt similes, recipiunt replicationem generalem hanc: Nisi rescriptum contineat clausulam de rogatoriam, Non obstante, &c. Vill.C.66. Hæc de prima regula.

I I. Regula: Si vacante sede, capitulo sit mandatum: episcopus postea electus id exequi tenetur. M. I. P. d. cap. 4. quæst.3. reg.3. Accedit Vill.E.97.

I I I. Regula: Potest impetrans rescripto impetrato renunciare, aduersario etiam inuito. Quæ regula approbatur simul & remissiuè distinguitur apud Turz. opinio. 33.

Hæc

Hæc de rescriptis principum, adeóque de iure ac legibus sint dicta. Sequitur de magistratibus.

# DE MAGISTRATIBVS.

## CAP. V.

### DE ORDINANDIS magistratibus.

PRima regula: Fœminæ magistratus sunt incapaces. M.I.C. lib.1. cap.6. quæst.1.reg.25. Accedit Iul.Clar.in §.feudum.quæst.73.versi.sed quæro,quid si bona.vbi adiicit aliud seruari de consuetudine.

II. Regula: Vt gratis ordinentur magistratus eorúmque officia, habetur d.cap.6. quæst.3.reg.1. Cui accedit Iul.Clar. in §.simonia.versic.præterea quæro, num.4. Cuius exceptio est: Nisi Principi aliquid detur.d.versi.4.ibi: quod intellige.

### DE OFFICIIS MAGISTRATVS, & actionibus quibus in officio retinetur.

III. Regula: In magistratu vel officio positis cum subditis contrahere nequeunt.d. lib.1.cap.7. reg.4. Cui accedit Turz,reg.60.

IIII. Regula: De negligentia iudicum coercenda agitur apud Iul.Clar.§.fin.q 73.versi.item iudex 3.

V. Regula: Finito officio, intra quinquaginta dies is qui in officio fuit, actiones eorum quos in officio læsit, excipere cogitur. M.I.C. lib.1.cap.7.reg.17. Quo tempore elapso, postea præscriptione tutus est. Iul. Clarus.§. fina.quæstio.51. versi.hac etiam.

VI. Regula: Crimen repetundarum extraordinaria pœna punitur.d.cap.7. de lege Iulia repetundar. quæst.3. reg.1. Cui accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.68.versi.officialis.30.in prin. & quæst.73.versi.iudex.2.in prin.

VII. Regula: Etiam quadrupli pœna dictum crimen coercetur.d.quæst.3.reg.2. Cui accedit Clar.d.versi.iudex.2. ibi: cogitur etiam.

VIII. Regula: Quæ officialis in officio adquisiuit, in dubio præsumitur ex pecunia publica adquisiuisse. Quæ tamen regula controuertitur Clar.§. fi.q.68.versi.officialis.30.

DE

## DE ACTIONE, SI IVDEX litem suam fecisse dicatur.

IX. Regula: Si iudex victum victori in expensas non condemnauerit: censetur facere litem suam, & victori tenetur. Viu.lib.1.iudex tenetur.versi.verùm si iudex.

X. Regula: Si iudex litem suam fecerit, tenetur eo nomine parti læsæ. M.I.C. d.cap.7.act.2., Cuius exceptio hæc est: nisi opinionem communem secutus, perperam pronunciauit. Fichard.in addit.B.ad Vill.C.107.

XI. Regula: Ex dolo vel culpa iudicis is quoque qui iudicem vel assessorem dedit aut elegit, tenetur. Vill.A.155. Soarez A.282.

XII. Regula: Si per imprudentiam malè iudicauit iudex, extraordinaria pœna punitur. M.I.C.d.actio.2.quæst.4. reg.1. Cui accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.83.versic.iudex 2.

## DE IVRISDICTIONE.

XIII. Regula, de definitione Iurisdictionis. Definitur autem Iurisdictio, potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi & æquitatis statuendæ. Vill.I.161.

XIIII. Regula: Iurisdictio & officium iudicis sunt diuersa. Vill.I.166.

XV. Regula: Iurisdictionis causæ officio mercenario expediuntur deseruienti actioni ad priuatam vtilitatem. Vill.I.174.

XVI. Regula iurisdictio cohæret personæ, & in territorio habetur ad instar dominij. Vill.I.167.

XVII. Regula: Iurisdictio diuiditur in ordinariã & delegatam. Cuius vtriusque differerentia traditur à Vir.lib.1. iudex ordinarius.versi.vtilitas tene, cum sequentibus. Vide item de hac diuisione J.lib.prox.cap.2.in prin.

XVIII. Regula: Imperium merum est, potestas gladij animaduertendi in facinorosos homines. M.I.C.lib.1.cap.8. quæst.1.reg.2. Accedit Vill.I.6.cum addit.

XIX. Regula: Imperium mixtum est, iurisdictio quæ impartitur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem. Vill.I.9.

XX. Regula: Mixti imperij, est missio in possessionem ex primo decreto. Vill. M.104.

XXI. Regula: Mixtum imperium in danda bonorum possessione consistit. M.I.C.lib.1.cap.8.quæst.1.in fi. Contradicere videtur Vill. B.45. & Soarez.B.43. vbi dicitur, quòd bonorum

bonorum possessio non sit mixti imperij.

XXII. Regula: Concesso territorio, ipsa iurisdictio concessa videtur. Vill.I.168. De qua re vide tractatum feudalem cap.4.quæst 4.reg.5.

XXIII. Regula: Iurisdictio adquiritur vnico actu, voluntate domini accedente. Vill.I.170.

XXIIII. Regula: iurisdictio non transfertur per rerum traditionem, sed per exercitium. Vill.I.171.

XXV. Regula: Iurisdictio adquiritur præscriptione & longo vsu. Vill.I.173. M.86. cum addit.P.217. cum sequentibus, vsque ad num.224.S.8.

XXVII. Regula: Si alicui iurisdictio mandata vel delegata sit in aliqua causa: is iudex competens censetur, & iurisdictionem in causa delegata potest exercere. M.I.C.lib.1.cap.8.quæst.2.in prin. M.I.P.lib.1.cap.v.quæst.4.in prin. Cui accedit Turz. reg.74. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iudex delegatus causam delegauerit: vel is delegauerit iurisdictionem, qui eam non suo iure, sed alieno beneficio habet. M.I.C.d.quæst.2.except.2. & M.I.P. d.quæst.4 except.1. Cui accedit Turz.reg.34. Vill.D.41. in addit.versic.aduerte quòd iudex. Iul.Clar.§.fi.quæst.41.versi.si verò.est.2.in princ. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi is qui à principe iudex delegatus est, causam alteri delegauerit. M.I.C. d.except.2.replic.1.& M.I.P.d. except.1. replic.1. Cui accedit Turz d.reg.34.versi.quia hoc est. Altera replicatio videtur: Nisi à delegato principis subdelegatus causam alteri delegauerit. Hæc replicatio reprobatur Turz.reg.35.Vill.D.35.& 52. Tertia replicatio est: Nisi delegatus post litem contestatam causam alteri delegauerit. Vill.D.34. Controuertitur in criminalib. Clar.§. fina.quæst.41. si verò est.2.ibi: & licet. Quarta replicatio est: Nisi ad vniuersitatem causarum delegatus authoritatem in manumissione præstandam subdelegauerit. Vill.D.53. Quinta replicatio est: Nisi ita mandata sit iurisdictio, vt delegatus eam posset subdelegare. Villa. D.35.ibi: quod potest ordinarius. & O. 28. Cuius duplicatio prima est: Nisi delegatus à principe cum potestate subdelegandi delegauerit. Vill.D.35. Altera duplicatio videtur: Nisi minimus ordinarius cum potestate subdelegandi delegauerit. Quæ tamen reprobatur Vill. O.29. Sxta replicatio est: Nisi ordinario causa sit delegata: is enim eam subdelegare potest. Cuius duplicatio prima est: Nisi ita ei mandata sit,

vt proce-

vt procedat summariè & de plano. Vill. O.30. Altera duplicatio est: Nisi in mandato verbum Delego sit positum. Vill. O.31. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi suspectus recusatus iurisdictionem alteri mandauerit. M.I.P. d. quæst.4. except.2. Cui accedit Vill. E. 101. vbi additur replicatio hæc: Nisi consensu partium alicui mandet. Tertia exceptio est: Nisi ei qui ex monacho canonicus factus est, causa delegetur. Vill. M.117. vbi subiicitur replicatio hæc: Nisi in dignitate positus sit. Quarta exceptio est: Nisi ei delegetur causa, qui eam ad delegantem remiserat: puta iudici à quo appellatum est, ab appellationis iudice. Reprobatur hæc exceptio M.I.C. d.cap.8. quæst.2. except.7. Accedit Vill. P. 22. Quinta exceptio est: Nisi causa quæ magis imperij est, quàm iurisdictionis, delegata sit: veluti criminalis, & similis. M.I.C. d. quæst. 2. except.9. Cui accedit Vill. C.26. & 27. item Iul. Clar. §. fin. quæst. 41. in princ. ibi: nam si quidem est. vbi etiam subiicitur ratio huius exceptionis, item mutatio, quòd exceptio hæc hodie non sit in vsu. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi princeps causas imperij delegauerit. Vill. D.36. Iul. Clar. d. quæst.41. in prin. ibi: nam aut loquimur. Altera replicatio est. Nisi delegatus principis, causas imperij subdelegauerit. Vill. D.37. Sed hæc replicatio est controuersa per ea quæ tradit Iul. Clar. d. quæst 41. versi. in delegato.3. Huius controuersæ replicationis duplicatio prima est: Nisi in delegatione principis verbum Præcipimus sit adpositum. Villa. D.43. Altera duplicatio: Nisi conscientia delegati sit onerata. Vill. D.44. Tertia duplicatio est: Nisi electa sit industria delegati. Vill. D.43. Quarta duplicatio est: Nisi ea sint delegata, quæ cõcessa sunt in signum supremæ potestatis Vill. D.46. Quinta duplicatio est in actuali missione in possessionem. Vill. D. 47. Sexta duplicatio est: Nisi missio in possessionẽ ex primo decreto est delegata. Vill. D.48. Septima duplicatio est: Nisi remotio tutoris sit delegata. Approbatur & distinguitur Vill. D.50. Octaua duplicatio est: Nisi criminalis causa sit delegata. Controuertitur Vill. D.51. Hæc de secunda replicatione: quæ cum sit controuersa, vt est ostensum, non est admittenda. Ideóque subiectæ duplicationes sunt superuacuæ. Tertio propositæ exceptionis replicatio videtur in subdelegato principis. Sed hæc reprobatur Vill. D. 52. Quarta replicatio est: Nisi propter infirmitatem ordinarij causa quæ

imperij

imperij est, sit delegata. Vill.D.38.& O.26. Duplicatur: Nisi leuis sit infirmitas. Villa.D. 39. Quinta replicatio est: Nisi propter absentiam ordinarij necessariam sit delegata. Villa. D.40. & O.26. Sexta replicatio est: Nisi ob multitudinem causarum delegauerit. Reprobatur Vill.D.42. Septima replicatio est: Nisi post litem contestatam delegauerit. Controuertitur per ea quæ proposita sunt s. except.1. repl.3. Octaua replicatio est. Nisi in integrum restitutio delegetur. Vill. R.54. De qua re vide item j. lib.5.cap.13.reg.2. Nona replicatio est: Nisi bonorum possessionis causa delegata sit. Vill. B.45.& 46. Soar.B.43. Decima replicatio est: Nisi missio in possessionem ex primo decreto delegata sit. Sed reprobatur Vill.D.33.& 48. Hæc de quinta exceptione cum suis replicationibus, quarum duplicationes generales vide j. exceptio. prox. Sexta propositæ regulæ exceptio est: Nisi causa criminalis sit delegata. Hæc exceptio approbatur ratione exceptionis superioris proximæ: quia causæ criminales imperij sunt. Ideóque ea quæ ibi dicta sunt, ad hanc quoque exceptionem pertinent. Planè propositæ exceptionis replicatio prima specialis hæc est: Nisi causa criminalis, nec meri, nec mixti sit imperij: hæc enim delegari potest. Iul. Clar. §.fi.q.41.in prin.ibi: & quidem. Reliquas replicationes vide s. except. proxi. Quarum duplicatio generalis prima hæc est: Nisi episcopus causas clericorum criminales laico delegauerit. d. quæst. 41. versic. quæro nunquid. Cuius triplicatio est in Papa delegante, d.q.41. vers. sed quid dicendum. Altera duplicatio generalis est: Nisi Episcopus causas criminales delegauerit clerico coniugato. d. q.41. versic. sed an poterit. Tertia duplicatio est: Nisi laicus clerico causas criminales delegauerit. Quæ tamen reprobatur d. q.41. versic. vlt. Quarta duplicatio est: Nisi delegatus in criminalibus puniendis vsque ad vltimum supplicium procedat. Quæ duplicatio controuertitur d.q.41. vers. sed nunquid. Villal. D.32. item 41. in addit. vers. & nota. Cuius triplicatio est: Nisi periculum sit in mora; vt in latrone insigni. d. Vill. D.32. Septima exceptio est: Nisi tutoris datio sit delegata. Vill. T.127. Octaua exceptio videtur: Nisi episcopus causam clerici laico delegauerit. Quæ tamen reprobatur Vill.D.54. Nona exceptio videtur: Nisi ordinaria causa sit delegata. Quæ tamen reprobatur Viu.lib.1. iudex ordinarius. versi. vlt. Decima exceptio est: Nisi ita delegatio facta sit, vt delegatus petat consilium tertij.

tertij. Quæ tamen reprobatur Vill.D.18. Vndecima exceptio est: Nisi is qui iurisdictionem mandauit, re integra decesserit. M.I.C. d.quæst. 2.except.11. Accedit Turz opin.97. in prin. Declaratur exceptio proposita, quòd si citatio facta sit, res non amplius dicatur integra. Quæ tamen declaratio controuertitur, aliis litis contestatione rem integram esse desinere declarantibus, aliis etiam ante citationem.d.opin. 97.idem opin,128.Fichard.in addit.ad Villal.C 52.& in addit. D.15.Idem in addit.ad Villa.L.131.item Vill L.160.& 161.cum addit. Gabriel lib.2.de citatione,conclus.2. Duodecima exceptio est: Nisi is qui delegauit, postea iudicare prohibuit. M.I.C. d.quæst.2.except.13.& N.I.P. d.quæst 4.except.11.Cuius replicatio prima est: Nisi literis prohibitionis nondum præsentatis, aliquid delegatus gesserit.hoc enim valet:quoniam iurisdictio nondum ei abrogata intelligitur. Turz. reg. 40. Altera replicatio est: Nisi non in totum iudicare prohibitus sit, sed in aliquo. hoc enim casu in reliquis manet iurisdictio salua exemplo eius qui condemnare prohibitus est: hic enim absoluere potest. Vill. P. 188. De quo exemplo vide plura j. lib.prox.cap. 17.reg. 4 excep 8.repl.1. Decimatertia exceptio est: Nisi literis delegationis nondum præsentatis, iudex delegatus aliquid gesserit: hoc enim quasi deficiente iurisdictione non valet. Turz. reg.40. Viu. lib. 1. iudices in rescriptis. vers.sed iudex. 14 exceptio est: Nisi cum iudex ad tempus datus esset, tempus illud sit finitum:hoc enim casu expirat iurisdictio delegata. M.I.C.d. q. 2.except.14 & M.I.P.d.quæst.4.except.12. Accedit Viu. lib.1. sententia lata. Cuius replicatio prima est: Nisi tempus consensu partium sit prorogatum. d. except. 14. & d. except. 12. repl.1. Cuius duplicatio prima videtur: Nisi causa sit criminalis. Quæ tamen duplicatio reprobatur Iul. Clar. §. fin. q. 42.in prin. Altera duplicatio est: Nisi delegatione causæ criminalis facta ei qui aliâs non habet iurisdictionem in criminalibus, partes in prorogationem consentiant: d quæst.42. vers.est etiam. Tertia duplicatio est: Nisi per inquisitionem ex mero officio procedatur. Quæ duplicatio est controuersa d.quæst. 42. vers. vlt. Quarta duplicatio videtur: Nisi aduena iurisdictionem prorogauerit. Quæ tamen reprobatur Vill. A.59 & Soarez A.78. Quinta duplicatio est: Nisi alterutrum prorogationis pœnituerit. Quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit: sed quoad interesse, ad quod pœnitens

aduersa

aduersario tenetur, manet delegato cognitio. Villal. I.105. Sexta duplicatio est: Nisi iudex delegatus ignorans tempus prorogatũ processerit. Hoc enim non valet Gabriel. li.2.de exceptione rei iudicatæ,concl.3.num.18.Septima duplicatio est,quoad iudicẽ ordinarium,cui per istam prorogationem non præiudicatur.Clar.§.fin.quæst.42.in prin.ibi; quod intellige. & verf. vltim. in fine. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est:Nisi facta computatione à die delegationis, tempus non sit finitum. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur Vill. T.3. Tertia replicatio est: Nisi pœna in delegatione adposita sit iudici non determinanti; hoc enim casu etiam post tempus elapsum sententiam proferre potest. Vill.D.20. Hæc de decimaquarta exceptione. Decimaquinta exceptio est: Nisi eadem causa antea alij fuerit delegata.M.I.C.d.quæst.2.except.16.& M.I.P.d.quæst.4.except.14.Accedit Gabriel.lib.2. de iudiciis, conclus. 1.in princ. Cuius replicatio prima est: Nisi prior delegatio iudici delegato nõdum fuerit præsentata. Turz. reg.43. Altera replicatio est: Nisi citatio prioris iudicis nondum fuerit executa. Vill. I.161. in addit. verf. & est aduertendum. Plures propositæ exceptionis replicationes vide apud Gabriel.d.conclu.1.Sed & plura de exceptione proposita vide j. libr. prox. capit. 2.except. 27. Decimasexta exceptio est: Nisi iudex delegatus decesserit: hoc enim casu expirat eius iurisdictio, nec ad successorem transit.M.I.P.d.quæst.4.except.16. Cuius replicatio est:Nisi iudex nõ proprio, sed officij nomine sit appellatus:tunc enim ad successorem officij iurisdictio delegata transit.d. except. 16.repl 1.Cuius duplicatio est: Nisi defunctus officium non suo,sed alieno nomine gesserit. Vill.D.29.Hæc de 26.regula eiúsque exceptionibus sint dicta.

XXVII. Regula: Delegatus fines mandati excedere non debet.M.I.P.d.quæst.4.reg.5.Cui accedit Viu.lib.1.iudices in rescriptis. Cuius exceptio videtur: Nisi contra iuris ordinem quid sit mandatum. Quæ tamen reprobatur d.iudices in rescriptis.

XXVIII. Regula:Iudex delegatus ea quę imperij sunt exercere non potest. M.I.C. d.cap.8. quæst.3.reg 3.except.1. Cui accedit Vill.I.164. Cuius exceptio prima est: Nisi iurisdictio in genere sit cõcessa per aliquam dispositionem, hoc enim casu etiam merum & mixtum imperium censetur esse

N. Vigelij

esse concessum. Vill. I. 163. Altera exceptio est: Nisi alij, qui merum & mixtum imperium in causa habuit, sit substitutus. Vill. I. 165. Tertia exceptio est: Nisi aliud consuetudo permittat. Gabriel. lib. 6 de consuetudine, conclus. 1 num. 33. cum duob. sequentib. Quarta exceptio est: Nisi causa quæ meri vel mixti imperij est, sit delagata. Quæ exceptio approbatur in certis casibus s̃. reg. 26. except. 5. Quinta exceptio est: Nisi modica coercitio, quæ iurisdictioni cohæret. M. I. C. d. reg. 3. in prin.

XXIX. Regula, De citatione à iudice delegato facienda differitur apud Vill. D. 26. cum duobus sequentibus.

XXX. Regula, Delegatus in causis criminalibus vsque ad vltimum supplicium procedere potest. Controuertitur per ea quæ habentur s̃. reg. 26. except. 6. dupl. 4.

XXXI. Regula, Delegatus non potest mittere in possessionem ex primo decreto. Vill. D. 33. 47. & 48.

XXXII. Regula, Delegatus non potest sibi in sententia reseruare condemnationem aut taxationem expensarum, nec sententiam suam interpretari. Viu. lib. 1. iudex in sententia. vers. hoc idem dicendum. vbi subiicitur exceptio talis: Nisi sententiam suam exequi possit.

XXXIII. Regula: Iudex delegatus sententiam suam exequi non potest. d. vers. hoc idem dicendum. Cuius ibidem subiicitur exceptio talis: Nisi à Principe sit delegatus.

XXXIIII. Regula, Si quis ius dicenti non obtemperauerit, punitur. M. I. C. lib. 1. cap. 8. q. 4. in prin. Cuius exceptio est: Nisi monitio non sit præmissa. Vill. M. 124. Concordat M. I. P. lib. 1. cap. 8. quæst. 9. reg. 1.

## DE DIGNITATE ET RELIquo iure magistratus.

XXXV. Regula, Si plures sunt eiusdem dignitatis, præfertur nobilis ignobili. Viu. lib. 2. doctoratus, num. 28.

XXXVI. Regula: Qui prius Licentiatus, postea Doctor creatus est, præfertur iis qui medio tempore Doctores creati sunt. Quæ regula controuertitur Gabriel. lib. 6. de maioritate & obedientia, conclus. 1.

XXXVII. Regula: Doctor habet dignitatem. Vill. D. 89. Viu. lib. 2. doctoratus, num. 1.

XXXVIII. Regula: Doctor qui publicè viginti annis legit, illustris efficitur. M. I. C. lib. 1. cap. 9. quæst. 1. reg. 13.

Accedit Vill.D.88. Controuertitur tamen Viu. lib.2.doctoratus,num.12.

XXXIX. Regula; Vxor eius qui in dignitate positus est,ex marito dignitatem sortitur. M. I. C. d. cap.9.quæst.1. reg.34. Cuius exceptio est:Nisi mortuo marito,vidua luxuriosè vixerit. Iul.Clar.in §.stuprum.vers.pariter etiam.7.

## DE NOBILITATE.

XL. Regula: Definitio nobilis ponitur remissiuè Vill. N.13.in addit.in fine. De speciebus nobilitatis Viu. libro 2. doctoratus,num.23.& 24.

XLI. Regula, De virtutibus nobilium huius temporis, d. doctoratus,num.26.

XLII. Regula: Nobilitas scientiæ præfertur nobilitati generis.d.doctoratus,num.23.

XLIII. Regula: Ignobilis virtute præditus præfertur nobili non virtuoso.d.doctoratus.num.22.25. & 27.

XLIIII. Regula; Nobilis exercens tabellionatus officium, priuilegia nobilitatis perdit. Viu. lib. 2. notarius infamis,num.4.Non tamen amittit per ingressum religionis. Vill. N. 14.

XLV. Regula: Illustris dignitatis effectus enumerantur Viu.lib.2.doctoratus,num.13.

## DE IMPERATORE AC Principibus.

XLVI. Regula, Imperator est dominus mundi. Vill. I.5. Fichard.in addit.ad Vill. P. 298.vbi controuertitur.Vill. lib.1. Imperatores.ibi: & Imperator denique.vbi etiam declaratur vocabulum Dominus. Gabriel.lib.5.de adquir.rer. dom.conclus.3.vbi etiam distinguitur.

XLVII. Regula, Imperator dicitur Vicarius Dei in temporalibus.Viu.lib.1.Imperatores.vers.Imperator enim.

XLVIII. Regula,Imperator præest clericis & laicis in terris Imperij.d.Imperatores.vers. item intellige dictum.

XLIX. Regula,De coronatione Imperatoris,d. Imperatores.vers.& Imperator dicitur.

L. Regula,De fine,vsu & officio imperatoris,d. Imperatores,in prin.

LI. Regula; Ab Imperatore ad Papam appellari non potest.d.Imperatores.vers.& Imperator ipse.

LII. Regula; Imperator in spiritualibus & concernen-

tibus peccatum subest Papæ. d. Imperatores. vers. sed aduertendum.

LIII. Regula: Imperator potest punire subditum de crimine vbicunque commisso. d. Imperatores. vers. & ex ista ratione.

LIIII. Regula: Imperator non potest abdicare Imperium. Vill P. 222. vers. & vltra illud.

LV. Regula: Imperator vel Princeps non potest alienare bona Imperij vel suæ ditionis. Vill. P. 291. in addit. nota istam cum addit. Fichardi prima. & Vill. P. 297 Gabriel. lib. 3 de iure quæsito, conclus. 5. num. 48. cum duobus sequentibus. Excipitur apud Gabriel. lib. 5. de adq. rer. domin. conclus. 3. num. 12. & 13. Sed & controuertitur & distinguitur regula proposita apud eundem Gabriel lib. 3. de iure quæsito, conclus. 8.

LVI. Regula: Princeps nemini ius suum potest auferre. Quæ regula est controuersa Vill. P. 292. & 293. cum addit. Fichardi. Soarez. A. 64. Viuius lib. 1. Princeps. Gabriel. lib. 3. de iure quæsito, conclus. 1. num. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iusta causa subsit, publicam vtilitatem concernens. d. Princeps. vers. quæ quidem communis. Turz. opin. 42. Iul. Clar. §. fin quæst. 59. vers. adde quod, in prin. Gabriel lib. 3. de iure quæsito, concl. 2. Cuius replicationes vide d. conclus. 2. & conclus. 4. ibidem. Altera exceptio est: Nisi ex causa remunerationis seruitiorum dominium alterius auferat iure gentium quæsitum. Viu. lib. 1. Princeps. vers. limita secundo. Tertia exceptio est in Papa beneficia sine causa auferente. Quæ tamen exceptio controuertitur apud Viu. lib. 1. Pontifex. Soarez B. 20. & 21. De hisce & aliis pluribus propositæ regulæ exceptionibus vide Gabriel. lib. 3. de iure quæsito, conclus. 1.

LVII. Regula, De statutis Principum. Confugientes ad statuas Principum inde abstrahendi non sunt. Clar. §. fin. q. 30. vers. vlt. vbi dicitur hoc consuetudine esse sublatum.

LVIII. Regula: Principes in ducatu, marchionatu ac comitatu omnia possunt in subditos suos, quæ potest Imperator in orbe. Villal. D. 192. cum sequente.

LIX. Regula: Officiales subditos lædere, vel iniuste quid ab iis exigere non debent. M. I. C. lib. 1. cap. 11. de officiis apparitorum, reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi publica vtilitas vel necessitas aliud exigat. Gabriel. libro 3. de iure quæsito,

conclus.

conclus.2.nu.7. cum tribus sequentibus. Hæc de magistratibus sint dicta. Nunc de iudiciis publicis dicetur, primum in genere, deinde in specie.



## *DE IVDICIIS PVBLICIS in genere. CAP. VI.*

PRima regula: Iudicium publicum dicitur, quod cuiuis de populo permittitur. M.I.C. lib.1. cap.12.q.1. Accedit Iul. Clar. lib.5.sentent.§.1.num.1. Sed & crimen publicum à quibusdam definitur, cuius pœna venit applicanda fisco. Quæ tamen definitio est controuersa Viu.lib.2.crimen.Iul. Clar.§.fin.quæst.1. vers.quarta igitur, cum vers. sequente. & quæst.17.vers. sed quid.

II. Regula: Accusatio definitur, quòd sit delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione. Iul.Clar.§.fin.quæst 12.in prin.

III. Regula, De genere. Accusatio vtrum sit actio, an officium iudicis, controuertitur d. quæst.12.vers.item quæro.& Soarez A.20.

IIII. Regula: De diuisionibus criminum vide j.de delictis priuatis, in prin,

V. Regula: Species criminum publicorum enumerantur M.I.C.lib.1.cap.12.quęst.3.cap.13 in prin. item M.I.P.lib. 1.cap.6.quæst.3.in prin. Accedit Viu.lib.2.crimen.Iul.Clar. lib.5.sentent.§. 1. num.1. Istis connumeratur crimen, quod committitur in offensam Dei, d. §.1.num. 2. item in offensam principis, d. §.1. num. 3. item omne falsum etiam extra testamentum commissum, d.§.1. nu. 4. Cogitationis autem pœnam nemo patitur. M.I.C.lib.1.cap.13. in prin.& M. I. P. d.quæst. 3.except. 10. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 91. in prin.vbi subiiciuntur eius exceptiones.

VI. Regula, De proprio iudiciorum publicorum. In accusatione iudex procedit officio iudicis nobili, non mercenario.Iul.Clar.§. fin.quæst.12.vers.scias autem.

### QVIBVS COMPETANT. iudicia publica?

VII. Regula: Regulariter omnib. accusare volentibus competunt .M.I C.lib.1.cap.11.quæst. 5.in prin.& M. I.P. lib. 1.cap.6.quæst.4.in prin.Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 14. in

prin. Cuius regulæ plures exceptiones enumerãtur d. quęst. 5. & d. q. 4. Propter quas accusatio, si opponantur, est nulla. M. I. P. d. quæst. 4. in prin. Viu. libro 1. pupillus, num. 14. Quæ tamen exceptiones dicuntur hodie non esse in vsu, d. quæst. 14. vers. scias tamen. Istarum exceptionum prima hæc est: Nisi mulier accusauerit. M I. C. d. q. 5. except. 1. & M. I. P. d. q. 4. excep. 1. Accedit Iul. Clar. d. q. 14. ver. præterea dixi, in princ. Cuius replicatio est: Nisi mulier suam suorúmve iniuriam persequatur. M. I. C. & M. I. P. d. except. 1 repl. 1. Cui accedit d. vers. præterea ibi: scias tamen. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi minor 20 annis accuset. M. I. C. d. q. 5 except. 2. M. I. P. d. q. 4. except. 2. Accedit Vill. M. 91. Viu. lib. 1. pupillus, num. 13. Iul. Clar. §. fi. q. 14. vers. dicebam etiam. 6. cum vers. seq. sed quid in maiore. vbi repellitur minor ab accusando vsque ad vicesimum annum completum. Est igitur propositæ exceptionis replicatio prima: Nisi excesserit vicesimum annum: tunc enim quamuis sit minor 25 annis, admittitur ad accusandũ. Iul. Clar. d. vers. sed quid in maiore, ibi: si veró est maior. Viu. lib. 1. accusare regulariter, & Pupillus, num. 15. Altera replicatio est: Nisi suam suorúmue iniuriam persequatur. M. I. C. d. except. 2. repl. 1. & M. I. P. d. except. 2. repl. 1. Accedit Vill. M. 91. Tertia replicatio est: Nisi crimen quod accusat minor, sit læsæ maiestatis, adulterij, vel defraudatæ annonæ. Viu. lib. 1. pupillus, nu. 16. Hęc de secunda exceptione, quę tamen dicitur consuetudine sublata vsque ad pupillarem ętatem, Iul. Clar. d. vers. sed quid in maiore, in fine. Tertia propositę regulę exceptio est: Nisi seruus accuset. M. I. C. d. q. 5. except. 3. & M. I. P. d. q. 4. except. 3. Accedit Iul. Clar. d. q. 14. vers. dixi etiam. Quarta exceptio est: Nisi filiusfamilias accuset. Quę exceptio controuertitur & distinguitur à Iul. Claro d. q. 14. vers. sed quid in filio. & & Vill. F. 133. Quinta exceptio est: Nisi pauper accuset. M. I. C. d. q. 5. excep. 4. & M. I. P. d. q. 4. excep. 4. Accedit Iul. Clar. d. q. 14 vers. sed hic etiam 19. in prin. Cuius replicatio est: Nisi sit honestæ vitæ. d. vers. 19. ibi: bene verũ, & Gabriel. lib. 1. de testibus, conclus. 18. num. 3. Sexta exceptio est: Nisi miles accuset. M. I. C. d. q. 5. except. 5. & M. I. P. d. q 4. excep. 6. Accedit Iul. Clar. d. q. 14. vers. quæro etiam, vbi tamen subiicitur, hanc exceptionem hodie esse sublatam. Septima exceptio videtur: Nisi socius criminis sociũ accuset. M. I. P. d. q. 4. except. 9. Accedit Viu. lib. 1. testis. §. in testem. vers. & quemadmodum.

admodum. Octaua exceptio est: Nisi excommunicatus accuset. M.I.P.d.q.4. except.10. Accedit Iul.Clar.d.q.14. vers. quæro nunquid. Nona exceptio est: Nisi infamis accuset. M.I.C.d.q 5.except.7. & M.I.P.d.q.4.except.8. Accedit Viu. lib.1.accusare non potest,nu.1.Iul. Clar.d. quæst.14. vers. secundus est.11.ibi:& in hoc scias.& vers. quintus est.15.ibi:alij verò. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non iuris, sed facti infamia sit infamis. Hæc replicatio approbatur iure ciuili,& reprobatur iure canonico,Iul.Clar.d.vers.secundus est. ibi:infamis autem. Viu.d.accusare non potest,nu.4. & 5. Quis autē dicatur infamis infamia iuris & infamia facti, declaratur d. accusare non potest, num.2.& 5. & apud eundem Viu.lib.1.infamia iuris. Altera replicatio est: Nisi infamis suam suorúmue iniuriam persequatur, aut ex lege Iulia maiestatis, vel de annona velit accusare. M.I.C.d. except.7. repl.2. Accedit Iul. Clarus d.vers. quintus. ibi:quem tamen intellige. Huius duplicatio est: Nisi ex sententia publici iudicij infamis sit effectus: hic enim nec in exceptis criminibus accusare potest. Viu.d.accusare nō potest, nu.3. itē Iul.Clar.d.vers.quintus est. ibi:adde quod. Tertia replicatio est: Nisi infamis accusatorē suum velit accusare. Quæ tamen replicatio est controuersa, per ea quæ habentur j. except.17.repl.1 dupl.1. Decima propositæ regulæ exceptio est: Nisi inferior superiorem velit accusare. M.I.P.d.quæst. 4. except. 11. Accedit Viu. lib.1. accusare non potest,num.6. Vndecima exceptio est: Nisi familiaris dominum suū accuset, vel libertus patronū. M.I.C.d.quæst.5 except.12. Accedit Viu. d. num.6. ibi: idemque videmus cum num. sequente. Duodecima exceptio est: Nisi vasallus dominum accuset. Quæ exceptio est controuersa Iul.Clar.§.fin. quæst.14. vers. sed quæro. Cuius replicatio est: Nisi ciuiliter tantùm agat. d. vers. sed quæro. Decimatertia exceptio est: Nisi laicus clericum accuset. M.I.P.d.quæst. 4.except.14. Accedit Iul.Clar. d.quæst.14.vers.propter reuerentiam. Cuius replicatio prima est: Nisi ius publicum in crimine versetur. d.vers. propter. ibi:scias tamen. Secūda replicatio est: Nisi laicus suam suorúmue iniuriam persequatur. d.vers.propter.ibi:prętereа scias. Tertia replicatio est: Nisi ciuiliter crimen proponatur. Quæ tamen reprobatur d. vers. propter. ibi: adde quod. Quarta replicatio est: Nisi patronus ecclesiæ suæ clericum accuset. Quæ est controuersa d. quæst.14. vers. sed nun-

quid. Decimaquarta exceptio est: Nisi clericus accuset. M.I.P.d.quæst.4. except.15. Cuius replicatio prima est: Nisi sanguinis pœna condemnato non ingeratur. Iul. Clar. d. quæst.14.vers.dixi in primis. Altera replicatio est: Nisi protestetur quòd non intendat agere ad vindictam corporalem. d. vers. dixi. ibi:bene verum. Decimaquinta exceptio: Nisi accusator sit inimicus accusati. M.I.P.d.quæst.4. except.27. Cuius replicatio prima est: Nisi non sit capitalis inimicitia. Iul.Clar.§.fin.quæst.14.vers. vlterius dixi. Declaratur d.§. fin. quæst.14. vers. item quæro. Altera replicatio est: Nisi suam suorúmue iniuriam persequatur.d. vers. vlterius.ibi:hoc tamen intellige. Decimasexta exceptio: Nisi is accuset, qui ciuiliter agere nequit. Quæ exceptio est cõtrouersa Iul Clar.§.fin.q.50.vers.vlt.Soarez A.47. Decimaseptima exceptio: Nisi reus accusatorem suum accuset M.I.C. d. quæst.5. except.14.& M.I.P.d.quæst. 4. except.39 Cuius replicatio prima est: Nisi prius iudicium sit finitum. M.I.C.d except.14. repl.1. Cuius duplicatio est: Nisi reus damnatus sit & infamis factus d. replic.1.duplic.1. Quæ est controuersa Iul.Clar.§.fin.quæst.14.vers. quintus est ibi: & tunc aliqui. Altera replicatio est: Nisi accusator de maiori crimine accusetur.M.I C.excep 14.repl.2. Accedit Iul. Clarus d. quæst.14. vers.tertius est, in prin. & ibi:cæterùm vbi crimina. Tertia replicatio est: Nisi reus suam suorúmue iniuriam persequatur.d.except.14.repl.4.Accedit Clar.d. vers. tertius, in prin & ibi:quinimò potest. Quarta replicatio est: Nisi crimina se inuicem contingant. d. vers. tertius. ibi:vbi verò reus. Duplicatur: Nisi reus non sit præsens. d.vers. tertius. ibi:apud nos autem. Quinta replicatio est:nisi nomen accusati nondum inter reos receptum sit.d. vers. tertius, in prin. Declaratur, quando inter reos dicatur quis receptus, d.quæst.14.vers. sed hic incidenter. ibi, controuertitur. Decimaoctaua exceptio: Nisi accusator plures reos habeat. M. I.C.d. quæst.5. except.10. & M. I. P. d. quæst. 4. except. 33. Accedit Iul. Clar.§.fin. quæst.13. vers.quæro nunc, cum vers. sequente. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi suam suorúmue iniuriam persequatur. M.I.C.d.except 10.repl.1. Cui tamen contradicitur d. vers. quæro nunc. Altera replicatio est: Nisi de eodem crimine plures accuset. d. vers. quæro nunc.ibi:hæc tamen. Decimanona exceptio est: Nisi plures eundem accusent. M.I.C.d.quæst.5. except.17. & M.I.P.d.q.

4.except.

4.except.45. Accedit Iul.Clar.d. quæst.13.in prin. ibi:aut nullius eorũ intereſt. Vill.A.13.ibi: accuſator quando. Cuius replicatio prima hæc eſt: Niſi pars aduerſa non oppoſuerit hãc exceptionem. d. verſ. accuſator quando. ibi:ſi tamen. & Iul. Clar.d.quæſt.13. in prin.ibi:ſed hoc vltimum. Altera replicatio eſt: Niſi plures eundem procuratorẽ conſtituerint ad accuſandum. Vill.A 13. ibi:fallit ſi plures. Iul. Clar.d. quæſt. 13.in prin.ibi item intellige. Tertia replicatio eſt: Niſi pluriũ interſit ratione officij vel communis iniuriæ. Clar.d. quæſt. 13.in prin.Soar.A.19. Viceſima exceptio: Niſi crimen ſit priuatum: tunc enim non cuiuis accuſare licet. Iul. Clar.§.fin. quæſt.17.nu.2.Soarez A.27. Cuius replicatio prima eſt: Niſi lex ſpecialiter permittat cuiuis volenti accuſare.d.nu.2. ibi: & dixi regulariter. Altera replicatio videtur: Niſi pro crimine priuato pœna veniat applicanda fiſco. Quæ replicatio eſt controuerſa, magis tamen approbatur d. quæſt.17. verſ. ſed quid ſi.3. Soarez A.26. Viceſimaprima exceptio: Niſi accuſator ipſe ſit criminoſus & culpabilis. M. I. P. lib. 1. cap. 6. quæſt. 4. exceptio. 9. Approbatur & diſtinguitur apud Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 14. verſ. dixi quoque. 9. cum ſequentibus, vſque ad verſ. quæro nunquid.16.

## REPLICATIONES PRÆCEDENTIVM exceptionum generales.

Hactenus propoſitæ regulæ exceptiones enumerauimus, quarum plures vide M.I.C.d.quæſt.5. & M.I.P.d.quæſt. 4 Quarum replicatio generalis prima hæc eſt: Niſi accuſare probibitus, ſuam ſuorúmue iniuriam perſequatur. MI.C. d. quæſt.5. in fine, repl. general.1. & M.I.P.d. quæſt.4. in fin. repl. general 1. Cui accedit Iul.Clar.§.fin. quæſt.14. verſ. volo etiam. Qui hoc loco ſuorum appellatione contineantur, controuertitur d. verſ. volo etiam. ibi:appellatione autem. Declaratur item replicatio propoſita exemplis d. quæſt.14. verſ. quæro an compater, vſque ad quæſt.15. Altera replicatio generalis eſt: Niſi exceptio aduerſus perſonam accuſatoris non fuerit oppoſita. Viu.lib.1. accuſare non poteſt, num.8. Planè hoc caſu iudex poteſt ex officio accuſatorem repellere. Iul. Clar.§.fin.quæſt.15. in prin. cum verſ. ſequente 2 Tertia replicatio generalis eſt: Niſi reus eodem crimine, quod accuſatori obijcit, laboret. Quæ tamen reprobatur d. quæſt.15. verſ. ſed quæro. Quarta replicatio eſt: Niſi

per inquisitionem ex officio procedatur. Iul Clar. §. fin. quæst.14.vers. scias tamen. Quinta replicatio est: Nisi reus accusatorem propter crimen quod illi obiicit, à sua familiaritate antea non repulerit. M I P.d.quæst.4 in fine, replicat. general.3. Cuius duplicatio est, quòd iudex nihilominus ex officio possit accusatorem repellere, quamuis reus per exceptionem non possit.d.quæst.15.vers. & hoc quidem. Sexta replicatio est: Nisi accusator testis in reum produci possit, hoc enim casu ab accusando non repellitur. Viu.lib.1. accusare regulariter, vers. quia qui potest. Hæc de septima regula cum suis exceptionibus sint dicta.

VIII. Regula, Si plures eundem velint accusare, nec tamen omnes simul possint: iudex vnum ex iis eligere debet, qui magis sit idoneus. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. reg. prox. except.19.in prin. Vter autem alteri hoc casu tanquam dignior & magis idoneus sit præferendus, definitur à Iul.Clar.§.fin.quæst.15.vers. vlt.

## ADVERSVS QVOS PVBLIca competat accusatio?

IX. Regula, Regulariter alius, quàm qui crimen de quo agitur, commisit, accusari ac puniri non debet. M.I.C. lib.1. cap. 12. quæst.6. reg.1. & M.I P. lib.1. cap.6. quæst. 5. in prin. Accedit Iul.Clar.quæst.86.in prin. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi mandatu vel consilio alterius crimen sit cõmissum: hoc enim casu vterq; potest accusari. M.I.C.d reg. 1.except.1.& M.I.P.d. quæst.5.except.1. Accedit Turz. opin. 130. Cuius replicatio prima est: Nisi statuto pœna crimini sit imposita. hoc enim casu mandans non tenetur: nisi in rem, non in personam statutum sit conceptum. Quę replicatio est controuersa Viu. lib. 2. statutum puniens. Vill M.5. Iul. Clar.§.fin. quæst.89. vers. sed quæro. Altera replicatio est, quòd mandans teneatur propter mandatum, non ex mãdato. Iul. Clar.§.fin. quæst. 89. vers. scias autem.3. vbi vsus huius replicationis ostenditur. Tertia replicatio est: Nisi mandatarius fines mandati excessit: tunc enim de eo quod excedit, non tenetur. Quæ replicatio est cõtrouersa d.quæst. 89.vers. pone aliquis. Quarta replicatio est: Nisi consuluerit aliâs facturo etiam sine eius consilio vel mandato. Quæ replicatio est controuersa Vill. C.190. cum addit. Iul. Clar.§. fin. quæst.88. Duplicatur: Nisi non fuerit simplex consilium,

sed

ſed mandatum. Quæ duplicatio etiam eſt controuerſa d.§. fin.quæſt.89.num.1. Quinta replicatio videtur: Niſi nomen mandatarij ignoretur. Quæ tamen reprobatur 89. verſic. ſcias autem.3.in fine. Hæc de prima propoſitæ regulæ exceptione.. Altera exceptio eſt: Niſi alius in crimen conſenſit: hic enim propter ſuum conſenſum etiam poteſt accuſari. M I.P. d.quæſt.5. except.2. Accedit Iul.Clar.§ fina.quæſt.87. verſi.hæc autem.4.vbi etiam declaratur & diſtinguitur. Tertia exceptio eſt: Niſi alius crimen ratum habuit: nam & hic tenetur. Quæ tamen exceptio controuertitur & diſtinguitur d.quæſt.87.verſi.quæro.5. Quarta exceptio eſt: Niſi alius opem tulit crimen committenti. nam & hic tenetur: ita tamen, vt mitiori pœna puniatur. quod replicationis loco notandum. Quæ tamen replicatio controuertitur & diſtinguitur à Iul.Clar.§.fin.quæſt.90.in princ. vſque ad verſic.in hac autem.3.item verſi. item ſcias.7.item Soarez A.297.cum nu. ſequente. Altera replicatio eſt: Niſi in accuſatione non ſit expreſsè mentio facta auxilij. Quæ controuertitur d. verſi. in hac autem.3 Declaratur ibidem verſ.item aduerte.4.cum verſi.ſequente. Tertia replicatio eſt: Niſi non conſtet principalem crimen commiſiſſe.d.quæſt.90.verſic.ſcias etiam.6. Quarta replicatio eſt: Niſi poſt crimen commiſſum auxilium præſtitiſſe dicatur. Soarez.A.299. cum num. ſequente. Hæc de quarta exceptione. Quinta propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi alius armatus adſtiterit crimini: nam & hic videtur teneri. Quæ tamen exceptio controuertitur & diſtinguitur d.quæſt.90.verſi. quæro nunquid.8. Soarez.A.283. & 284. Sexta exceptio eſt: Niſi alius, cum poſſet, non propulſauit iniuriam: nam & hic tenetur. M.I.P. d.quæſt.5.except.5. Quæ tamen exceptio à Doctoribus controuertitur & diſtinguitur Iul.Clar.§.fi.quæſt.87.verſi. dictum eſt.3. Viu. lib.1.defendere. Admittitur in vaſallo & nonnullis aliis d.§. defendere, num.5.& 6. Septima exceptio eſt: Niſi alius ſciuit crimen committi, & non indicauit. Reprobatur Iul.Clar. §.fin.quæſt. 87. in prin.ibi: & in primis. Controuertitur in crimine læſæ maieſtatis: de quo j.ſuo loco dicetur. Octaua exceptio eſt: Niſi alius contra ſtatutum auxilium & fauorem bannito præſtiterit: nam & hic vigore ſtatuti in pœnam incidit: Cuius replicatio eſt: Niſi aduocatus vel procurator bannito ſit patrocinatus: hic enim eſt excuſatus. Iul.Clar §. fina.q.82.de ſecundo ſtatuto.verſi. quæro nunquid.2. & Soarez A 94.

rez A.94. Nona exceptio eſt: Niſi cum ſtatutum puniat eum qui cum bannito locutus ſit, aliquis ei literas ſcripſerit. Quę tamen exceptio reprobatur d. ſtatuto ſecundo. verſi. quæro ſi ſtatutum.3. Hæc de nona regula eiúſque exceptionibus ſint dicta: ad quas tamen referri etiam poſſunt nonnulla ex regula proximè ſequente. item huc pertinere videtur, quòd dominus interdum familiæ ſuæ factum præſtat. de qua tamen re dicetur ĩ. in generali actionum tractatu, quæſt. aduerſus quos.

X. Regula, De hæredibus & liberis eius qui crimen commiſit. Hos regulariter quidem non comitatur pœna defuncti, nec ex eius crimine tenentur. M.I.C. d. quæſt. 6. regu.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi lege ſpecialiter pœna poſteris impoſita ſit. M.I.P. d. quæſt.5. except.6. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæſt.86. verſic. infertur etiam.7. Altera exceptio eſt: Niſi tale crimen defunctus commiſerit, ob quod memoria eius damnari poteſt. Vill. H.2. in addit. verſi. item nota quòd in delictis.

XI. Regula, De vniuerſitate. Aduerſus hanc quoque accuſatio inſtitui, & pœna decerni poteſt. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur ĩ. libr.3. cap. 10. regu.44. cum ſequentibus.

## PER QVOS PVBLICA iudicia competunt?

XII. Regula: Per alium accuſatio inſtitui non poteſt. M.I.C. lib.1. cap.12. quæſt.7. reg.1. & 2. M.I.P. lib.1. cap.6. q.6. reg.1. Accedit Gabriel. lib.7. concluſ.9. num.4. Iul. Clar. §. fin. quæſt.32. verſi. quæro nunquid, in princ. Ratio huius regulæ redditur in pœna Talionis, ad quam accuſator olim tenebatur, ſi fuiſſet calumniatus, Iul. Clar. d. quæſt.32. verſ. ratio autem. ibi: ſic etiam quilibet. Quæ pœna cum hodie ſit ſublata, vt infrà ſuo loco dicetur, regula quoque propoſita hodie videtur ceſſare. Clar. d. §. fin. quæſt.14. verſic. item quæro, in fin. & d. verſic. ratio autem, in fine. & d. quæſt.32. verſi. quæro nunquid. ibi: ſed quidquid ſit. Si tamen accuſator ab alio accuſatus, ſe per procuratorem non poſſet defendere, vtputa bannitus: hoc caſu, nec per procuratorem accuſare poſſet. d. verſic. quæro nunquid. ibi: vnum tamen. Planè propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi vniuerſitas per ſyndicum accuſet. Vill. V.45. in addit. Gabriel. d. concluſ.9. nu.6

Contro

Controuertitur tamen apud Iul.Clar.§. fin. quæst.14.versic. item quæro. Altera exceptio est: Nisi per modum exceptionis crimen obiiciatur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Clar.§ fin.quęst.32. versi.tu scis quòd. Plures propositæ regulæ exceptiones vide apud Gabriel.d.conclus.9.num.5.

XIII. Regula: Reus quoque per alium se in criminalibus defendere non potest. M.I.C. d.quæst.7.reg.2. & M.I.P. d.quæst.6.reg.2. Accedit Viu.lib.1. procuratorem in capitalibus. Gabriel.lib.7.conclus.9.num.1.Iul.Clar.§. fin.quæst.32. in princ. Ratio huius regulæ est, ne eludatur sententia reo condemnato absente.d.quæst.32.versi.ratio autem.d.conclu. 9.num.2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sententia in absentem definitiua ferri possit. hoc enim casu admittitur procurator causam absentis defendens. M.I.C.d. reg.2.except.1.& M.I.P. d.reg.2.except.1. Quæ tamen exceptio à Doctoribus controuertitur, Iul.Clar.d.quæst.32.vers. hæc autem conclusio.& d.§.fina.quæst.33. in princ. vsque ad versi.sed nunquid.item versi. quæro.nunquid, in fine.Soarez A.5.Vill.A.10.cum addit.Viu.lib.1.procurator in capitalibus. versi.vbi aiunt omnes. Altera exceptio est: Nisi vniuersitas per syndicum defendatur.Vill.V.45. in addit. Tertia exceptio est: Nisi non corporalis, sed pecuniaria pœna, aut relegationis, priuationis, aut alia similis veniat reo condemnato imponenda. Quæ exceptio controuertitur, communiter tamen approbatur Viu.lib.1.procurator in capitalibus.versi. & quamuis vt superius. Iul.Clar.§.fin.quęst.32.versic.ex hac autem, cum sequentib.vsque ad vers.dictum est.Gabriel.lib. 7.conclus.9.num.1. Huius replicatio prima est: Nisi pro homicidio pœna pecuniaria sit imponenda. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d.quæst.32.vers.dictum est. Altera replicatio est: Nisi in statuto adiectum sit, vt nisi pœna pecuniaria solueretur, corporalis pœna subiretur. Quæ tamen reprobatur d. quæst.32. versic. vlterius quæro. Tertia replicatio est: Nisi dubium sit, vtrum pecuniaria, an corporalis pœna sit imponenda. Quę replicatio est controuersa d.quæst.32.versi. sed pone. Hæc de tertia exceptione. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi pœna arbitraria sit imponenda. Quę exceptio approbatur & distinguitur d.quæst.32.versi.sed quæro. Quinta exceptio est: Nisi in mortuum sententia sit ferenda.d.quæstio.32. versic.debes

procu

scire. Sexta exceptio est: Nisi reus præsens in iudicio per procuratorem se defendat. d. quæst. 32. versic. item quæro. 16. Cuius replicatio est: Nisi per procuratorem præsens respondere vellet accusationi, inquisitioni, vel interrogationibus à iudice factis. d. versic. item quæro. ibi: tu verò ne erres. Septima exceptio est: Nisi procurator nomine absentis aliqua dilatorias exceptiones opponat. d. quæst. 32. versi. pariter etiam, in princ. Cuius replicatio est: Nisi talis exceptio ad ipsum crimen pertineat. d. vers. pariter. ibi: hoc tamen intelligendum. Huius duplicatio est: Nisi talis exceptio esset notoria. d. versi. pariter. ibi: nisi talis exceptio. Octaua exceptio est: Nisi causa absentiæ per procuratorē reddatur. M. I. C. d. q 7. reg. except. 1. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 3·. versi. hęc autem conclusio, in fine. & versi. prædicta autem. & vers. idémque. Nona exceptio est: Nisi causa nullitatis sententiæ agatur separatim à negocio principali: hęc enim per procuratorem agi potest. Viuius lib. 1. procurator in capitalibus. ver. tamen limita. & d. quæst. 32. versi. quæro an in causa. Decima exceptio est: Nisi reus sit bannitus, vt in iudicio stare non possit. Quæ tamen reprobatur. d. q. 32. versi. tu scis. & vers. sed hic quæro. Vndecima exceptio est: Nisi reus sit ægrotus. Soarez A. 115. Duodecima exceptio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. d. quæst. 32. versic. ex hac autem. ibi: si tamen Duodecimatertia exceptio est: Nisi crimen sit priuatum. Quæ tamen reprobatur sub conditione d. quæst. 32. versic. & hæc conclusio. 2. Decimaquarta exceptio est: Nisi aduersus accusationem opponatur exceptio banniti occisi: hæç enim per procuratorem opponi potest. d. quęst. 32. vers. quæro modo, in princ. Soarez B. 12. Cuius replicatio est: Nisi bannum occisi vlteriorem probationem requireret. d. versic. quæro modo. ibi: hæc tamen intelligenda. Decimaquinta exceptio est: Nisi per modū exceptionis crimen obiiciatur. hoc enim casu per procuratorem ad id respōderi potest. Quę exceptio approbatur simul & distinguitur d. q. 32. ver. tu scis quòd. Decimasexta exceptio: Nisi ex regula proposita aduersus procuratorem rei conuenti exceptio non fuerit opposita. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d. quæst. 32. versic. pone quòd in causa. Decimaseptima exceptio: Nisi pater pro filio, dominus pro seruo, vxor pro marito, ciuitas pro ciue, & alius ratione sui interesse compareat pro reo. Quæ exceptio est controuersa Iul. Clar. §. fin. quæst. 33. versic. vltimò

mò quæro. Hæc de exceptionibus propositæ regulæ: de quibus tamen & aliis pluribus vide item Gabriel.lib.7. conclus.9.num.3.& nu.7.cum sequentib. vsque ad finem.

## VBI ET APVD QVEM PVBLICA iudicia competant?

XIIII. Regula, De loco vbi crimen est commissum. Ibi regulariter reus est accusandus. M.I.C. libr.1.cap.11. quęst.8. reg.1.M.I P. lib.1.cap.6.quæst.7.reg.1. Accedit Vill.D.57.cum addit.Viu.libr.1. iudex domicilij, num.9.& 10. item 11. in fine. Iul.Clar.§.fin.quęst.38.in princ.Gabriel.lib.6.de consuetudine,conclus.2.num.19. Huius regulæ exceptio prima hęc est: Nisi agatur de pœnitentia iniungenda.d. conclus.2.num.20. & d.quęst.38.versi. quęro nunquid. Altera exceptio est: Nisi reus maior sit dignitate,quàm iudex loci,in quo crimen est commissum. Quæ tamen exceptio reprobatur à Iul.Clar.§. fin.quęst.35. versic.vlterius. ibi: sed quid si. Tertia exceptio est:Nisi cum duo domini essent eiusdem castri,qui diuidant iurisdictionem inter se, vnus in alterius iurisdictione deliquerit.d.§.fin.quæst.38. versi. quęro pone. Quarta exceptio est: Nisi exercitu alicubi posito, miles crimen commiserit: hoc enim ad iurisdictionem militarem,non loci iudicē pertinet.d.q.38.versi.quęro etiã. Quinta exceptio videtur: Nisi is qui mandauit vt crimen committeretur, vel commissum ratum habuit, accusetur. hic enim magis in loco mandati quàm delicti videtur conueniendus. Quæ tamen exceptio reprobatur d.quęst.38.versi. item quęro, cum vers.sequente. Sexta exceptio videtur: Nisi tractatus de crimine committendo alibi sit habitus: tunc enim ibi videntur puniendi, non in loco delicti. Quæ exceptio est controuersa d. quęst. 38.versi. vidi aliquando. Septima exceptio est: Nisi existens in vno territorio,bombarda hominem in alio territorio interficiat. hoc enim casu vtriusque territorij iudex competens est,& est locus pręuentioni.d.q.38.ver.item pone.Octaua exceptio videtur: Nisi in ciuitate confœderata cum ciuitate,in territorio crimen cõmissum est, accusetur. Sed reprobatur d.q.38.vers.successiuè quęro. Nona exceptio: Nisi in confinio commissum sit, vt ignoretur in cuius territorio sit commissum:hoc enim casu vtriusq; territorij iudex competens est.d.q.38.versi.prętęrea quęro. Decima exceptio videtur: Nisi fur cum re furtiua alio loco deprehendatur hoc

enim

enim casu cum eandem rem eo loco contrectet, & ita ibi quoque furtum faciat, videtur ibi accusandus. Quę tamen exceptio est controuersa d.quęst 38.versic.tu scis quòd. Vndecima exceptio: Nisi apud iudicem domicilij accusetur. de qua vide j. reg proxi.

XV. Regula, De domicilio rei. Ibi quoque accusari potest. M.I.C. d.quæst.8.reg.3. Accedit Iul. Clarus.§. fin.quæst. 39.versi. sortitur etiam. Cuius exceptio prima est: Nisi iudex loci, in quo crimen commissum est, reum sibi remitti petierit.d.§.fin.q.38.versic.est autem tantæ. Cuius replicatio prima est: Nisi iudex, à quo remissio petitur, non habeat iurisdictionem reum capiendi. Quæ replicatio est controuersa d.quæst.38.versi.sed quid si iudex.22. Altera replicatio est: Nisi leue sit crimen.d.quæst.38 versic. scias tamen. 23. Tertia replicatio est: Nisi ciuiliter de crimine agatur. d.cap 38. vers.item scias.24.Fichard.in addit. 3. ad Bapt. à Vill.R. 21. Quarta replicatio est: Nisi à curia Romana remissio petatur.d.quæst 38.vers. scias etiam. Quinta replicatio est: Nisi cum idem de pluribus criminibus esset accusatus, processus de aliis criminibus apud eum, à quo petitur remissio, non sit finitus.d.quæst.38.vers.hæc autem omnia. Hactenus primæ exceptionis replicationes enumerauimus, quarum duplicatio generalis hæc est: Nisi iudex ecclesiasticus clericum sibi remitti petat.d.quæst. 38.vers.item intelligenda. Planè exceptio proposita consuetudine dicitur esse sublata, d. quæst. 38.vers.sed certè. Fichard in addit.4 ad Vill. R. 21. Nisi ambo iudices sint sub eodem principe.d quæst. 38. vers.hoc tamen. & vers.sed quid si. item quæst. 39. vers. sed quæro ibi: etsi ipsi iudices. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi iudex loci, in quo crimen commissum est, cœperit contra reum procedere. Iul. Clar.§.fin.quæst.39. vers. sed quæro.ibi:sed hic etiam. Tertia exceptio est: Nisi extra territorium crimen sit commissum. Quæ approbatur d.§. fin. quæst.38. vers. vlterius quæro.12. Controuertitur in inquisitione nemine accusante,d.quæst.39.vers. sed quæro. & Viu. lib.1. iudex domicilij, num.1. cum quatuor sequentib. Quarta exceptio videtur: Nisi reus sit absens. Sed reprobatur d.quæst.39.vers.sortitur.

XVI. Regula, De iudice originis. Apud hunc quoque accusatio competit. M.I.C.d.quæst.8.reg.3 in fine. Accedit Vill.D.57.cum addit.Iul.Clar.§.fin. quæst.39.in prin. Huius

regulæ

regulæ exceptiones eædem sunt quæ superioris proximæ.

XVII. Regula, De loco in quo reus deprehenditur. Ibi quoque potest accusari M.I C.d.quæst.8.reg.2 Accedit Vill. R. 21.in addit.3.& 4. Viu.lib 1.iudex domicilij, num. 11. Iul. Clar.d.§.fin.quæst.29.vers. vlt. Controuertitur tamen regula hæc Clar. d. §.fin quæst.38.vers.vlterius quæro,& vers. tu scis.item quæst.39.vers.quæro nunquid. Vill R.65.Admittitur, si reus sit vagabundus. d. q.39.vers. cæterùm, si reus Declaratur definitione vagabundi d. quęst. 39. vers. sed hic quæro. Item admitti videtur in bannito. sed reprobatur d. quæst.39.vers. fui interrogatus.

XVIII. Regula:Si crimen ad duorum iudicum iurisdictionem pertineat:qui præuenit alterum excludit. Approbatur, declaratur & distinguitur Iul. Clar. §. fin. q. 38. vers. vlt.item q.39.vers.sed quæro. 4. ibi:statim igitur commisso. De qua re vide item j.cap prox.except.38.replic.8.

XIX. Regula, De vicario. Hic quoq; de criminalibus cognoscere potest. Iul.Clar.§.fi.q 40.in prin.Quæ tamen regula videtur exceptionem recipere, quòd vicarius non possit imponere pœnam corporalem. Quæ tamen exceptio cõtrouertitur & distinguitur d.quæst.40.vers.sed nunquid. Altera exceptio videtur esse in vicario episcopi. Quæ tamen reprobatur,sed sub conditione,d.quæst.40.vers.vlt.

XX. Regula, De iudice delegato.Hic nõ est iudex competens causarum criminalium. De qua re dictum s̃. capit. prox.reg.26.except.5.& 6.

XXI. Regula, De iudice ad quę causæ pecuniariæ pertinent. Ad hunc causæ criminales non pertinent. M. I. C. d. q.8.reg.5. Cuius exceptio est:Nisi criminalis causa ciuili incidat. Viu.lib.1.testiũ examinationem.vers.nota quòd licet.

XXII. Regula, De Episcopo. An sine consensu capituli procedere possit controuertitur Gabriel. lib. 7. conclus. 36.

## QVANDO ET QVAMDIV competant iudicia publica?

XXIII. Regula : Intra biennium finiri debent. M. I.C. lib.1.cap.12.quæst.9.reg.1. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 51. vers.alia etiam est.

XXIIII. Regula : Viginti annorum præscriptione publicæ accusationes excluduntur. M.I.C.d.q.9.reg.3. Accedit Vill. D.55.cum addit. Viu.libro 1.accusatio falsi. Iul. Clar. §.

fin. q. 51. in prin. Soarez A. 33. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi officio iudicis inquiratur. Quæ exceptio controuertitur d. q. 51. vers. & hæc quidem. Altera exceptio est: Nisi de crimine ciuiliter agatur. d. vers. & hæc quidem, in fine. Soarez A. 56. Tertia exceptio est: Nisi cum crimē esset reiteratū, à die vltimi criminis computatione facta, viginti anni nondum excesserint. d. quæst. 51. vers. sed hic quæro. Quarta exceptio: Nisi maius vel minus tempus in aliquo crimine specialiter statutum sit. d. q. 51. vers. potest autem. Quinta exceptio est: Nisi ignoratum sit, crimen esse commissum: tunc enim à die scientiæ tempus currit. Quæ exceptio est controuersa d. q. 51. vers. sed quæro. Sexta exceptio videtur: Nisi officialis de syndicatu conueniatur. Quæ tamen reprobatur d. q. 51. vers. hac etiam. Septima exceptio: Nisi alia crimina, in quibus præscriptio non obstat, concurrant. Quæ controuertitur d. q. 51. vers. vnum tamen.

## ADFINIA PVBLICORVM IVdiciorum remedia.

XXV. Regula: Plures modi quibus crimina in iudicium deducuntur, enumerantur à Iulio Claro §. fin. q. 1. vers. primus est, vsque ad q. 2. Qui tamen contrahuntur in duo genera; ex officio, & ad instantiam partis. prior modus dicitur inquisitionis, alter accusationis, d. §. fin. q. 3 num. 1. & 2. Hoc ordinarium, illud extraordinarium dicitur remedium, d. q. 3. num. 3. In contrarium tamen est consuetudo. d. q. 3. num. 6.

XXVI. Regula: Per exceptionem quoque crimina in iudicium deducuntur. M. I. P. lib. 1. cap. 14. in prin. vers. sunt insuper. Iul. Clar. §. fin. q. 19. vers. per exceptionem. & vers. criminaliter, cum tribus sequentibus.

XXVII. Regula: Adfinia quoque remedia sunt, iudicia priuata, seu actiones ciuiles, de qua re dicetur j. in pœnalibus actionibus.

XXVIII. Regula: In notoriis officio iudicis proceditur sine accusatione. M. I. C. lib. 1. cap. 12. q. 10. reg. 2 M. I P. lib. 1. cap. 14. in princ. Accedit Viu. lib. 1. notorium. vers. imò iudex potest. Notorium autem dicitur, quod nulla tergiuersatione potest negari. M. I. P. d. cap. 14. in princ. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 9. num. 2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi notorium per exceptionē defendi possit. d. q. 9. vers. sed aduerte. 3. Altera exceptio est, quòd in notorio sit

opus

opus citatione. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d.q.9.verſ. quæro nunquid. 4. Tertia exceptio eſt: Niſi notorium non fuerit allegatum. Viu. lib. 1.notorium.& lib. 2. notorium, num.1. Huius replicatio prima eſt: Niſi is qui allegare debet, ſit abſens, & vitiosè citatus.d. li. 1.notorium. ibi: & hoc quod notorium. Altera replicatio eſt: Niſi notorium conſtet ex actis.ibid. verſ.item ſecus quando. Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio eſt: Niſi notorium non fuerit probatum. Hæc exceptio eſt controuerſa Viu. lib. 2. notorium, num.1.cum duob.ſequentib. Iul. Clar.d.q.9.verſ. item quæro. 5. Quinta exceptio eſt: Niſi reo non detur copia iudiciorum, neq; terminus defenſionis. Approbatur & diſtinguitur d.q.9.verſ.quæro etiam. Sexta exceptio eſt: Niſi ſententia non interueniat. Viu.lib.2.notorium,nu.4. Turz. opin.102.num.6.Iul.Clar. d.q.9.verſ.præterea quæro.8. cum ſequente. ex quo loco patet, exceptionem hanc eſſe controuerſam. Plura de notorio remiſſiuè vide apud Viu. lib.2. notorium, num.5. Item de hoc tractabitur j. lib. prox. cap. 17.reg.4.except.48.repl.1.

XXIX. Regula: Denunciatio quoque accuſationis adſine remedium eſt, quæ tamen inquiſitioni, de qua s̃.reg.25. dictum eſt, & j. ſuo loco tractabitur copioſius, ſubiicitur. M.I.P.d.cap.14.in prin.verſ. ſunt inſuper.ibi: ſed inquiſitioni.Accedit Iul.Clar.§.fin.quęſt.7.in prin ibi: & in hoc debes.

XXX. Regula, De purgatione canonica. Hæc quoque adfine remedium eſt accuſationis, de qua M. I. P. d. cap. 14. Cuius origo & vſus exponitur apud Iul. Clar. §. fin. quæſt. 63.verſ.ſolet etiam.4. ibi: & quamuis olim. & verſ licet autem.5.Huius regulæ exceptio prima videtur: Niſi non clericus, ſed laicus reus ſit. Quæ tamen reprobatur iam dictis locis. Altera exceptio eſt: Niſi indicia ſufficiant ad torturam. tunc enim non eſt locus purgationi, ſed deueniendum eſt ad torturam, d.verſ.ſolet etiam.ibi: hoc tamen.& d.verſ. licet autem, in fine.

## *DE CAVSIS PVBLICORVM iudiciorum, earúmque exceptionibus.*

## *CAP. VII.*

CAuſæ publicorum iudiciorum ſunt crimina publica, quorum ſpecies indicauimus s̃. capit. prox. reg. 4. & 5.

Harum causarum exceptio prima hæc est: Nisi non constet de crimine, an sit commissum. Iul. Clar. §.fin.q.4.num. 1.& quęst.52. vers. præterea etiam.& quæst. 66. in prin. Declaratur quomodo constare possit & debeat, d. q. 4. num. 4. & 5. Huius replicatio est: Nisi ad inquirendum denunciatio facta sit: tunc enim inquirendum est, quamuis de crimine nondum constet.d.q.4.num.2.& 3 Cuius duplicatio est: Nisi crimen sit facti permanentis: vt homicidium, incendium, &c. d.q.4.num.4. Plura de hac exceptione vide j. cap.9.reg. 13.item cap.10 reg.1.except.7.

II. Exceptio: Nisi reus crimen de quo accusatur, non esse commissum, vel fieri non potuisse probauerit. Iul.Clar. §.fin.q.52 in prin.

III. Exceptio: Nisi sine dolo malo factum sit.M.I.C.lib. 1..cap.13. except.2.item M I P lib.1.cap.6.q.3.except.1. Accedit Viu.li.1.statutum imponens pœnam corporalem. Vill.C. 23.Iul.Clar.§.fin q.60.vers.sunt etiam alia.& q.84.in prin.ibi: & in primis Huius replicatio prima videtur: Nisi lata culpa interuenerit. Sed reprobatur Vill. D.90.L.6. cum addit. Viu.lib.1.statutum imponens pœnam corporalem.Iul. Clar. §.fin.q.84.in prin.ibi: reperio Altera replicatio videtur: Nisi fatua causa fuerit, vel crassa ignorantia. Quæ replicatio controuersa est, magis tamen reprobatur Vill. C. 216. Iul. Clar. §. fin. q.60.vers. & generaliter. Soarez. C. 30. Gabriel. lib 7.conclus.8.vbi etiam distinguitur.

IIII. Exceptio: Nisi per ebrietatem commiserit. M. I. C.d.cap.13. except.3. & M.I.P.d.q.3. except.5. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.60 vers.præterea quæro. vbi additur replicatio hæc: Nisi quoad pœnam extraordinariam. Siquidem ebrietas ab ordinaria pœna excusat, non in totum. Accedit item Soarez B.27.

V. Exceptio: Nisi dormiens crimen commiserit.d.quæst. 60.vers.quæro etiam.vbi etiam distinguitur.

VI. Exceptio: Nisi per ignorantiam vel errorem commiserit.M.I.P.d.q.3.except.3.Accedit d.q.60.vers.quæro nũquid. Item accedunt ea quæ habentur s. except. 3.replic.2.

VII. Exceptio: Nisi mandato alterius, cui parêre necesse fuit, commiserit. M. I. C.d.cap.13.except.4.& M. I. P. d. q. 3.except. 7. Accedit d.q 60.vers. solet dubitari, in prin.vsq; ad verba, Scias etiam. Gabriel.lib.6. de clausulis, conclus. 2. num.96. Huius replicatio prima est: Nisi atrox crimen sit.

M.I.C.

M.I.C. d.except.4.repl.1. Accedit d. vers. solet dubitari.ibi: scias etiam. Huius duplicatio prima est: Nisi mandanti fuit licitum: puta adulterum occidere.tunc enim etiam mandatarius excusatur propter mandatum. M. I.C.d.repl.1.dupl.1. Accedit Vill.P.41. Cuius triplicatio est: Nisi alius quàm filius vel seruus mandantis ex mandato fecerit. Quę triplicatio est controuersa Iul.Clar.in §. homicidium.vers dubium est 51. item d. vers. solet dubitari.ibi: excusatur etiam. Altera duplicatio est: Nisi mandans sit potens ac seuerus in mandatarium d.vers. solet. ibi: hęc autem de plano, cum sequentibus. Tertia duplicatio est, quoad pœnam ordinariam, à qua excusatio competit propter mandatum; quamuis extra ordinem sit puniendus.d.vers.solet.ibi: intellige quoad. Hęc de prima replicatione. Altera propositę exceptionis replicatio est: Nisi mandatario non fuit necesse mandato parêre. M.I.C.d.except.4 repl.2. Cuius duplicatio est: Nisi id quod fecit, non fuerit de genere prohibitorum. Quę duplicatio approbatur & distinguitur d.q. 60. vers.solet dubitari, in prin. vsque ad verba, Ex hoc etiam. Tertia replicatio est: Nisi hæres iussu testatoris commiserit. Viu. lib. 1. statutum imponens pœnam vendentibus.

VIII. Exceptio: Nisi authoritate magistratus fecerit M.I.C.d.except.4.ibi: huius exemplum. Cuius replicatio est: Nisi inualidum fuerit decretum magistratus. Viu.lib.1. statutum disponens.

IX. Exceptio: Nisi vi metúsve causa commiserit. Iul. Clar. §. fin. q. 66.vers.quęro modo Viuius lib.1. condemnatus.vers quintò metus. Quibus tamen videtur repugnare M.I.P.d.quęst.3.except.6.

X. Exceptio, Nisi prouocatus commiserit. De hac exceptione dicetur j. in crimine homicidij.

XI. Exceptio; Nisi iusto dolore fecerit.d.q. 60.vers.sed hic quęro. Vbi additur replicatio, quòd nihilominus extra ordinem veniat puniendus.

XII. Exceptio: Nisi clàm vel palàm fecerit. Hęc exceptio variatur pro genere criminis d. q. 60. vers. sed an fortè. 20.

XIII. Exceptio: Nisi minor ętate commiserit. M.I.C.d. c.13.except.5 & M.I.P.d.q.3.except.8. Accedit. Iul. Clar. d.q. 6[illegible].in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi minor ętate doli sit capax.M. I. C. d.except.5.replic.1. & M. I. P. d. except. 8. repl. 1. Accedit d.q.60.in prin. ibi; scias tamen. Altera repli-

catio

catio est: Nisi minor sit pubertati proximus, vel pubes. d.q. 60.in prin. ibi: item scias. item ibi:aut verò est. Harum replicationum duplicatio generalis est,quoad pœnam ordinariam.nam vtcunque minor sit doli capax,vel pubertati proximus: excusatur tamen à pœna ordinaria, & punitur extra ordinem. M. I. C. d.except.5.in fine.& M.I.P.d.except.8. repl.1.dupl.1.Accedit d.q.60.in prin.ibi: sed in omnem. & ibi: aut verò est. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi minor sit condemnatus, exceptione ista non opposita vel attenta. Hæc replicatio reprobatur d.quæst.60.in princ. ibi:scias autem quòd hæc. Quarta replicatio est:Nisi minor post crimen commissum maior sit factus. Quæ reprobatur d.q.60.vers.sed nunquid.

XIIII. Exceptio: Nisi senex sit qui crimen commisit. Quæ exceptio reprobatur d. quæst.60. vers.successiuè. Admittitur tamen quoad pœnam mitigandam,d.vers.successiuè. vbi additur replicatio hæc: Nisi atrox crimen sit.

XV. Exceptio: Nisi furiosus crimen cõmiserit. De hac exceptione dicetur j.c.13.de homicidio,except.generali 22.

XVI. Exceptio: Nisi per iracundiam commiserit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur Iul. Clar.§.fin.q.60. vers.est etiam.

XVII. Exceptio: Nisi per amorem fecerit, d. quæst.60. vers.est & amor.

XVIII. Exceptio:Nisi prodigus, cui bonis interdictum est,crimen commiserit.Hæc exceptio est controuersa,communiter tamen reprobatur Viu.lib. 2.prodigus delinquens. Vill.P.342.Iul.Clar.d.q.60.vers.vlterius.11.Admittitur tamen hæc exceptio in delictis quæ non in committendo, sed in omittendo consistunt,d.vers.vlterius,in fine.

XIX. Exceptio: Nisi reus benè meritus sit de Principe vel de Repub.Iul.Clar.§.fin.q.60.vers.vtilis etiam.

XX. Exceptio: Nisi cùm pœna statuta esset in eum qui prior arma sumpsisset, incertum sit vter prior sumpserit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d. q. 60. vers. vidi ego quandoque.

XXI. Exceptio: Nisi Papa crimen commiserit. Quæ exceptio est controuersa,magis tamen approbatur Viu. lib. 2. Papa non potest. Ratio huius proponetur j. vbi de Papa specialiter tractabitur, quòd Papa omnes iudicet, ac à nemine iudicetur. Huius replicatio est in hæresis crimine,d.

Papa

Papa non potest, in prin. & Iul. Clar. in §. hæresis, nu. 22.

XXII. Exceptio: Nisi animal brutum commiserit. M. I. P. d. quæst 3 except. 9. Accedit Soarez A. 179. Iul. Clar. §. fin. quæst. 99. vers. quæro etiam 8. cum vers. sequente. vbi dicitur, hanc exceptionem in nonnullis locis non attendi.

XXIII. Exceptio: Nisi pœna statuta in eum qui die festo quid commisisset, aliquis nocte sequente id commiserit. Viu. lib. 2. statutum disponens.

XXIIII. Exceptio: Nisi crimen priuatum, non publicum sit commissum. Approbatur hæc exceptio ac declaratur apud Iul. Clar. §. fin. q. 17. in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi ratione publicæ vtilitatis lex permittat quemlibet de populo accusare. d. quæst. 17. in prin. ibi: & dixi regulariter. Altera replicatio est: Nisi pro priuato crimine pœna apposita sit fisco soluenda. Quæ replicatio est controuersa d. q. 17. vers. sed quid. de qua re vide item s. cap. prox. reg. 1. Tertia replicatio est: Nisi per inquisitionem procedatur d. vers. sed quid. ibi: adde quod.

XXV. Exceptio: Nisi crimen commissum vulgare ac vsitatum sit. M. I. P. d. quæst. 3. except. 17. Accedit Turz. opin. 96. num. 4. sequente. Vill. C. 182. Gabriel. lib. 7. conclus. 8. num. 17. cum sequentib. vbi etiam declaratur & distinguitur. Sed & exemplum eius habetur apud Iul. Clar. §. fin. q. 64. vers. debet quoque 42. ibi. soléntque tanti. Huius exceptionis replicatio est quoad pœnam spiritualem ac æternam, à qua non excusat consuetudo. Turz. d. opin. 96. num. 5. Plures replicationes vide apud Gabriel. d. num. 17. cum sequentibus.

XXVI. Exceptio: Nisi non omnes conditiones, sub quibus pœna imposita est, sint impletæ. Iul. Clar. §. fin. q. 85. vers. vbi igitur. 9.

XXVII Exceptio: Nisi crimen propositum non fuerit perfectum. Hæc exceptio reprobatur M. I. C. d. cap. 13. excep. 9. & M. I. P. d. q. 3. excep. 10. Sed communi opinione ac consuetudine approbatur Viu. lib. 1. statutum puniens delicta. Gabriel. lib. 7. conclus. 12. num. 19. Iul. Clar. in §. homicidium, num. vlt. Idem. §. fin. q. 92. nu. 1. & num. 2. in fine. Huius exceptionis consuetudine approbatæ replicatio prima est: Nisi crimen atrox sit, puta læsæ maiestatis, proditæ ac expugnatæ patriæ, & c. In his enim conatus punitur, etiam non secuto effectu. Viu. d. statutum puniens vers. hoc

autem declaratur. Idem lib.2. conatus puniendus, num.1. Iul. Clar. in §. læsæ maiestatis, num.15. idem §.fin.q.92. vers. scias 2 Huius duplicatio est quoad pœnam ordinariam: ab hac enim excusatur reus etiam in atrocioribus, effectu non secuto Viu.d conatus puniendus, nu.2.& 3 Controuertitur tamē hæc duplicatio apud Iul.Clar.d.vers.scias.2. Planè huius duplicationis triplicatio prima est in crimine raptus. Quæ tamen triplicatio etiam est controuersa, d. conatus puniēdus, nu.4.& 5 Altera triplicatio est in crimine læsæ maiestatis, d.conatus, num.6 & 7. Hæc de prima replicatione: cuius species sunt replicationes proximè sequentes. Altera replicatio est: Nisi crimen sit assasinatus. Quæ replicatio controuertitur apud Gabriel lib.7.conclus.1. num.7.& 8. distinguitur ibidem num.9. Tertia replicatio est in crimine veneficij. Sed & hæc replicatio est controuersa apud Iul. Clar. in §. homicidium, num.14. Quarta replicatio est in crimine Sodomiæ. Sed & hæc controuertitur apud Clar. in § Sodomia, num. 8. Quinta replicatio est: Nisi quis seipsum occidere voluerit. Quæ tamen & ipsa cōtrouertitur apud Clar. §.fin.q.68. vers seipsum.37.in prin. Sexta replicatio est in transfuga, Iul. Clar d.q.68. vers. transfuga.41. ibi: scias. Septima replicatio est: Nisi ideo non perfecerit, quia non potuit. Iul. Clar. § fin.q.60. vers. fui quandoque. ibi: aut loquimur. Octaua replicatio est: Nisi lex expressè conatum puniat. Cuius duplicatio est: Nisi ad proximum actum non sit peruentum. Iul Clar. §. fin.q.92. vers. vlt. Nona replicatio est quoad pœnam extraordinariam: hac enim punitur conatus, non secuto effectu. d. vers. fui quandoque. ibi: aut loquimur. & d quęst 92. vers. scias.2. in fine.

XXVIII. Exceptio, Nisi reus post crimen commissum fuerit baptizatus. Quę exceptio est controuersa Viu. lib.1. accusati. Iul Clar. §. fin. q 51. vers. vlt. Vill. B. 1. Eius replicatio est quoad damna & interesse, d. vers vlt. in fine. Soarez B.15.

XXIX. Exceptio, Nisi reus de crimine pœnitentiam egerit: Hæc exceptio reprobatur à Iul. Clar. §. fin. q.56. vers. item quęro. & q.57 vers. sed nunquid 10. Vill. A.13.

XXX. Exceptio, Nisi reum criminis commissi statim pœnituerit. Hęc exceptio reprobatur d. §. fin. q.60. vers. fui quandoque. Soarez A.25.

XXXI. Exceptio, Nisi Papa dispensauerit de crimine. Vill. D.77.

XXXII.

XXXII. Exceptio, Nisi abolitio criminis interuenerit, vel Princeps crimen remiserit. M.I.C.d.cap.13.except 16. & M.I.P.d.q.3.except.15. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.59. in princ. cum vers sequente. Declaratur hęc exceptio diuisione abolitionis factę in specialem & generalem, d.q.59. vers. scias autem. Similis declaratio habetur M.I.C. lib.1. cap. 17. de tergiuersatione, q 2. excep.22. in prin. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi falsi crimen sit:hoc enim sub generali abolitione non comprehenditur. M.I.C.d. except.22. repl.1.Accedit Iul. Clar.d.q.59.vers.in huiusmodi. Altera replicatio est: Nisi crimen sit liquidatum, vel sententia de eo lata: hoc enim generali abolitione contineri non videtur. Quæ replicatio est controuersa d. quæst.59.vers. vlt. Tertia replicatio est:Nisi abolitione generali interueniête, crimen post eam sit commissum.d.q.59.vers.successiuè. Quarta replicatio est: Nisi crimen sub spe futuræ abolitionis generalis sit commissum.d.q.59.vers.fortius dico.Quinta replicatio est:Nisi pars offensa non remiserit iniuram. Quæ replicatio approbatur consuetudine speciali d.q. 59. vers. adde quod. ibi: quinimò cum sequentib. item vers. & quia plerunque. ibi: in istis enim. Sexta replicatio est: Nisi in supplicatione pro impetranda abolitione omissa sint ea, quæ verisimiliter Principem ab abolitione seu indulgentia retraxissent, si sciuisset.d.q.59.vers.de his autem.& vers.fortius dico. Septima replicatio est:Nisi abolitio vel indulgentia per senatum non sit approbata. Quæ replicatio approbatur & distinguitur consuetudine loci d.q.59.vers.& quia plerunque.

XXXIII. Exceptio: Nisi de crimine transactum sit, & accusatio ab aduersario remissa. Hæc exceptio iure ciuili reprobata M. I. C. d.cap.13.in fine, replicat.generali 2.& M.I.P.d.q 3.in fine.Approbatur consuetudine Iul.Clar.§.fin. quæst. 58. in princ. & vers. sed punctus, in prin.item vers.secunda regula. Cuius replicatio prima est: Nisi per inquisitionem iudex procedat ex officio: huic enim non obstat transactio inter partes facta.d.q.58.in prin.ibi:sed de consuetudine.Quo casu nouo processu est opus.d.q.58.vers.& scias. vbi tamen hoc de nouo processu controuertitur. Altera replicatio est: Nisi post cœptum iudicium facta sit transactio. d vers.sed punctus.ibi:post cœptum autem. Huius duplicatio videtur: Nisi in casibus à iure permissis post cœptum iudicium facta sit transactio. Sed reprobatur d. vers. post cœ-

ptum autem. Admittitur, si tale sit crimen, in quo iudex non potest procedere, nisi ad quærelam partis. d vers. sed punctus. ibi: verum est quod, cum sequentib. vsque ad vers. & scias quòd licet. Tertia replicatio est: Nisi alius quàm qui transegit, postea accuset. Quæ replicatio communi iure approbatur, d.q.58.ver. sed pone: reprobatur cõsuetudine. d. sed ver. punctus. ibi: & licet de iure. Admittitur tamen replicatio proposita, si eius qui accusat, potior sit causa in accusando, quàm eius qui transegit. Quæ distinctio approbatur & declaratur d.q.58. vers. visum est. Quarta replicatio: Nisi pater in causa filij transegit. De hac & aliis similibus replicationibus vide j. lib. 5. cap. 10. reg. 38. except. 9. Sed & plura de exceptione proposita vide j. hoc capite, in fine, replic. generali. 2.

XXXIIII. Exceptio: Nisi de crimine ciuilis actio offenso denegetur. Hæc exceptio est controuersa Iul. Clar. §. fin. quæst. 50. vers. vlt. Soarez A. 47.

XXXV. Exceptio: Nisi cum terminus ad accusandum à iudice vel lege statutus esset, intra illum terminum accusatio non sit instituta. Iul. Clar. in §. fin. q. 3. num. 8. & q. 51. vers. hac etiam.

XXXVI. Exceptio: Nisi viginti anni à crimine cõmisso præterierint. De hac exceptione vide s. cap. prox. reg. 24.

XXXVII. Exceptio: Nisi iudiciũ cœptum intra biennium non fuerit finitum. M.I.C. d.c. 13. except. 14. de qua exceptione vide j. lib. prox. c. 1. q. 3. & s. c. prox. reg. 23.

XXXVIII. Exceptio: Nisi eadem accusatio antea quoque in iudicium fuerit deducta, vel eiusdem criminis nomine semel actum. M.I.C. d. cap 13. except. 15. & M.I.P. d.q.3. except. 14. Accedit Viu. lib. 1. iudex domicilij, num. 6. & 7. Iul. Clar. §. fin. q. 57. in prin. cum vers. sequente. Soarez A. 28. Huius replicatio prima hæc videtur: Nisi quia prior accusator non probauit, reus fuerit absolutus. Sed reprobatur Vill. R. 62. Admittitur, si postea probationes emergant. de quo vide j. replic. 10. Altera replicatio est: Nisi prior accusator præuaricationis fuerit conuictus. M.I.C. d. except. 15. repl. 2. Acccedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 57. vers. vlterius. Tertia replicatio est: Nisi ratione transactionis cum priore accusatore initæ fuerit absolutus. Iul. Clar. d. §. fin. q. 58. vers. sed pone. de qua replicatione vide plura s. except. 33. repl. 3. Quarta replicatio videtur: Nisi per viam inquisitionis antea

sit

sit processum. Quæ tamen reprobatur d.§.fin.quęst.57.versi. Procedunt etiam, cum sequentibus, vsque ad versic. habet etiam. Quinta replicatio videtur: Nisi per dispensationem antea fuerit absolutus. Sed & hæc reprobatur d.vers.habet etiam in cuius fine additur distinctio. Sexta replicatio est: Nisi in foro pœnitentiali antea fuerit absolutus. Hęc replicatio approbatur per ea quę proposita sunt s̃. except.29. Septima replicatio videtur: Nisi minori pœna antea fuerit punitus. Sed reprobatur sub conditione d.quęst.57.vers.dictum est. Octaua replicatio est: Nisi cum idem crimen à diuersis iudicibus puniri posset, ab vno punitus vel absolutus, apud aliũ accusetur. Quę replicatio approbatur sub conditione d. q.57.vers.scias etiã.& ver.vlt.& q.39.vers.sed quęro, in fi. Viu. lib.1.iudex domicilij, num.5. Cuius exemplum habetur d.q. 57 vers.sed hic occurrit. & versi.sed quęro. Plura de hac replicatione vide s̃.cap.proxi.reg.18. Nona replicatio est: Nisi is qui postea accusare volet, suam suorúmve iniuriam persequatur, doceátque se ignorasse accusationem ab alio institutam esse. M.I.C. d.except.15. replic.3. Accedit Iul.Clar. d.quęst.57.vers.sed pone. vbi etiam duplicatur. Decima replicatio est: Nisi antea ciuiliter sit actum: per hoc enim criminali accusationi non pręiudicatur. M.I.C.d.exceptio.15. repl.4.vbi controuertitur. Reprobatur autem apud Iul.Clar. §.fin.quęst.2, num.7. & q.57.versic.& hęc quidem.ibi: & hoc non solùm. Admittitur tamen, si ob defectum probationis in ciuili iudicio fuerit absolutus.d.versi.& hęc quidem. Vndecima replicatio est: Nisi de alio crimine nunc accusatio instituatur, quàm instituta est antea. M.I.C. d.except.15.repl. 6. Accedit.Iul.Clar.§.fin.quęst.13.versic.item quęro.& quęst. 16. versi. quęro nunquid. Duodecima replicatio est: Nisi in priore iudicio reus fuerit contumax.d.quęst.16. versi.an autem. Decimatertia replicatio est: Nisi noua iudicia vel probationes superuenerint. Quę approbatur simul & distinguitur apud Iul.Clar §. fin quęst. 57. versic. & hęc quidem, cum versi.sequente.quæst.62.versic.forma autem, cum versic.sequente. Decimaquarta replicatio est: Nisi pendente inquisitione alius accusare velit, vel contrà.Iul. Clar.§.fin. quæst. 43.num.7. Decimaquinta replicatio est: Nisi cum reus ab instantia iudicij absolutus esset, iudex postea ex officio procedere velit. Vill.T.121.in addit. vers.vlt. Decimasexta replicatio est: Nisi mortuo accusatore, vel ex alia causa impedito, alius

to, alius reum repetere velit. de qua vide j. except. 41. repl. 1. Hæc de replicationibus propositæ exceptionis, quarum duplicatio videtur: Nisi semel bannitus rursus sit banniendus. Quæ tamen reprobatur à Iul. Clar. §. fin. quæst. 16. versic. sed nunquid. De qua re vide item j. cap. prox. q. 4. reg. 21.

XXXIX. Exceptio: Nisi reus alium eiusdem criminis socium, qui non accusatur, nominauerit, vel prodiderit. Quę tamen reprobatur M.I.C. d c. 13. except. 11. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst 27. versi. in multis, in fine.

XL. Exceptio: Nisi reus mortuus sit. M. I. C. d. cap. 13. except. 10 & M.I.P. d. q. 3. except. 11. Accedit Iul. Clar. § fina. quæst. 51. versi. quæro nunc. Huius replicatio prima est: Nisi crimen sit læsæ maiestatis. M.I.C. d. except. 10. repl. 1. Accedit Iul Clar. in §. læsæ maiestatis, num, 16. in prin. & §. fin. q. 51. versi. sunt tamen. 13. Huius duplicatio prima est: Nisi aduersus inferiorem principem vel ciuitatem commissum sit. d. num. 16. ibi: quod tamen intellige. Altera duplicatio est: Nisi non directò contra Imperatorem vel Rempub. commissum sit. d. numer. 16. ibi: & intellige. Tertia duplicatio est: Nisi quinquennium à morte defuncti excesserit. d. num. 16. in fi. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi hæresis crimen sit. M.I.P. d. except. 11. repl. 1. Accedit Iul. Clar. d. vers. sunt tamen. Tertia replicatio est: Nisi peculatus crimen sit. d. versi. sunt tamen. Quarta replicatio est: Nisi tale crimen sit, ob quod publicatio bonorum ipso iure fit. Iul. Clar. §. fin. quæst. 51. versi. scias etiam. Cuius duplicatio est: Nisi quinquennium à die mortis excèsserit. d. versic. scias etiam, in fin. Quinta replicatio est: Nisi reus ob conscientiam sceleris mortem sibi consciuerit. M.I.C. lib. 1. cap. 19. quæst. 1. except. 7. replic. 7. Accedit Iul. Clar. d. quæst. 51. versic. sunt tamen. de qua re vide item j. cap. 11. regu. 25. Sexta replicatio est: Nisi viuo reo sententia lata sit: tunc enim, quamuis appellatione pendente mortuus sit, nihilominus propter interesse fisci iudicium durat. M.I C. d. except. 10. replic. 3. Cuius duplicatio prima est: Nisi fisci vel alterius nihil intersit sententiá confirmari. M.I.C. d. replic. 3. dupl. 1. Accedit Iul. Clar. § fin. q. 51. versi. sed hic incidenter. vbi additur contrarium obseruari. Altera duplicatio est: Nisi in sententia publicatio bonorum alteri pœnæ sit adiecta per particulam Cum, nō Et Iul. Clar. §. fin. quæst. 94. versi. sed pone. 7. Soarez A. 228. Tertia duplicatio est: Nisi intra tempus appellandi reus decesserit, ap-

pellatione

pellatione nondum interposita. Hæc duplicatio est controuersa d.quæst.94.versic. sed quid si.8. Hæc de sexta replicatione. Septima propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi reus ante mortem crimen confessus sit, vel de eo conuictus. Quæ tamen reprobatur d.versic. sed hic incidenter. vbi additur contrarium obseruari.

XLI. Exceptio: Nisi accusator mortuus sit vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. M.I.C.d. cap.13. except.13.& M.I.P. d.quæst.3 except.12. Accedit Iul. Clar.§. fin.quæst.51. versic. pariter etiam, in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi alius postea eundem reum de eodem crimine accusare velit. M.I.C. d.except.13.repl.1. Accedit Iul Clar. d.quæst.51.versic. quinimò. Huius duplicatio est: Nisi post triginta dies alius postea reum repetere velit. M I.C.d.replic.1.dupl.1. Accedit d.versi.quinimò. Cuius triplicatio est: Nisi post triginta dies alius velit de nouo reum accusare.d. versic. quinimò. Altera replicatio est: Nisi iudex postea ex officio processum institutum prosequi velit.d. versic.pariter etiam. ibi: sed certè.

## REPLICATIONES PRÆCEdentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones quæ accusationibus publicis obiiciuntur, enumerauimus: quarum replicatio generalis prima hæc est: Nisi reus è carcere aufugerit. M. I. C.d.cap.13. in fine,replic.1. Accedit Viu.lib.1.fugiens,num.1.& 2.item §. quærit Bart num.20.& 25.Iul.Clar.§ fin.quæst.21.versi.fuga. delinquentis & versi.tertio autem. Huius duplicatio prima. hæc est: Nisi licentia custodis aufugerit.d. fugiens, num.3. Altera duplicatio est: Nisi non ex publico, sed ex priuato carcere aufugerit.d.fugiens,num.4. Declaratur definitione publici carceris d.fugiens,num.5.& §.quærit, num.22.& 25. versi.sed tali sublimitationi. Tertia duplicatio est: Nisi mulier aufugerit causa euitandæ libidinis. d. fugiens, in fine. Quarta duplicatio est; Nisi animo redeundi aufugerit.d.§. quærit Bart.num.11.& num.22. versi. sublimitatur prædicta, cum sequente. Quinta duplicatio est: Nisi crudelis & iniustus sit iudex ob quem fugit.d.§. quærit, num.13.& 17. Sexta duplicatio est, quòd fugiens extra ordinem puniatur, non pœna ordinaria.d.§.quærit,num.21. Septima duplicatio est: Nisi ob instans incendium aut aliam necessitatem fugerit.d.

§.quærit,

§.quærit,num.23. Octaua duplicatio est: Nisi non è carcere, sed è palatio, in quo detinebatur, per portam fugerit. d.§. quærit, numer.24. & 25. ibi: sed tali sublimitationi. Plura de replicatione proposita vide j.cap.10.reg.14. Altera replicatio generalis est: Nisi reus de crimine transegit: hoc enim casu pro conuicto habetur. M.I.C. d.cap.13. in fine, repl.gener.2. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.58.vers. secunda regula, vbi dicitur hanc replicationem consuetudine esse sublatam: de qua re s̄.quoque excep.33.dictum est. Accedit item Gabriel. lib.7.conclus.23.num.2. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi reus de vita periclitetur. M.I.C.d. replic.gener.2.dupl.1. Cui accedit Iul.Clar.d. quæst.58 versi. successiuè videamus, cum vers.sequente. Huius triplicatio prima est: Nisi adulterij crimen sit: de hoc enim transigere non licet quamuis reus de capite periclitetur. M. I.C. d.duplic.1.tripl.2. Accedit Iul.Clar.d.q 58. versi.excipitur tamen. Vbi ratio huius triplicationis controuertitur. Huius quadruplicatio est: Nisi post impositam pœnam de adulterio transigatur. d.versi. excipitur. ibi: hoc tamen intellige Soarez A 90. Planè triplicatio proposita dicitur consuetudine esse sublata, d.versic. excipitur in fine, & Soarez A.91. Altera propositæ duplicationis triplicatio videtur: Nisi de alio crimine, quod adulterio maius est, vtputa de raptu, sit trãsactũ. Sed reprobatur d.quæst.58.versic.in aliis autem. Tertia triplicatio videtur: Nisi de incestu sit transactum. Sed reprobatur d.q.58.vers.secundò infertur. Quarta triplicatio videtur: Nisi de stupro sit transactũ. Sed reprobatur d. q.58.versi. tertiò infertur. Quinta triplicatio est: Nisi pro crimine capitali pecuniaria pœna statuto sit ĩposita. d.q.58.vers.pone modo. Hæc de prima duplicatione. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi de mutilatione membri agatur. d.q. 58. versi.item locum. Tertia duplicatio est: Nisi de fustigatione agatur. Quæ tamen controuertitur d.q.58.ver.sed quid si ingeratur. Quarta duplicatio est: Nisi de pœna perpetui carceris agatur. Quæ est controuersa d.q.58. versic. hinc infertur. Quinta duplicatio est: Nisi agatur de libertate vel authoritate. Quæ tamen reprobatur d.quæst.58.versi.item quæro. Sexta duplicatio est: Nisi de priuato crimine sit trãsactum. Quæ duplicatio est controuersa d.quæst.58 versi.hic quæro. Septima duplicatio est: Nisi de falsi crimine sit transactum. M.I.C.d.repl.gener.2.dupl.3. Accedit Iul.Clar.d.q.58.

versi.ab hac tamen. vbi huius duplicationis redditur ratio. Octaua duplicatio videtur: Nisi nullo dato, promisso vel retento, de crimine transegit. Sed reprobatur d. quæst.58 versi.scias etiam. Nona duplicatio videtur: Nisi non principalis qui crimen commisit, sed mandator criminis transegit. Sed reprobatur d.quæst.58.vers.vnum autem. Hæc de secunda replicatione generali: de qua vide item s. except.33. item apud Gabriel.lib.7.conclus.23. Tertia replicatio generalis est: Nisi reus seipsum interficere voluit. M.I.C.d.cap. 13.in fine, replicat.gener.5. Quæ tamen controuertitur Viu. lib.2.occidens, num.6. Quarta replicatio generalis: Nisi reus vocatus contumaciter absit: hoc enim casu pro confesso habetur. Cuius duplicatio est quoad hæredis personam: cui contumacia defuncti non præiudicat. Turz.opin.177.num.1. Quinta replicatio generalis: Nisi reus ob coutumaciam excommunicatus, per annum in excommunicatione permanserit. Quæ controuertitur, magis tamen approbatur Viu.lib.2.excommunicatus pro quacunque, num.5.& 6. Hæc de causis iudiciorum publicorum, earumque exceptionibus sint dicta.

## *QVID VENIAT IN IVdicia publica? seu de Pœnis.*

## *CAP. VIII.*

PRIMO: An pœnæ in foro conscientiæ exigi possint? M.I.P.lib.1.cap.6.in prin.& cap.8.quæst.2.reg.3. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.7.conclus.34.

### II. DIVISIONES POENARVM.

I. Diuiditur pœna in corporalem & non corporalem. Iul. Clar.§.fin.quæst.67.in princ.

II. Diuiditur in capitalem & non capitalem M.I.C. lib.1. cap.14.quæst.3.

III. Capitales pœnæ subdiuiduntur in tria genera: in vltimum supplicium, in amissionem libertatis & ciuitatis simul, & in amissionem ciuitatis tantùm.d.quæst.67.in princ. ibi: capitales autem propriè tamẽ pœna capitalis accipitur pro pœna sanguinis. d.q.67. in princ. ibi; propriè autem. In dubio autem accipitur pro exilio perpetuo. d. q.67.in princ. ibi;

ibi: reperio tamen. Soarez C.8. Viu.lib.2.iudex.

IIII. Corporalium pœnarũ alia est mortis naturalis, alia citra mortem.d.quæst.67.vers. distinguendo, in princ. Prioris generis species sunt, Pœna ignis, laquei & gladij, præter pœnam parricidij.d.versic.distinguendo.ibi: genera autem. Posterioris generis species enumerantur d.§.fina. quæst.69. cum quæst.sequente.

## IIII. DE SINGVLIS SPEciebus pœnarum.

## DE VLTIMO SVPPLICIO.

I. Regula, De causis ex quibus hæc pœna imponitur. Hæ enumerantur apud Iul. Clar. §.fin.q.68.

II. Regula: Qui vltimo supplicio damnantur, & ciuitatem & libertatem amittunt. M. I. C.d.cap. 14. q.4.de vltimo supplicio, in fine. Cuius exceptio est: Nisi reus contumaciter absens vltimo supplicio sit damnatus, nec in potestatem iudicis venerit. Quę exceptio est controuersa, communiter tamen approbatur, teste Viu.lib.1. statutum disponens super gradibus. §.reus pro crimine.

III. Regula: Ad ignem damnatus prius est strangulandus. Quę regula approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. §.fin.q.99.vers.vnum tamen.7.

IIII. Regula, De pœna ad bestias. Hæc hodie est sublata.& pro ea successit decapitatio naturalis. Iul. Clar.§.fin.q. 67.vers.non est etiam. 4.

V. Regula, pœna vt de saxo præcipitetur. Hæc est sublata. M. I. C. d.cap 14. quæst.4. de pœna vt de saxo. Accedit d. quæst.67.vers.item præcipitatio.5.

## DE AMISSIONE LIBERTATIS.

I. Regula: Hæc pœna hodie non est in vsu: in cuius locum successit perpetuus carcer vel triremium. d. quæst. 67.vers. item damnatio.7.ibi: dicit etiam Baldus.

## DE INTERDICTIONE ALICVius rei vel loci.

I. Regula: Interdictio aquæ & ignis est sublata, & in eius locum successit deportatio: quæ tamen & ipsa in vsu esse desiit.d.q.67.vers.item interdictio.

II. Regula, De interdictione alicuius actus. Ex quibus causis

causis hæc pœna imponatur, tradit remissiuè Iul. Clar. §. fin. quæst. 73. in prin.

## DE POENA OPERIS alicuius faciendi.

I. Regula, De pœna metalli & operis metalli, M. I. C. d. q. 4. de pœna metalli. Hæc pœna in vsu esse desiit, & in eius locum successit damnatio ad triremes. d. quæst. 67. vers. item damnatio. 7.

II. Regula: Potest quis damnari ad opus publicum. M. I.C.d.q.4.de pœna operis publici. Accedit Iul. Clar. d. vers. item damnatio. 7.in fine.

III. Regula, De pœna trieremium, Iul. Clar. §. fin. q. 70. vers. frequens est 5.



## DE POENA CORPORIS MVTI-landi vel deformandi.

I. Regula: Pœna membri alicuius amputandi reprobatur M. I. C. d. q. 4. de pœna membri. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 69. in prin. vbi dicitur, iure authenticorum hæc pœna introducta.

II. Regula: Pœna hæc capitalis non est. d. quæst. 69. vers. quæro igitur.

III. Regula: Ex quibus causis fuerit imposita ostenditur remissiuè d.q. 69. vers. vlt.

IIII. Regula: Declaratur dicta pœna definitione membrorum d.q.69.vers. item quæro.3.

V. Regula, De pœna faciei deformandæ. Hæc reprobatur M.I.C.d.q.4.de pæna faciei. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.70. in prin. vbi tamen additur, eam hodie esse in vsu.

## DE RELIQVIS POENIS corporalibus.

I. Regula, De pœna fustigationis, d. quæst. 70. vers. est etiam. 2.

II. Regula, De pœna torturæ. Hæc reprobatur M.I. C. d.q.4.de pœna quæstionis habendæ. Quæ tamen hodie dicitur esse in vsu d.q.70.vers. plerunque 3.

III. Regula: Pœna carceris reprobatur M. I.C. d.q.4.de pœna carceris. Accedit d.q.70.vers. pœna autem. 4. vbi distinguitur in clericis.

IIII. Regula, De perpetuis vinculis. Hæc pœna prohi-

betur M.I.C.d.q.4.de perpetuis vinculis. Accedit d.quæst. 70. in fine.

V. Regula, De pœna detrusionis in monasterium, d. q. 70.vers. sunt etiam 6.

VI. Regula, De pœna qua ponuntur in gabiis, d. quæst. 70.vers. solent etiam.7.

VII. Regula, De pœna mitræ imponendæ, d. quęst.70. vers. mitræ quoque.8.

VIII. Regula, De pœna degradationis, d.q 70. vers. vlt. & q. 73. vers.iudex.2.ibi: quæ autem sit item quæst. 74. in prin,& vers.scias etiam.5.

## DE EXILIO ET RELEGATIONE.

I. Regula: Relegationis pœna olim frequentissima, hodie secũdum canones non est in vsu:pro ea autẽ clerici detruduntur in monasterium. Quod tamen controuertitur apud Iul.Clar.§.fin.q.67.vers.vlt.In foro ciuili pro ea imponitur exilium,siue confirmatio d.vers.vlt.ibi: huius autem.

II. Regula: Exilij pœna hodie vsitata est. d. §. fin quęst. 71. in prin.

III. Regula, De causis, ex quibus exilij pœna irrogatur, habetur d.q.71.vers.casus autem.2.

IIII. Regula: Si relegatus exilio non obtemperauerit, quomodo coerceatur, definitur M.I.C.d.q.4.de exilio,q.3.in fine. Accedit Iul. Clar. §. fin.q.71.vers.quæro qua pœna 13.

V. Regula: In quem locum relegatio facienda, differitur M. I. C. d.q. 4. de in insulam relegatione. vers. in quem locum. De eadem re differit Clar. d. q. 71. vers.vidi ego. 4. An scilicet in locum iurisdictioni suę non subiectum iudex aliquem possit relegare.

VI. Regula: Relegato debet restitutio concedi. Vill.R.21.

## DE DEPORTATIONE.

I. Regula: Hæc pœna desiit esse in vsu. Iul.Clar. §. fin.q. 67.vers. item interdictio,in fine.& vers.deportatio. 8. In cuius locum successit decapitatio.d.vers.8.ibi;dicit autem. Vel (vt alij volunt) bannum perpetuum.d.vers.8.ibi: alij verò dicunt. & q. 71. vers.dixi autem. Vel denique (vt Iul. Clar. sentit) pœna arbitraria.d.vers.ibi:8.ergo credo.

II. Regula: Deportatus ciuitatem amittit.M.I.C.d.q.4. de deportatione. versic. deportatus ciuitatem. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.71.vers.dixi autem.12.ibi;vtilitas autem.

## DE POENA BANNI.

I. Regula: Bannitus potest impunè offendi vi statuti. Viu. lib. 1. statutum disponēs quòd bannitus possit, in prin. Cuius ratio redditur ibid. num. 2. & 3. Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 181. vsq; ad nu. 188. Cuius exceptio prima est: Nisi extra territorium bannientis offendatur. Huius replicatio videtur: Nisi in alia ciuitate cōfœderata cum ciuitate banniente offendatur. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. q. 71. vers. quæro modo. 11. in prin. Altera replicatio est: Nisi in alia ciuitate, quæ est sub eodem principe, offendatur. d. versi. quæro modo. 11. ibi: vnum tamen. Cuius duplicatio est: Nisi ciuitas ista postea fuerit separata ab illius Principis ditione. d. vers. vnum tamen. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est. Nisi appellatione vel nullitatis causa super sententia banni pendente offendatur. Vill. B. 4. Soarez A. 277. & B. 9. 14. Tertia exceptio est: Nisi iudex banniens mortuus sit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d. q. 71. vers. vlt. Plura de regula proposita vide j. cap. 13. de homicidio, except. gener. 20.

II. Regula: Bannitus vtrum deportato, an relegato comparandus sit, controuertitur apud Iul. Clar. §. fin. q. 67. vers. deportatio. 8. ibi: alij verò quæst. 71. vers. dixi autem. 12. Soarez B. 1. & 4. Vill. B. 3. Comparatur excommunicato Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 182. Item æquiparatur hosti Iul. Clar. in §. homicidium, num. 57.

III. Regula: Bannitus ea tantùm amittit, quæ sunt ciuitatis bannientis propria, non communia iura. Soarez B. 1. Vill. B. 5. & Fichard. ad Vill. B. 6.

IIII. Regula: Banniti quatenus bona amittant, disseritur Soarez B. 3. & 7. Vill. B. 6. & Fichard. ad Vill. B. 2.

V. Regula: Bannitus non amittit patriam potestatem. Quæ regula est controuersa Iul. Clar. §. fin. q. 71. vers. successiuè quæro. 7. Soarez B. 4.

VI. Regula: Bannitus an habeat testamenti factionem, j. de testamentis dicetur.

VII. Regula, De sententia aduersus bannitum deprehensum exequenda, Iul. Clar. §. fin. quæst. 96. vers. quæro nunquid. 3. vsque ad vers. quæro etiam. Soarez B. 10. & 11.

VIII. Regula: Bannitus non debet vi pertrahi in territorium, in quo proscriptus est; alioquin pœna liberatur.

Iul. Clar. d. q. 96. verſ. ſed quid ſi. 6 & Soarez B. 10. Viu. lib. 1. ſtatutum diſponens quòd bannitus poſſit, num 10.

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM regularum de bannitis generales.

Planè iſtarum regularum exceptio generalis prima hæc videtur: Niſi ob contumaciam, non ex veris probationibus ſit bannitus: hic enim non fit infamis. Iul. Clar. § fin. q. 71. verſ. quæro nunc 5. Soarez B. 6. Ideóq; teſtis eſſe poteſt. d. q. 71. verſ præterea quæro. 6. Soarez B. 6. Nec fit ſeruus pœnæ d. q 71. verſ vlterius quæro. Nec impunè poteſt occidi. vt j. de homicidio dicetur. Altera exceptio generalis eſt: Niſi bannitus ob homicidium pacem fecerit cum maiore parte hæredum occiſi. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur Viu. libro 1. ſtatutum diſponens quòd bannitus non poſſit. Hæc de pœna banni.

DE POENA DEVASTATIONIS domus vel alterius loci, vel bonorum.

I. Regula. Hæc pœna ſtatuto vel conſuetudine ſpeciali, non iure communi ſubſiſtit. Iul. Clarus §. fin. q. 82. ſtatuto 8. in prin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi cõmunis domus ipſi reo cum alio deuaſtetur. Quæ tamen reprobatur d. ſtatut. 8. verſ. ſed quæro. 2. Altera exceptio eſt: Niſi cum reus haberet partem inferiorem domus alius ſuperiorem, eius pars deuaſtetur. d. ſtatut. 8 verſ. ſed quid ſi. 3. Tertia exceptio eſt: Niſi vxor ratione dotis ſuæ intercedat. d. ſtatut. 8. verſ. vlt. vbi tamen dicitur eam non obſeruari.

DE MVLCTA.

I. Regula: Ex multis cauſis mulcta ſeu pœna pecuniaria imponitur, quas remiſſiuè demonſtrat Iul. Clar. §. fin. q. 80. in prin.

II. Regula: Mulcta in foro conſcientiæ non debetur, niſi exigatur. d. q. 80 verſ. ſed hic incidenter.

III. Regula: Pœna quæ debetur ratione delicti, pertinet ad primum iudicem ſeu primarium, non ad ſecundum. Villalobos P. 61.

IIII. Regula: Pœna adpoſita ex diſpoſitione hominis non adquiritur illi, cuius contemplatione eſt adpoſita, ſed venientibus ab inteſtato Vill. P. 62.

V. Regula: Pœna quando fiſco, quando parti ſit applicanda, diſſeritur apud Gabriel. lib. 7. concluſ. 16.

DE

## DE RETRACTATIONE alicuius actus.

Et hæc pœnæ species est. Vill. R. 57.

## DE EXCOMMVNICATIONE.

I. Regula: Excommunicatione nulla maior pœna est in Ecclesia. M.I.P.lib.1.cap.8.q. 2.reg.1. Accedit Iul. Clar. §.fin. quæst 77.in prin.

II. Regula: Diuiditur excommunicatio in maiorem & minorem. M.I.P.d.cap.8.q.3. Accedit Iul. Clar. d. quæst. 77. in prin.

## EX QVIBVS CAVSIS EXCOMmunicationis pœna sit irroganda?

III. Regula: Si quis decreto prælati sui non obtemperauerit, excommunicatur. M I P.d cap.8 q 5 causa 1. Cuius exceptio est: Nisi is qui non obtemperauerit, postea veniens se excusauerit. Iul. Clar §.fin q.26.vers.sed pone.

IIII. Regula: Si quis Ecclesiam contra immunitatem vel libertatem suam grauauerit, excommunicatur. M. I. P. d.quæst.5 causa 5. Accedit Iul. Clar. §.fin.quæst.77.vers.facientes.28. vbi etiam declaratur.

V. Regula: Si clericum vel alium religiosum percusserit, vel vim ei intulerit: excommunicatur. M. I P.d.q.5.causa 6. Accedit Iul. Clar. d.quæst.77.vers.percutiens.2 Vill. E.128. Huius exceptio prima est: Nisi deprehēsum in fragranti crimine percusserit. M.I.P.d causa 6.except.6. Accedit Vill. C. 76 & 77. Iul. Clar. in §.homicidium.vers.dixi etiam 48.ibi: & hæc omnia.cum vers.sequente. ibi: maritus autem. Replicationis loco notādum, quòd deprehensus statim suo iudici sit tradendus. Viu. lib.1.iudex laicus. Cuius duplicatio est: Nisi absque habitu clericali sit deprehensus d.iudex laicus.vers.interpretatur hoc. Altera replicatio est: Nisi sponsus de futuro clericum cum sua sponsa inuentum percusserit. Vill.E.126 Iul. Clar. in §.homicidiū vers.sed quid dicendum.49.ibi: quod tamen intellige. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi clericus de fuga sit suspectus. Villal.C.78. cum num.sequente. Tertia exceptio est: Nisi ignorans clericum percussit. M.I.P.d.causa 6.except.7. Accedit Iul. Clar. §.fin. quæst. 77. vers. successiuè. 7. vbi etiam replicatur ex ignorantia crassa. Quarta exceptio est: Nisi per errorem

clericum percusserit, laicum percutere volens. Quæ exceptio est controuersa d. quæst. 77. vers. sed quid si 8. Quinta exceptio est: Nisi clericum degradatum percusserit. Quæ tamen reprobatur sub conditione d.q.77.vers.quæro etiam. 10.Sexta exceptio: Nisi se suósque defendendi animo clericum percusserit. Iul. Clarus §. homicidium. vers. præterea etiam.29.cum vers.sequente.ibi: & nota. Septima exceptio: Nisi clericum delinquentem percusserit. Iul. Clar. §. fin. q. 77.vers. sed hic quæro. 13. Octaua exceptio: Nisi quis eum qui contempto habitu clericali illicitis se immiscuit, percussit. M. I. P. d.causa.6.except.9. Accedit Iul.Clar.d. quæst.77. vers. sed an percutiens.8. Viu. lib.1. iudex laicus. vers. interpretatur hoc. Cuius replicatio est: Nisi non priuatus eum percusserit, sed iudex eum punierit. Quæ replicatio est controuersa apud Iul.Clar.§.fin.q.36.vers.quæro modo. ibi: alij vt Cardin. Nona exceptio: Nisi non clericum, sed monachum vel conuersum percusserit. Quæ exceptio reprobatur M. I. P. d.causa 6.except.11. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.77. vers. vlterius. 5. Decima exceptio: Nisi nouitium vel clericum primæ tonsuræ percusserit. reprobatur d.except.11. Accedit Iul.Clar.d.quæst.77.vers item quæro.4. In nouitio tamen controuertitur Gabriel.lib. 1. de præsumptionib. conclus. 12. num. 14. Vndecima exceptio: Nisi excommunicatum percusserit. Sed reprobatur Vill.C.81.Iul.Clar.d. quæst. 77. vers. sed nunquid 9. Duodecima exceptio: Nisi clericus seipsum percusserit. Quæ reprobatur d.quæst. 77. vers. adde quòd 3. Decimatertia exceptio: Nisi conatus non habuerit effectum. Viu.lib.2.conatus.§.homicidium, num.3 & 4. Hæc de exceptionibus propositæ regulæ: de quibus vide item J.lib.3.cap.2.reg.25.

VI. Regula, Si Episcopum percusserit, excommunicatur. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Iul. Clar.§.fin. quæst.77.vers.percutiens.23.

VII. Regula, Si quis Ecclesiam effregerit ac spoliauerit, excommunicatur. M.I.P. d.q.5.causa 8. Accedit d.q.77.vers. effractores.20.

VIII. Regula, Si excommunicato communicauerit, pro excommunicato habetur. M.I.P.d.quæst.5.causa 10. Accedit Vill. P. 28. Huius exceptio est: Nisi clericus excommunicato communicauerit: hic enim pro excommunicato non habetur. d. causa 10. except. 16. Cuius replicatio est: Nisi à

Papa

Papa fuerit excõmunicatus cui clericus cõmunicauit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d.q.77.vers.clerici.18.

IX. Regula, Si quis Romipetas, peregrinos vel mercatores molestet: excommunicatur.M.I.P.d.q.5.causa 20. Accedit d.q.77.vers.spoliantes.24.

X. Regula, Si monachus habitum suæ religionis non deferat.excommunicatur,d.q.77.vers.monachus.16.in prin.

XI. Regula, Si monachus habitum suæ religionis occultè deferat. Quæ controuertitur d.vers.monachus.16.ibi:sed quid si illum.

XII. Regula, Si sit schismaticus, excommunicatur. Quæ regula approbatur & distinguitur d.q.77.ver.schismatici.27.

XIII. Regula, Si literas apostolicas ab alio quàm à Papa vel deputatis acceperit.d.q.77.vers.recipientes.17.

XIIII. Reg. Si incendiarius sit.d.q.77.ver.incēdiarij.19.

XV. Regula, Si religiosus sacramenta ministrauerit. d. q.77.vers.religiosi.22.

XVI. Regula, Si magistri & scholares conueniant hospitem pro conducendo hospitio aliorum magistrorum vel scholarium ante tempus conductionis elapsum, sunt excommunicati. d. q. 77. vers. magistri.26.

XVII. Regula, Vsurpantes de nouo sibi ius patronatus in locis piis vacantibus excommunicantur.d.quæst. 77.vers. vsurpantes.29.

XVIII. Regula, Contrahentes scienter matrimonium in gradu prohibito excommunicantur. d.q.77. vers. contrahentes.30.& in § incestus.vers.præterea.

XIX. Regula, Si iudex laicus interpellatus brachium sæculare non præstet. Vide ĵ.lib.prox.cap.18.reg.8.

XX. Regula, Si creditor hæreditarius, cũ hæreditas non esset soluendo, in solidum agat. Vill. H.4 vers.& competit.

XXI. Regula, Si quis missam audiuerit sine solennitate priuata. Vill.E.98.

XXII. Regula, Si notarius sit contumax. Vill.E.127.

Plures causas excommunicationis vide remissiuè apud Iul.Clar.d.q.77.vers.alios etiam 31.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum seu regularum generales.

I. Exceptio generalis, Nisi cùm sententia excommuni-

cationis ſub conditione lata eſſet, excommunicatus ante exiſtentem conditionem ſub excommunicantis iuriſdictione eſſe deſierit. Quæ exceptio approbatur ſub conditione à Turz opin.171.

II. Exceptio: Niſi conatus non habuerit effectum. Viu. lib.2.conatus §.homicidium,num.4.

## RELIQVA EXCOMMVNIcationis iura.

XXIII. Regula, Excommunicatus excommunicandi ius non habet. M. I. P. d. cap.8. quæſt.7. reg.2. Cuius exceptio prima eſt: Niſi minore excommunicatione fuerit excommunicatus Gabriel. lib.1. de probationibus, concluſ.8. nu.47. Altera exceptio eſt: Niſi occultè fuerit excommunicatus. Quæ exceptio eſt controuerſa, d.concluſ. 8. num. 46. cum ſequente.

XXIIII. Regula, De monitione excommunicationi præmittenda cauetur M. I. P. d.cap.8.quæſt.9.reg.1. Accedit Villa. M. 124. Huius exceptio eſt: Niſi notarius contumax excommunicandus ſit.Vill.E.127.

XXV. Regula, De prouocatione ab excommunicationis ſententia permittenda cauetur M.I.P. d. cap.8. quæſt. 10. reg.3. Cui contradicit Gabriel.lib.6.de reg.iuris, concluſ.3. num.59.

XXVI. Regula, Qui excommunicationis ſententiam nullam dicit, oblata cautela abſolutionem petere debet. M. I. P. d.quæſt.10.reg.6. Contradicit Iul.Clar. §. fin. quæſt. 77. verſ.vlt.in fine.

XXVII. Regula, Si excommunicatus intra annum abſolutionem non petierit, de hæreſi ſit ſuſpectus. Viu. lib.2. excommunicatus pro quacunque.

XXVIII. Regula, Effectus excommunicationis enumerantur M. I. P. d.q.10.reg.11.cum ſequentib. quorum exceptio generalis hæc eſt: Niſi ſententia excommunicationis ſit nulla. Iul.Clar.§.fin. quæſt. 77. verſ. vltim. Aliam exceptionem vide paulò ſuperius poſt reg.22. Hæc de excommunicatione.

## DE INTERDICTO ECCLEſiaſtico.

I. Regula, De interdicti definitione, quæ habetur apud Iul.Clar.§.fin.q.76.in prin.

II.Regula,

II. Regula: Si pedagia exegerit ciuitas pro rebus, quas quis non negociandi causa defert: interdici ei potest.d.q. 76.vers.ciuitas.vbi tamen dicitur,id non esse in vsu.

III. Regula:Si ciuitas aliquid commiserit contra suum Episcopum,vt capiatur, percutiatur vel banniatur:interdici ei potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur d.q. 76.vers.vltim.

IIII. Regula,Legato de latere interdicente, non adposito tempore:eo reuocato à legatione, expirat interdictum. Gabriel.lib.6.de præbendis,conclus.1.num.25. Hactenus de speciebus pœnarum.

## IIII. QVÆ POENA CVIQVE sit irroganda?

I Regula, Si crimini certa pœna à legibus est constituta: eam iudex irrogare tenetur. M.I.C. lib.1. cap. 14. in fine, reg.11.M.I.P.lib.1.cap.7.quæst.2.reg.2.Accedit Iul.Clar. § fin. q.85.vers.vlterius.10.ibi:caueant tamen.& q.93.vers.quæro si iudex.4. Viu. lib.1.iudex vbicunq;, in prin. Ex causa tamen potest iudex pœnam ordinariam in aliam commutare. Quod primæ exceptionis loco notandũ, quæ approbatur à Fichard. in addit.ad Vill. P.67. Viu.lib.1. iudex vbicunque, num.2.& num.7.item Iul.Clar.§.fin.q.85.vers.vlterius quęro. 10.in prin.Ratio huius exceptionis habetur d. iudex vbicũque, num.3. Declaratur exemplis d. iudex,num.4.& 5. & d. vers. vlterius quæro. ibi: ex quibus autem. Vide insuper s̃. cap.7.exceptiones.Pœna tamen mortis in aliam corporalem commutari non debet, sed in pecuniariam. Fichard.in addit.2. ad Vill.P.71.& Iul.Clar.§.fin. quæst.85.vers. vlterius. 10.in fine.Quod primæ replicationis loco notandum.Altera replicatio est: Nisi iudex non expresserit causam mutationis. Viu.d.iudex vbicunque,num.5.Iul. Clar.d.vers. vlterius. ibi: prætereaque debet. vbi tamen controuertitur. Tertia replicatio videtur:Nisi non iure communi,sed statuto pœna sit imposita. Quæ tamen reprobatur d. iudex vbicunque, num. 6. & d. vers. vlterius quæro.ibi: siue etiam agatur. vbi controuertitur. Quarta replicatio est: Nisi minor iudex sit, qui simplicem tantùm habeat iurisdictionem. d.vers. vlterius.ibi.sed hæc quidem.vbi etiam duplicatur.Quinta replicatio est:Nisi post sentẽtiam dictam iudex pœnam mutare velit.d.vers.vlterius,ibi:scias etiam.Sexta replicatio est:Nisi

causa ob quam recedit à pœna legis, non sit iusta, & à iure approbata. d. vers. vlterius. ibi: caueant tamen. Plures replicationes remissiuè vide d. iudex vbicunq;, num. 8. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi reus ad Ecclesiam confugerit: tunc enim mitius est puniendus. M. I. P. d. reg. 2. except. 1. Quæ exceptio hodie dicitur esse sublata per consuetudinem, Iul. Clar. §. fin. q. 30. in prin. ibi: hæc autem immunitas. & vers. successiuè quæro. Tertia exceptio est: Nisi Episcopus cum reo dispensauerit. M. I. P. d. reg. 2. except. 3. Accedit Vill. D. 74. in addit. Replicatur in grauioribus criminibus d. except. 3. Declaratur quæ dicantur grauia delicta, Vill. D. 56. cum addit. De hac dispensatione episcopali disseritur etiam apud Vill. C. 12. E. 93. & 94. Viu. lib. 2. Sodomita. vers. sed hodie. Quarta exceptio est: Nisi reus sæpius soleat delinquere. Iul. Clar. §. fin. quæst. 84. vers. sed his incidenter. 6. Quinta exceptio est: Nisi alia pœna obtineat in loco, in quo crimen commissum est: hanc enim iudex sequi debet. Vill. I. 52. De qua re vide item J. reg. 4. Sexta exceptio est: Nisi pœna pecuniaria constituta, adiectum sit, vt nisi ea intra certum tẽpus soluatur, reus corpore puniatur: hoc enim casu quamuis pecuniaria pœna suo tempore soluta non sit, nihilominus postea ea accepta corporalem pœnam iudex potest remittere. Iul. Clar. §. fin. quæst. 85. vers. sed hic quæro. 7. Septima exceptio est: Nisi consuetudine loci aliud sit receptum. d. q. 85. vers. vlterius quæro. ibi: & hoc nisi consuetudo. Octaua exceptio est: Nisi reus non sit capax pœnæ legis. Iul. Cla. d. quæst. 85. vers. vltim.

II. Regula: Si duæ vel plures pœnæ alternatiuè positæ sint in lege: vtrum iudicis, an rei sit electio, controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 85. vers. solet etiam. 6. & vers. successiuè. 8.

III. Regula: Si idem crimen diuersis legibus ac pœnis coerceatur: siquidem alia lex generalis sit, alia specialis: hæc in specie criminis est obseruanda, non illa. M. I. C. d. cap. 14. in fine, reg. 12. Sin verò vtraque lex vel generalis, vel specialis sit: sed alia vetus, alia noua: ea imponenda quam accusator petierit. Vill. L. 98. S. 98. Quæ tamen regula controuertitur Viu. lib. 1. statutum imponens nouam, & Statutum vltimum. Iul. Clar. § fin. quæst. 85. vers. debet etiam. 5. Cuius exceptio est: Nisi post crimen commissum alia pœna sit constituta: tunc enim non noua pœna imponenda, sed ea

quæ

quæ tempore commissi criminis obtinuit. Quæ exceptio controuertitur, communiter tamen approbatur & distinguitur Turz.opin.170.

IIII. Regula: Si alia pœna sit in loco criminis commissi, alia in loco originis vel domicilij, alia iuris communis: quæ sit sequenda, controuertitur & distinguitur à Iul.Clar. §. fin.quæst.85.versi.secundus, vsque ad versi. debet etiam.5. Vill.I.52. Hæc de pœnis ordinariis.

V. Regula: Si criminis certa pœna constituta non est: ea permittitur arbitrio iudicis irroganda. M.I.C. d.cap.14.in fine, reg.11.except.1.& M.I.P. lib.1.cap.7.quæst.2. reg.3. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.83.in princ. Viu.lib.1. iudicis arbitrio, num.1. Huius exceptio prima hæc est: Nisi iudex modum excedat. M.I.P. d.reg.3.exceptio.1. Accedit Iul.Clar.d. quæst.83.versic.scias etiam.13. Altera exceptio est: Nisi mortis pœnam imponat. Quæ exceptio est controuersa d.quæst. 83.versic.sed quæro.11 & Viu.d.iudicis arbitrio, num.2.cum tribus sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi iudex aliquem iure suo priuare vellet, lege nulla existente. Turz.reg.11. Quarta exceptio est: Nisi lex ita permiserit arbitrio iudicis, vt imponat pœnam centum, vel aliam maiorem minorémve: hoc enim casu iudex pecuniariam pœnam excedere non potest.Iul.Clar.d.quæst.83.versi.præterea.12.

VI. Regula: Iudex igitur penes quem est arbitrium puniendi, pro varietate circunstantiarum pœnam variabit ac imponet. M. I.C. d.cap.14.q.5.in prin. Accedit Viu.lib.1.iudicis arbitrio, num.4. Proinde in singulis circunstantiis notandæ sunt regulæ sequentes.

## DE PERSONA DELINQVENTIS.

VII. Regula, De militum pœnis, M.I.C. d.cap.14.versic. de militibus. De iisdem agitur remissiuè apud Iul.Clar.§.fi. quæst 68.versi.milites.

VIII. Regula, De nobilibus puniendis agitur Vill.N.13. in addit.Iul.Clar.§.fin.quæst.60 versi.prodest etiam. Declaratur definitione nobilis remissiuè d.addit.in fine.

IX. Regula, De pauperibus puniendis agitur M.I.C. d. c.14.vers.de pauperibus. Accedit Turzan. reg.76. Vill.C.126. cum addit.Iul.Clar.§.fi.q.95.vers.sed quid si reus.2.cum versi.sequente. Huius regulæ, quoad pœnam pecuniariā in corporalem transmutandam, exceptio prima hæc est: Nisi non

infra a

in fraudem legis deliquerit reus, quòd non esset soluendo. Quæ exceptio est controuersa apud Iul.Clar.d.quæst 95.ver. & scias.3. in princ. Altera exceptio est: Nisi officiales condemnati soluere non possint. Quæ approbatur sub conditione d.versf.& scias.3.ibi: & nota Tertia exceptio est: Nisi is cui pecunia soluenda est, corporali pœna non sit contentus.d q 95.versi.sed quæro.4. Quarta exceptio est: Nisi maiorem pœnæ partem soluerit. Quæ tamen reprobatur d.q. 95 versf quæro quid si.6 Vill.C.125. Quinta exceptio est: Nisi mulcta fisco sit soluenda: hoc enim casu necessitas solutionis potius moderanda aut remittenda, quàm corporalis pœna irroganda.l. illicitas.6.§.fin ff de officio præsidis. Accedit Clar. d q 95.versic hæc autem.8

X Regula, De seruis puniendis. Pecuniaria pœna in seruos non cadit. M I.C. d.cap 14 versic.de seruis in fine. Quæ tamen regula controuertitur apud Iul.Clar.§.fina. quæst.80. versi.item quæro.5.

X I. Regula, De iis qui eius roboris atque artificij sunt, vt populo exhiberi possint, puniendis cauetur. M.I.C.d.cap. 14.versi.de iis qui eius. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.60.versf. item prodest, eum versi.sequente.

X II. Regula, De eo qui sæpius crimen solet committere, grauius puniendo, M.I.C. d.cap.14 in fine.versi.sexta regula.Iul.Clar.d.§.fina.quæst. 84. versic. sed hic incidenter.6. Vill.S.108.

XIII. Regula, De vniuersitate punienda, Iul.Clar. §. fin.quæst.16. versic. sed quomodo. & quæst.60. versi allegatur etiam.

XIIII. Regula, De Ecclesia punienda. Huic exilij pœna non irrogatur. Vill.E.4.

X V. Regula, De clericis puniendis. Clerici deponuntur, & curiæ sæculari traduntur. M.I.P. lib.1. c.7.q.2.versi.quarta regula. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi alia sit causa, quàm ex tribus iis quas enumerat Iul.Clar.§. fina.quæst 36. versic.scias etiam. Altera exceptio est: Nisi clericus non sit incorrigibilis.d. quæst.36.versic. dixi etiam, cum tribus sequentibus. Cuius replicatio est: Nisi per insidias hominem occiderit.Vill.I.8.

X V I. Regula: De modo deponendi seu degradandi clerici differitur M.I P. d.cap.7.versi. quinta regula. De eodem differitur Vill.C.83.Iul.Clar.§.fina. quæst. 74. versic sed quæro.

quæro.4.Duplex degradatio habetur apud Iul Clar.d.§.fi.q.36.versi.scias autem. & quæst.74. in princ. Proposita regula videtur distinguenda in clericis qui in minorib. ordinibus sunt constituti. Sed reprobatur apud Viu.lib.1.clerici in minoribus. Modus degradandi Episcopi definitur Vill.E.99. & Iul.Clar.§ fin.quæst.74.versi.sed quæro.4.

XVII. Regula, De pœna suspensionis, qua clerici puniuntur, differit Iul Cl.r.§.fin.quæst.75.

XVIII. Regula: Clericus traditus iudici seculari non est morte puniendus. Quæ regula iure approbatur, sed reprobatur consuetudine apud Iul. Clar.§.fin.quæst.36.versic. sed an iudex.

XIX. Regula, De monachis puniendis cauetur M.I.P.d. cap.7.quæst.2.versi.de monachis. Accedit Vill R 20.

XX. Regula, Reus iudici amicus mi ius puniri potest. Quæ regula approbatur simul & dist.nguitur apud Iul. Clar. §.fin quæst.60.versi.legitur etiam 35.

XXI. Regula, De bannito. Hic iterum banniri potest. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2.bannitus. Soarez B.8.Iul.Clar.§.fin.quæst.16.versi. sed nunquid.

## DE PERSONA EIVS IN QVEM crimen committitur.

XXII. Regula, Si aduersus cognatos crimen commissum sit, seuerius magis quàm mitius est puniendum. Iul. Clar.§.fin.quæst.60.versi.vlt.

XXIII. Regula, Si in Cardinalem crimen sit commissum, seuerius vindicatur. M.I.P. d.quæst.2.versic. in Cardinalem.Iul Clar.§.fina.quæst 77.versi offendentes.21. Huius exceptio prima est: Nisi sententia declaratoria non sit secuta.d versic.21. Ibi: bene verum. Altera exceptio est: Nisi ad sui defensionem Cardinalem offenderit. Viu.d.versic. Cardinalem.

## DE RELIQVIS CIRCVNSTANTIIS

XXIIII. Regula, Si sine dolo crimen commissum sit: nunquam corporalis pœna est irroganda, sed alia mitior. Iul.Clar §.fin.quæst.84.in prin.ibi: & in primis,cum sequẽtibus. Huius exceptio videtur: Nisi lata culpa sit commissum. Quæ tamen exceptio est controuersa d. quæstio. 84.in princ.ibi: reperio.

XXV.

XXV. Regula: Qualitas etiam criminis auget vel minuit pœnam, si vel grauius, vel leuius sit crimen. M.I.C.d. cap.14. in fine. versi de causa leuiore. Grauius autem crimen est quod in faciendo, quàm quod in omittendo consistit. Iul. Clar. lib.5. sententiar. §.1. num.10.

XXVI. Regula, Quantitas etiã rei, in qua crimen commissum est, auget vel minuit pœnam. M.I.C. d. cap.14. in fine. versi. tertia regula. Cuius exceptio est: Nisi crimini certa pœna sit à lege imposita: hæc enim non augetur vel minuitur ex rei quantitate, exemplo Viu. lib.1. statutum prohibens, num.2.

XXVII. Regula, Minuitur pœna criminis, quod ante multos annos est commissum. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fina. quæst. 60. versic. præterea potest. Soarez A.185.

XXVIII. Regula, Si per inquisitionem sit processum: pœna minuitur. Quæ regula approbatur, distinguitur & mutatur apud Iul. Clar. §. fina. quæst. 60 versi. potest etiam. Vide M.I.P. lib.1. cap.14. de inquisitionibus, quæst.6. reg.12.

XXIX. Regula, Ex pòst facto non crescit præteriti delicti æstimatio. M.I.C. d. cap.14. in fine, reg.8.

XXX. Regula, Si plura delicta concurrant: omnia puniri debent. Ideóque pœna augetur. Iul. Clar. §. fina. quæst. 84 versi. scias etiam. 2. vsque ad versi. sed hæc incidenter. 6. vbi etiam distinguitur. Sed & distinguendum videtur: Nisi iudex in quibusdam sit incompetens. Quæ tamen distinctio est controuersa, per ea quæ traduntur d. §. fin. quæst.39. versi. vlt. & quæst.51. versi. vnum tamen.

XXXI. Regula, Si reus crimen vltrò sit confessus; mitius punitur. M.I.P. d. cap.7. versi. vlti. Accedit Iul clar. §. fin. quæst.60. versic. non desunt. vbi additur, hanc regulam non obseruari. Sed & excipitur: Nisi prius negasset crimen. Quæ tamen exceptio est controuersa, d. §. finà. quæst. 82. statuto 9. versi. vltim.

XXXII. Regula, Si pater filium reum vltrò obtulerit: mitius cum eo videtur agendum. d. quæstio. 60. versic. solet etiam. 29. vbi tamen Clarus huic regulæ parum fidet. Hæc de pœnis.

## *DE ACTIBVS SEV ADiunctis publicorum iudiciorum.*

CAP.

## CAP. IX.

ACTVS & processus publicorum iudiciorum describuntur à Iul.Claro §.fi.fina.q.18. Quos in tria genera distribuimus in M.I C.lib.1.cap.15. in princ. & in M.I.P.lib.1. cap.10.in prin.quæ in hoc etiam capite obseruabimus.

### DE ACTIBVS ACCVSATORIS.

I. Regula, De libelli inscriptione. Accusator in crimen quod obiicit, inscribere tenetur. quæ regula cum sua ratione habetur M.I.C. d.cap.15. de libelli inscript.reg.1.& M.I.P. d.cap.10.in prin.reg.1. Accedit Iul. Clar.§.fin.quæst.12.versi. dixi quoque.vbi magis dicitur subscriptio. Huius exceptio prima est: Nisi mulier accusans suam suorúmve iniuriam persequatur. M.I.C. d.reg.1. except.1. Contradicit Iul.Clar. d.quæst.12.versic.quæro etiam.20. Altera exceptio est: Nisi maritus vxorem de adulterio accuset. M.I.C. d.reg.1. excep. 2.Controuertitur & contradicit Iul.Clar. d.quæst.12.vers.sed retenta.19.Planè regula proposita consuetudine dicitur mutata d.q.12.versic.cæterùm hodie. vbi in fine redditur ratio mutationis,scilicet quia pœna Talionis hodie non sit in vsu. de qua reuide j.cap.11.reg.4.in fine. Sed & superuacua dicitur inscriptio, etiam existente pœna Talionis, d. quæst. 12. vers.de iure autem. Soarez A.22. Apud Pontificios tamen inscriptio adhuc seruatur ex iure canonico.d.quæst.12.versi. scias tamen.

II. Regula, Quæ inscribenda sint ab accusatore,definitur M.I.C. d. cap.15. de libelli inscriptione, reg.2. Accedit Iul. Clar.d.quæst.12.versi.forma autem.16.

III. Regula, Locum & tempus accusatio debet continere. Vill.A.13.versi. accusatio sicut. item Vill.L.119.Iul.Clar.§. fin.quæst.12.versi.præterea.8.vsque ad versi.dixi etiam.13.

IIII. Regula, Sufficit annum & mensem exprimere,licet dies non exprimatur. Viu. libr.1.accusator. Cuius exceptio prima est: Nisi reus ad sui defensionem diem exprimi petat.d.versic.accusator. ibi: tamen vbicunque.& Iul. Clar.d. versi.dixi etiam.13.Altera exceptio est: Nisi diem expressum accusator non probauerit. Quæ exceptio est controuersa,d. quæst.12.versi.sed quid si accusator.14.

V. Regula, Accusator custodiæ similitudinem patitur. M.I.C.d.cap.15.de actib.accusatoris,reg.3.& M.I.P.d.cap.10.

de actibus accusatoris, reg. 4. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 18. versic. quando deinde. in cuius fine dicitur hoc consuetudine esse mutatum.

VI. Regula, Accusatio in scriptis edenda, non viua voce. M I.P. d. cap. 10. de actibus accusatoris, reg. 5. Controuertitur tamen hæc regula apud Iul. Clar. d. §. fin. quæst. 12. versic. quæro quæ sit. Soar. A. 21.

VII. Regula, Libellus accusationis debet continere speciem delicti, locum & tempus criminis: item annum & diem accusationis editæ: necnon accusatoris & accusati nomen. d. quæstio. 12. versi. præterea. vbi de anno & die accusationis edendo dubitatur. Accedit Soarez A. 24. De loco & tempore criminis commissi annotatum etiam s̃ reg. 3. & 4.

VIII. Regula: In accusatione conclusio non est necessaria. d. q. 12. vers. vltimo.

IX. Regula: Plura crimina in eodem libello aduersus eundem cumulari possunt. Iul. Clar. §. fin. quæst. 13. vers. sed nunquid.

## DE ACTIBVS ET OFFIciis circa reum.

X. Regula: Reo latitante vel contumaciter absente, bona eius obsignantur: & nisi venerit, fisco addicuntur. M. I. C. d. cap. 15. de requirendis & annotandis reis, q. 2. in prin. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 44. in prin. ibi: in illis igitur casibus. Cuius exceptio est: Nisi reus reuersus se purgauerit, vel satis obtulerit. M. I. C. d. quæst. 2. except. 4. Accedit. d. vers. in illis. Huius replicatio prima est: Nisi post annum reuertatur reus. d. except. 4. repl. 1. Accedit d. vers. in illis igitur. ibi: si verò post annum. Huius duplicatio est: Nisi post annum reuersus non tam bona recuperare, quàm se defendere velit: hoc enim illi denegandum non est. d. repl. 1. dupl. 3. Accedit d. q. 44. in prin. ibi: si verò post annum. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi reo reuerso causa nondum sit ad finem perducta, nec reus absolutus. Quæ tamen replicatio reprobatur d. quæst. 44. vers. dixi quod Hæc de annotatione bonorum: quæ tamen hodie in vsu esse desiit, & in eius locum banni pœna subrogata. d. q. 44. vers. sed. hodie.

XI. Regula, Reus apprehendendus. M. I. C. d. cap. 15. de reis apprehendendis, in prin. & M. I. P. d. cap. 10. de actibus

circa

circa reum, reg 3. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi bānitus extra territorium bannientium apprehendatur, & in territorium protrahatur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s̄. cap. prox. quæst. 3. de pœna banni, reg. 8. Altera exceptio est: Nisi reus in domo sua sit: ex ea enim extrahi non debet. de qua re vide j̄. lib. prox. cap. de in ius vocando. Tertia exceptio videtur: Nisi terminus in citatione præstitutus nondum sit elapsus. Quæ tamen reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. q. 31. vers. fin. Quarta exceptio est: Nisi reus habeat saluum conductum. Cuius replicatio est: Nisi altera vice apprehendatur. Gabriel. lib. 6. de legibus, concl. 2. num. 7. Quinta exceptio est: Nisi reus ad ecclesiam confugerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur j̄. lib. 3. cap. 1. reg. 3 Sexta exceptio: Nisi reus ad sacramentum Eucharistiæ confugerit. Vill. F. 179 Iul. Clar. §. fin. q. 30. vers. vltimo. Septima exceptio: Nisi reus ad domum Episcopi confugerit. de qua vide j̄. lib. 3. cap. 4. reg. 15. Octaua exceptio est: Nisi reus ad domum Cardinalis confugerit. Iul. Clar. §. fin. q. 30. vers. item adde.

XII. Regula: Ipsi læso apprehensio rei potest committi. Quæ regula est controuersa per ea quæ tradit Iul. Clar. §. fin. q. 28. vers. solet autem.

XIII. Regula: Antequam reus apprehendatur, causæ cognitio & commissio iudicis præcedere debet M. I. C. d. cap. 15. de custodia reorum, q. 3, reg. 2. except. 1. Accedit d. q. 28. vers. scias autem. item §. dictum est. & d. §. fin. q. 46. in prin. Vide item s̄. cap. 7. except. 1.

XIIII. Regula, De reis captis non eximendis sub pœna capitali, Iul. Clar. §. fin. q. 29. vers. eximens. & q. 68. vers. eximens. Cuius exceptio prima est: Nisi indebitè fuerit captus. d. q. 29. vers. sed quid si ille. Altera exceptio: Nisi quis seipsum exemerit. Quæ exceptio est controuersa d. quæst. 29. vers. quæro etiam.

XV. Regula, De præmio constituendo ei qui fugientem ceperit, d. q. 29. vers. sed quid si delinquens. Cuius exceptio est: Nisi quis ex officio ceperit: huic enim præmium illud non debetur. d. q. 29. vers. cæterùm.

XVI. Regula, De expensis soluendis ei qui reum cæpit, d. q. 29. vers. vnum tamen.

XVII. Regula, De pœna statuta ei qui non cæpit, d. q. 29. vers. econuersò.

XVIII. Regula, De reis apprehensis custodiendis. Rei apprehensi custodiendi sunt. M.I.C.d.ca.15. de custodia reorum, reg. 1. & M. I. P. d.cap.10. de actibus circa reum, reg.3. Cuius exceptio prima est: Nisi iudicio sisti satisdare paratus sit reus. M. I. C. d. reg. 1. except. 1. & M.I.P.d.reg.3. excep.1. Accedit Iul. Clar. § fin.q.46.vers. plerunq; verò & vers. in hac autem. ibi: vbi verò. Soarez. C.17. Huius replicatio prima est: Nisi pro crimine corporalis pœna sit imponenda. M. I. C. d. except 1. replic. 2. Accedit Iul. Clar. d.q.46. vers. in hac autem, in prin. Altera replicatio est: Nisi seruus satisdatione oblata relaxari petat. d. quæst. 46. vers. & hæc quidem. Tertia replicatio est: Nisi non sub pœna satisdetur. Quę replicatio est controuersa d.q.46.vers.q[illegible]ro quæ. Plures replicationes vide J. eod. cap 26. except. 2. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Plures exceptiones vide J. d. reg. 26. M.I.C.d.reg.1. Quarum replicatio generalis hęc est: Nisi causa noua superuenerit, ob quam reus sit custodiendus. Hoc enim casu istis exceptionibus non obstantibus, custodia relaxanda non est. Viu. lib. 2. capi non potest, num. 7. Iul. Clar. §. fin. q.46. vers. pariter etiam. ibi: hæc autem relaxatio. Soarez. cap. 20.

XIX. Regula: Vtrum Princeps, an ciuitas carcerem ædificare, & custodes præstare debeat, differitur apud Iul. Clar. d.q.46. vers. & quoniam.

XX. Regula: De vinculis, quatenus adhibenda sint. differitur apud Iul. Clar. d.q.46. in princ. ibi: debent autem.

XXI. Regula, De carcere. Si graue crimen sit, in carcerem reus est coniiciendus M. I. C. d. cap. 15. de actibus circa reũ, q.3. reg. 2. Cuius exceptio prima est: Nisi mulier rea sit. M. I. C. d. reg. 2. except. 2. Accedit Viu. lib. 2. carcerari, num. 1. Iul. Clar. §. fin. quæst. 28. vers. quæro igitur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi consuetudo sit in contrarium. Viu. d. carcerari, num. 2. Consuetudinem autem in contrarium esse, attestatur Iul. Clar. d. vers. quæro igitur. Altera replicatio est: Nisi mater, quæ tutelam filiorum gerens, omni legum auxilio renunciauit, ex dicta tutela conueniatur. Viu. d. carcerari, num. 3. vbi tamen controuertitur, quamuis communiter approbetur. Altera propositę regulæ exceptio est: Nisi priuatus carcer sit M. I. C. d. reg. 2. except. 3. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 68. vers. priuatum. 32 vbi etiam replicatur. Tertia exceptio est: Nisi reus Doctor sit. Quæ

exceptio

exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. d. §.fin. q. 28. vers. item quæro. Quarta exceptio est: Nisi reus vir sit illustris. Quæ exceptio est controuersa d. §.fin.q.46.vers. scias autem. Quinta exceptio est: Nisi reus clericus sit. Quę approbatur & distinguitur d. q. 28. versic. quæro nunquid, cum vers. sequente. Sexta exceptio videtur: Nisi reus appellauerit. Quæ tamen reprobatur d. §. fin. quæst. 46. vers. sed quid si.

XXII. Regula: De maribus & fœminis in carcere separandis cauetur M.I,C.d.cap.15.de custodia reorum, quęst. 4.reg.1. Accedit Viu.lib.2.carcerari,num.2.

XXIII. Regula: De ingerendo singulis mensibus personarum quæ custodiuntur numero, delictis, ordine, ætate. cauetur M. I. C. d. q. 4.reg.2. Accedit Iul. Clar. §.fin.quæst. 46. vers.scias etiam.

XXIIII. Regula: De pœna custodis, si custodia euaserit cauetur M.I.C.d.quæst.4.reg.6. Accedit Iul. Clar. §.fin. q.29.vers.quæro etiam.& quæst. 68.vers.custos cæterùm. 8. ibi:item custos.vbi etiam distinguitur vsque ad finem.item Soarez C.24. Sed & distinguitur in nobili custodia euadente, Gabriel.lib.7.conclus. 8.num.55.

XXV. Regula, De morte custodiæ, habetur M. I.C.d. quæst. 4. reg. 8. Accedit Iul. Clar.§.fin.quæst.46.vers.sed in hoc proposita.

XXVI. Regula: De custodia à magistratu nõ facilè relaxanda cauetur M. I.C.d.q.4.reg.9. Cuius exceptio prima est in diebus Paschalibus, l.nemo.3.C.de Episcopali audientia. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.46.vers.solent etiam. vbi etiam replicatur. Secunda exceptio est: Nisi pendente processu appareat reum non esse culpabilem.d.q.46.vers. pariter etiam & vers.in dubio. Huius replicatio prima est in tempore, quo fit relatio definitiuæ sententiæ, d.vers.pariter.in fine. Altera replicatio est: Nisi non dentur idonei fideiussores. d. q. 46. vers. cæterùm debet. Declaratur qui dicantur idonei fideiussores d.vers, cæterùm.ibi: dicitur autem. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi fideiussores idoneos habere nõ possit: tunc enim sufficit iuratoria cautio. Quæ duplicatio iure approbata reprobatur consuetudine, & distinguitur d. q. 46. vers, sed quid agendum. Altera duplicatio est: Nisi reus sit illustris: hic enim præstando iuratoriã cautionem relaxatur. Quæ duplicatio iure approbata, consue-

tudine reprobatur d.quæst.46.verſ.ſcias autem. Tertia propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi alterius ciuitatis ciuem fideiuſſorem dederit.d.quæſt.46.verſ. pone quod. Plures propoſitæ regulæ exceptiones vide s. reg.18.

XXVII. Regula, De pœna cuſtodis cum carcerata rem habentis, Iul. Clar.in §.fornicatio,num.24.& §.fin.q.68. verſ cuſtos carcerum. 8 in prin.

XXVIII. Regula, De expenſis à carcerato recuperandis agitur apud Iul.Clar.§.fin.quæſt.62.verſ.vlt.

XXIX. Regula, De iudiciorum copia reo danda, Vill. l.22.de qua re vide plura j.cap.12.reg.35. Hęc dę actibus & officiis circa reum.

## DE ACTIBVS ET OFficiis iudicis.

XXX. Regula: Iudici de crimine conſtare debet, antequam contra reum procedat, de qua re vide s. hoc cap. reg. 13.item cap.7.except.1.item j.cap.prox.reg.20.

XXXI, Regula; Si reus factum negauerit, non eſt vlterius examinandus, ſed ad probationem criminis procedendum. Iul, Clar.§.fin. quęſt. 45.verſ. ſcias autem.vbi additur, contrarium de conſuetudine ſeruari.

XXXII. Regula: De abſente & indefenſo non damnando cauetur M.I.C.d.cap.15.de ſententia ferenda,q.1.reg. 2.& M.I.P.d.cap.10.de actib.iudicis,reg.1. Accedit Iul.Clar. §. fin.q.31.in prin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi reus contumax ſit.M.I.C,d. reg. 2.except. 1. Huius replicatio prima eſt quoad definitiuã ſententiã:hęc enim nec in cõtumacem ferenda eſt, ſed ad annotationem bonorum procedendum. d.excep.1.repl.1. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.44.in prin. Soarez A.2.& 3. Vill. A. 10, in addit.item Viu.lib. 1 ſtatutum diſponens ſuper gradibus. §. reus.verſ. vlt. Huius replicationis duplicatio prima eſt: Niſi in crimine lęſę maieſtatis. Iul. Clar.in §.læſæ maieſtatis,num.vlt. Altera duplicatio eſt: Niſi ſtatutũ ſit in contrarium. Iul.Clar.d.§.fin.q.32,verſ.hęc autẽ. Tertia duplicatio eſt; Niſi non pœna corporalis, ſed relegationis, vel alia minor per ſententiam inferatur. hæc enim in contumacem ferri poteſt. Iul. Clar,d.q.44. in prin.ibi: hanc tamen concluſionem, & Soarez A. 4. Hæc de prima replicatione ſint dicta; quæ tamẽ per conſuetudinẽ dicitur ſublata d.quęſt.44.verſ.licet autem.& verſ,dictum eſt,in prin. Altera

propoſitæ

propositæ exceptionis replicatio est: Nisi reus iustam absentiæ causam habeat. Quæ replicatio approbatur & distinguitur à Iul. Clar. §. fin. q. 34. in prin. vsq; vers. sed pone. Tertia replicatio est: Nisi reus citatus peregrè absit. d. quæst. 34. vers. sed pone, cum vers. sequente. vbi etiam duplicatur. Quarta replicatio est: Nisi citatus ægrotet. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. q. 34. vers. dixi etiam. Quinta replicatio est: Nisi reus ad locum non satis tutum citatus sit, vel insidias metuat. d. q. 34. vers. allegatur etiam. Sexta replicatio est: Nisi citatus alibi in carcere detineatur. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d. q. 34. vers. de carcerato. Septima replicatio est: Nisi contumacia rei nō sit accusata. Quæ replicatio est cōtrouersa d. §. fin. q. 44. vers. dictum est. Octaua replicatio videtur: Nisi super contumacia rei sententia declaratoria non præcesserit. Sed reprobatur d. q. 44. vers. sed nunquid. Nona replicatio est: Nisi antequam sententiam in contumacē fertur, is denuò non fuerit citatus ad allegandum quare mulctari vel puniri non debeat. d. q. 44. vers. vnū tamen. Decima replicatio est: Nisi cōtumax ad audiendam sententiam denuò non fuerit citatus. d. q. 44. vers. item quæro. Vndecima replicatio est: Nisi contumax per legitimas probationes nō fuerit conuictus. Quæ replicatio est controuersa d. quæst. 44. vers. quæro nunquid. Duodecima replicatio est: Nisi cōtumax vel excusator eius post sententiam dictam paratus sit probare suam innocentiam. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d. q. 44. vers. quæro nunc. Decimatertia replicatio est: Nisi in ipso termino peremptorio statuto, non post sententia in contumacem lata sit. Quæ replicatio est controuersa d. q. 34. vers. vidi quandoq;. Hęc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi reus effracto carcere aufugerit. Viu. lib. 1. fugiens, num. 2. Huius exceptionis replicationes vide s. c. 7. in fine, repl. gener. 1. dupl. 1. cum sequentib. Tertia exceptio est: Nisi reus in flagranti crimine sit deprehensus. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Cla. §. fin. q. 8. vers. sed nunquid. Quarta exceptio videtur: Nisi Princeps contra absentem iudicet. verùm reprobatur apud Iul. Clar. d. §. fin. q. 31. in princ. ibi: & hoc locum. Etiamsi contra suum subditū procedat. d. q. 31. vers. adde. Quinta exceptio videtur: Nisi crimen sit notorium. Sed reprobatur d. §. fin. q. 9. vers. quæro nunquid, in prin. Sexta exceptio videtur

detur: Nisi sententia excommunicationis declaratoria in non citatum feratur. Sed reprobatur d.q. 31. vers. item adde. Septima exceptio est: Nisi reus iudici dederit licentiam etiam se absente & non citato procedendi vsque ad sententiam. Iul. Clar. §. fin. q. 45. vers. vlt. Hæc de 32. regula.

XXXIII. Regula: De forma sententiæ in contumacem ferendæ differitur apud Iul. Clar. §. fin. q. 44. vers. vlt.

XXXIIII. Regula: De audiendis prius defensoribus rei damnandi agitur d. §. fin. q. 49. vers. est igitur, vsque ad vers. vlt.

XXXV. Regula: Si plura crimina ex eodem facto nata à diuersis deferantur, non licet iudici separatim vno crimine sententiam ferre, priusquam de altero quoque crimine cognitio facta sit. M. I. C. d. cap. 15. de sententia ferenda, quæst. 1. reg. 3. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 13 vers. item quæro. ibi: & vbi super vno. Cuius exceptio est: Nisi coram diuersis iudicibus reus fuerit accusatus. d. vers. item quæro. ibi: quod tamen intellige.

XXXVI. Regula, In criminalibus secundum apertas probationes sententia ferenda. M. I. C. d. cap. 15. de sententia ferenda, q. 2. reg. 1. & M. I. P. d. cap. 10. de actib. iudicis, reg. 4. Accedit Iul. Clar. § fin. q. 66. vers. debent autem. Cuius exceptio prima videtur: Nisi reus in flagranti crimine sit deprehensus. Sed reprobatur à Iul. Clar. §. fin. q. 8. vers. scias tamen. Altera exceptio est: Nisi reus crimen sit confessus. tunc enim quamuis apertis probation. conuictus nō sit, confessio tamen videtur sufficere. Quæ tamen exceptio est controuersa, vt tradit Vill. A. 114. ibi: & nota. Tertia exceptio est in criminibus difficilis probationis, Gabriel. lib. 7. conclus. 17. nu. vlt. Iul. Clar. §. fin. q. 20. vers. scias tamen. ibi: alij verò dicunt. Viu. lib. 1. iuramento necessario. ibi: sed cōmunis Quarta exceptio est in crimine assasini, hæresis & Simoniæ, d. q. 20. vers. scias etiam. Quinta exceptio est in crimine falsi: in quo suspicio sufficere videtur. Quæ tamen exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 7. conclus. 6. & apud Iul. Clar. in §. falsum, nu. 30. De qua re vide item j. cap. 13. de falsis, reg. 32. Sexta exceptio est: Nisi præsumptio sit legitima. Iul. Clar. d. q. 20. vers. vlt. Septima exceptio est in pœna extraordinaria, non capitali, ad quam quis ex præsumptionibus & indiciis indubitatis damnari potest. Quę exceptio est controuersa Viu. lib. 2. condemnatio. §. iudex, num. 4. & 2.

Iul.

Iul Clar.d.q 20. verſ.ſcias tamen. Declaratur hæc exceptio d.§.iudex,num.4.

XXXVII. Regula: Indicium eius qui de ſe tortus & confeſſus eſt, aduerſus alium fidem non facit. M.I.C. d cap. 15.de ſententia ferenda, quæſt.2.reg.2.& M.I.P. d.cap.10.de actibus iudicis, reg.5.Accedit Vill. C.152. Viu.lib.1.teſtis.§.in teſtem, in prin.Iul.Clar.§.fin.q.21.verſ.dictum ſocij. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi veritas aliter inueſtigari non poſſit.d.§.in teſtem.ibi:ſed hoc non procedit.Altera exceptio eſt in crimine læſæ maieſtatis, d.§. in teſtem. ibi: miniméq; hoc. Tertia exceptio eſt in crimine aſſaſini, Gabriel lib.7.concluſ.1.num.25.Quarta exceptio eſt in aliis criminibus, quæ dicuntur excepta, Iul. Clar.d.verſ.dictum ſocij.ibi: præterquam.Quinta exceptio eſt in criminibus quę pertinent ad offenſam alterius, Iul. Clar. d.verſ. dictum. ibi: Bartol.autem. Sexta exceptio eſt: Niſi tale ſit crimen,quod ſine ſociis committi non ſolet.Iul.Clar.d.verſ.dictum ſocij. ibi: alia fuit opinio. Septima exceptio: Niſi in contrarium ſit conſuetudo.d.verſ.dictum. ibi: alij verò dicunt. Octaua exceptio: Niſi conſtet reum mandato alterius,non ſua cauſa crimen commiſiſſe: tunc enim de mandatore interrogari poteſt.d.verſ.dictũ.ibi:vnus tamen. Nona exceptio eſt quoad inquirendum: nam ad inquiſitionem faciendam ſufficit indicium ſocij. Quæ tamen exceptio eſt controuerſa d.verſ. dictum ſocij. ibi: ſi tamen interrogetur:item d.q.21.verſ.retenta igitur. item Viu.lib.1.teſtis.§.in teſtem, in princ. Plane eius replicatio prima eſt: Niſi ſpecialiter de aliquo fuerit interrogatus.d.verſ.retenta.ibi:debent tamen. Altera replicatio eſt: Niſi de ſe confeſſus etiam ſit periurus. d q.21.verſ. ſcias tamen.vbi etiam duplicatur.Tertia replicatio eſt quoad citationem eius, contra quem eſt inquirendum: ad hanc enim non ſufficit indicium de ſe confeſſi. d.q.21.verſ. ſi verò quæris. vbi etiam duplicatur. Decima exceptio eſt quoad torturam: ad hanc enim ſufficere videtur indicium de ſe confeſſi. Quæ tamen exceptio eſt controuerſa d..q. 21. verſ. ſucceſſiuè.& verſ.& ex hac.& Viu.lib.1.teſtis.§ in teſtem. verſ. propterea nec teſtimonium. Admitti autem videtur in criminibus exceptis.Sed & hoc caſu eſt controuerſa d q.21.verſ. ſed quid in criminibus. Item admittitur,ſi alia ſuſpicio concurrat,d.verſ.ſed quid in criminibus.ibi:bene facit.Item admittitur, ſi duo ſocij contra aliquem deponant. d.q.21.verſ.

 ſed.

ſed pone. Planè horum caſuum, in quibus exceptio propoſita admittitur, replicatio prima hæc eſt: Niſi deponentes non iurauerint. d. quæſt. 21. verſ. quæro nunquid. Altera replicatio eſt: Niſi ſine tortura depoſuit. d. quæſt. 21. verſ. ſcias etiam. Vndecima exceptio videtur: Niſi duo de ſe confeſſi indicium contra aliquem fecerint. Sed probatur d. verſ ſed pone, in prin. Poſtremò de regula propoſita notanda eſt forma exceptionis ex ea proponendæ, quæ habetur d. quæſt. 21. verſ. in hoc autem.

XXXVIII. Regula, De populi acclamatione non attendenda in iudicando cauetur M. I. C. d. cap. 15. in fine, reg. 3. Cuius exceptio eſt: Niſi periculum ſit maioris ſcandali, reo in crimine deprehenſo. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 8. verſ. ſed nunquid.

XXXIX. Regula, De forma ſententiæ ferendæ diſſeritapud Iul. Clar. d. § fin. quæſt. 62 verſ. forma autem.

XL. Regula, De modo procedendi in Eccleſiaſticis criminibus à iudice Eccleſiaſtico controuertitur apud Iul. Clar. §. fin. quæſt. 37. verſ. vnum tamen.

## *DE QVÆSTIONIBVS ET tormentis. CAP. X.*

AD actus & officia iudicis pertinent etiam quæſtiones & tormenta, de quibus in hoc capite peculiariter tractabitur.

I. Regula, Ad eliciendam igitur veritatem reus torquendus eſt. M. I. C. lib. 1. cap. 16. quæſt. 1 in prin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi indicia ad torturam ſufficientia non extent. M. I. C. d. quæſt. 1. except. 1. & M. I. P. libro 1. cap. 10. de actibus iudicis, reg. 7. Accedit Iul. Clar. § fin. q. 64. verſ. dixi etiam. 9. Item verſ dixi quoque. 13. & q. 45. verſ. ſed pone. ibi: aduerte tamen. Vill. C. 151. Quæ autem indicia ſufficiãt ad torturam, relinquitur arbitrio iudicis, M. I. C. d. except. 1. Accedit Viu. lib. 2. arbitrio iudicis, num. 9. Iul. Clar. §. fin. q. 20. in prin. ibi: hoc præm. iſſo. item ibi: & in hac. item verſ. ad torturam. & quæſt. 64. verſ. dixi quoque. ibi: in hoc autem. Tria tamen genera huiuſmodi indiciorum enumerantur d. q. 20. in prin. ibi: nihilominus vt. nimirum leuia, grauia & grauiſſima: quorum etiam ſingulorum effectus ibidem ſubiiciuntur vſque ad quæſt. 21. Planè quæ indicia ad torturam ſufficere vel non

ſufficere

sufficere videantur, in sequentib. regulis explicabitur. Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi reus sit malæ conditionis & famæ, solitusq; delinquere: tunc enim etiam aliis iudiciis deficientibus torqueri potest. Quæ tamen replicatio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 64. vers. sed pone 10. Altera replicatio est: Nisi reus ob cõtumatiam sit condemnatus. Quæ & ipsa controuertitur & distinguitur d. q. 64. vers. sed nunquid. 11. Tertia replicatio est: Nisi reus flagranti crimine sit deprehensus. Iul. Clar. d §. fin. quæst. 8. vers. scias tamen. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi vnicum tantum indicium extet. Quæ tamen exceptio reprobatur d. q. 64. vers. sed quæro. 14. Tertia exceptio est: Nisi indicium remotum sit à maleficio. Villal. I. 17. Viu. lib. 2. tortura, nu. 4. Replicatur Vill. I. 18 & 19. Quarta exceptio est: Nisi indicia per duos testes non sint probata. Vill. T. 120. Iul Clar. §. fin. q. 12. Quinta exceptio est: Nisi aduersarius vel offensus moriens contrarium sit confessus. Quæ exceptio est controuersa, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 1. testis illud. ibi: si verò nota vulneratus. Iul. Clar. §. fin. q. 52. vers. potest etiã. vbi replicatur. Sexta exceptio est: Nisi legitimè crimen sit probatum, vel probari possit: tunc enim reus torquendus nõ est. Vill. T. 118. Viu. lib 2. appellatio iudici. vbi controuertitur, magis tamen approbatur. item Iul. Clar. §. fin. q. 64. vers. debet etiam 5. cum vers. sequente. & quæst. 66. in prin Vsu tamen exceptio proposita reprobatur d. q. 64. vers. scias etiam. 7. Planè huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in socium reus sit torquendus: tunc enim quamuis, quoad ipsius rei personam, crimen satis sit probatum: tamen nihilominus potest torqueri. Viu. d. appellatio. vers. vltim. Iul. Clar. §. fin. q. 64. vers. scias etiam, cum vers. sequente. Secundæ replicationis loco notandum, quamuis crimen satis probatum sit, sine tormentis tamen reum interrogari posse. Viu. lib. 2. conuictus Septima propositæ regulæ exceptio est: Nisi nondũ constet an crimen sit commissum. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Gabriel. lib. 7. conclus. 17. Iul. Clar. §. fin. q. 4. & q. 64. vers. debet autem. item q. 66. in prin. De qua re vide item 3. cap. 7. except. 1. Octaua exceptio est: Nisi reus semel sit tortus: tunc enim repeti tortura non debet. Quæ except. est controuersa Viu. lib. 2. tortura, num. 1. cum duobus sequentib. Vill. T. 119. Iul. Clar. §. fin. q. 64. vers. vltimo. 46.

ibi

ibi: si verò reus. item ibi: ex primis autem. In contrarium tamen dicitur esse consuetudo d.vers.vltimo.ibi:dicit etiam Brun.Planè propositæ exceptionis replicatio prima est:Nisi noua indicia superueniant. d. vers. si verò reus & d.vers.dicit etiam. Cuius duplicatio prima est: Nisi post dictam sententiam noua indicia superuenerint. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar.§.fin.q 62.vers. forma autem, cum vers. sequente. Altera duplicatio est: Nisi noua indicia non sint fortiora prioribus. d. vers. vltimo. ibi: aliqui etiam addunt. Tertia duplicatio est: Nisi superueniens indicium probatio sit prioris. d.vers. vltimo. ibi: & ex hoc refert. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi iudici causa cognita aliter videatur:tunc enim tortura repeti potest. M.I.C. d q.1.except. 5.Accedit Iul. Clar.d.vers.vltimo, in prin. & Viuius lib. 2 arbitrio iudicis,num.11.Tertia replicatio est: Nisi leuiter fuerit tortus.d.vers.vltim.ibi:tu dic. Quarta replicatio est: Nisi indicia fuerint multum vrgentia & manifesta.d.vers.vltimo. ibi: hæc autem omnia. Quinta replicatio est:Nisi confessus postea rursus negauerit: tunc enim tortura vsque ad tertiam repeti potest. Iul.Clar. §. fin.q.21.vers. vlterius. & q.64. vers. vltimo, in fine. Hæc de octaua exceptione. Nona propositæ regulæ exceptio est: Nisi reus crimen confessus sit: tunc enim torquendus non est,ratione sextæ exceptionis s. propositæ. Cuius replicatio prima est:Nisi qualitate adiecta confessus sit. Quæ replicatio est controuersa apud Iul. Clar. §.fin.quæst.55. vers.fortè posset.ibi: quem tamen item vers. cautius, in fine. Altera replicatio est: Nisi de aliis criminibus,quæ confessus non est,interrogetur. Quæ replicatio reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 64. vers.successiuè 45. vbi dicitur consuetudine eam approbari. Idem est & si principale factum negauerit.Iul.Clar. d.§.fin.quæst.45.vers. scias autem vbi dicitur id consuetudine non seruari. Decima exceptio: Nisi reus sit bonæ conditionis & famæ. Iul. Clar. §. fin.quæst.60.vers.frequens. Vndecima exceptio: Nisi accusator petente reo non simul etiam torqueatur. Quæ reprobatur d.§.fin.quæst.63.vers.sed quæro.5.in fine. Duodecima exceptio: Nisi accusator non vrgeat torturam. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. §.fin.quæst.64.vers. vbi nihil. 26. Decimatertia exceptio: Nisi reo non sit data copia indiciorum & terminus defensionis.d.quæst.64.vers.sed

quid

quid si ille.28 & d.§.fin.quæst.45.versic.sed quid si reus. vbi dicitur id consuetudine non seruari. Decimaquarta exceptio: Nisi à decreto torturæ sit appellatum.d.quæst.64.versi. sed quid agendum,27.vbi dicitur contrarium obseuari. Decimaquinta exceptio: Nisi causa, de qua disceptatur, pecuniaria sit, non criminalis.d.quæst.64. versic. præterea debet. 4. Cui videtur repugnare M.I.C. d.quæst.1.except.2 Hæc de prima regula. Nunc quæ indicia ad torturam sufficere, vel non sufficere videantur, ostendam.

II. Regula, Vnius testimonium ad torturam non sufficit. M.I.C. d.quæstio.1.exceptio. 1.ibi: planè vnius. Accedit Iul. Clar.§.fin.quæst.22. num.3. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi omni exceptione maior sit testis.d.quęst 22 num.2.cum num.sequente.& d.§.fin.quæst.21.versi.vnus testis.2.ibi: cæterùm.Viu.lib.1.testis vnicus de visu, nu.7. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi de auditu, non de visu deponat testis. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d.q.21. versi.sed quid si. Altera replicatio est: Nisi testis non de ipso crimine deponat, sed de aliquo actu ad crimen accedente. Iul Clar.d.quæst.2.num.22.ibi aut verò testis. Hæc de prima exceptione. Alterius exceptionis loco notandum, quòd quamuis ad torturam non sufficiat dictum vnius testis, valeat tamen ad inquirendum. Iul.Clar.d.quæst.21. versi.vnus testis.2. in princ.

III. Regula, Fama ad torturam non est indicium sufficiens.Vill.F.7.Iul.Clar.§ fin.quęst 21.in princ.vbi controuertitur. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alia indicia concurrant.d.quæst.21.in prin.ibi: cæterùm si cum ipsa. Altera exceptio est Nisi fuga cum fama cōcurrat.Vill.F.17.Iul. Clar.d.quæst.21.versi.fuga.ibi: hæc tamen. Huius exceptionis replicationes vide j.regul.14. Tertia exceptio est: Nisi non specialis fama sit de crimine proposito, sed in genere diffamatus: hæc enim fama sufficit ad torturam, vel leui aliqua suspicione concurrente.d.quæst. 21. in prin.ibi: scias tamen. Cuius replicatio prima est: Nisi delictum de quo agitur, sit dissimile iis de quibus fuit diffamatus.d.quæst.21. in princ.ibi: cæterùm si delicta. Altera replicatio est: Nisi reus probet se per per triennium bene vixisse.d. quæst.21.in prin.ibi: bene verùm.

IIII. Regula, Res ablata reperta penes aliquem facit indicium ad torturam. Quæ regula approbatur & distin-

guitur

guitur d.quæst 21.versi.sed res furata.idem in §.furtum nu.5.

V Regula, Fuga socii facit indicium ad torturam alteri socio detento. Quæ regula est controuersa. Viu.lib.1.fuga.§.quæritur.Bart.num.4 cum sequente, & num.16.

VI. Regula, Minæ factæ à potente, vel ab eo qui minas exequi solet, faciunt sufficiens indicium ad torturam. Villa. M.90 Viu.lib.2 homicidium commissum,num.3.Iul. Clar.§.fin.quæst.21.versi.minæ.

VII. Regula, si reus deprehensus sit in flagranti crimine, sufficit ad torturam. Iul. Clar.§.fina. quæstione.8.versic. scias tamen.

VIII. Regula, Confessio extraiudicialis sufficit ad torturam. Viu libr.1. confessio facta coram.Iul. Clar.d.§.fina. quæst.21 versi.confessio. Vill.C.135.

IX. Regula, confessio facta coram iudice incompetente sufficit ad torturam.d quæst.21.versic. sed hic quæro.31.& d. §.fi.55.q. versi.præterea etiam.2. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi apud competentem iudicem confessionem reuocauerit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d.q. 21.versi sed quid si reus.33. Altera exceptio est: Nisi talis sit iudex incompetens, coram quo facta est confessio, vt eius iurisdictio non sit prorogabilis. Quæ exceptio est controuersa d.quæst.21.versi.hanc tamen.34.

X. Regula, Indicium socij non sufficit ad torturam. Quæ regula est controuersa per ea quæ habentur s.cap.prox.reg. 37.except.10

XI. Regula, Inimicitia capitalis sola non est sufficiens indicium ad torturam. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2. inimicitiæ & Gabriel.lib. 7.conclus.18.item Iul.Clar.§.fin.quæst.21.versi.inimicitia. Ad inquirendum tamen sufficit. Quod approbatur simul & distinguitur d.d.quæst.21.versi.inimicitia.

XII. Regula, Indicium morientis vel vulnerati sufficit ad torturam. Quæ regula est controuersa d.quæst.21.versic. assertio. ibi: sed nunquid. Ad definitiuè tamen condemnandum non sufficit.d versi. assertio. ibi: condemnationem verò. Nec ad capiendum.d versi.assertio.ibi: est etiam tale.Ad inquirendum tamen sufficit. Quod controuertitur d. versic. assertio. & Soarez A. 278. Et ad excusandum accusatorem calumnia satis est.d.vers. assertio.ibi: est etiam sufficiens.

XIII. Regula, Si reus variat & mentitur, sufficit hoc ad torturam.

torturam. Quæ regula approbatur M.I.C. d.cap.16. quæst. 2.regul.2.exceptio.3. Sed est controuersa d. quæst. 21. versic. mendacium, cum versic. sequente. Vide item j.regul.17.except.2.repl.1.

XIIII. Regula, Fuga facit indicium ad torturam, præsertim si è carceribus aufugit. Quæ regula est cōtrouersa d. quæst.21.versi fuga ibi: aut verò est tale crimen. item versi. tertio autem. Viu.lib.1.fugiens.§. quærit Bart. Huius exceptio prima est: Nisi non ante, sed post formatam inquisitionem vel assumptas informationes aufugerit. tunc enim fuga non sufficit ad torturam.d.versi. fuga ibi: quæ tamen intelligenda est, Vill.F.175.in prin.& Viu.d §.quærit Bart.num. 6. Cuius replicatio est; Nisi cum fuga concurrat fama publica.d.versi.fuga.ibi: hoc tamen locum. Huius duplicatio est in capitalibus, d. versic. hoc tamen locum. Vel alia indicia.d.§. quærit, num.7. in fine. Altera exceptio est: Nisi fugiens citatus comparuerit. d. versic. fuga. ibi; scias etiam quòd. Tertia exceptio est; Nisi cum non legitimè accusaretur vel detineretur, aufugerit. d. versic. tertio. ibi; scias autem.& d.§.quærit, num.15. Quarta exceptio est; Nisi è priuatis carceribus aufugerit. d. versic. tertio. ibi; item intelligenda. Quinta exceptio est; Nisi nulla violentia facta aufugerit porta patente, d. versic. tertio. ibi; scias etiam. Sexta exceptio est: Nisi attentata saltem, non secuta fuerit fuga. d.versic.tertio.ibi; item scias. Septima exceptio est; Nisi è carceribus fugiens statim ad carceres reuertatur. d. versic. tertio. ibi; scias etiam.& d.§.quærit,num.8.& Vill.F.175.ibi; & notat etiam. Plura de regula proposita vide j.libr.proxl. cap.10.in verbo Fuga, except.2.

XV. Regula, Transactio de crimine quatenus faciat indicium ad torturam, differitur apud Vill. T. 121.cum addit. item Iul.Clar.§.fi.quæst.21.versi.pax seu transactio.Gabriel. lib.7.conclus.23.num.5.

XVI. Regula, Si reus visus sit cū gladio cruento è domo, in qua quis occisus est, exire: vtrum sufficiat hoc ad cōdemnandum, an saltem ad torturam, controuertitur apud Iul. Clar.d. quæst. 1.versic.si aliquis. Hæc de indiciis ad torturam sufficientibus; de quibus tamen plura dicentur j.libr. prox.in loco probationum.

## QVI, PRO QVIBVS, ET ADuersus quos torquendi?

XVII.

XVII. Regula, Regulariter quidem omnis torqueri potest, qui non reperitur prohibitus. Iul. Clar. §. fina. quæst. 64. versic. vbi subsint. 15. ibi: & in hoc articulo. In cuius fine additur, de seruis non esse dubium, quòd possint torqueri. Qui autem prohibiti sint, patet ex M I.C. libr. 1. cap. 16. q. 2. item ex sequentibus exceptionibus. Prima autem exceptio videtur: Nisi liber homo sit. Quæ exceptio approbatur. M.I.C. d. quæst 2. reg. .in princ. Sed controuersa est, magísq; reprobatur apud Iul. Clar. d. versic. vbi subsint. ibi: scias autem. Altera exceptio est: Nisi aliena, non ipsius torquendi causa agatur. Quæ exceptio cùm ipso iure subsistat, recipit replicationem hanc: Nisi testis vilis persona sit, & in dicendo testimonio suspectus: hic enim etiam in aliena causa potest torqueri. M I.C. d. reg. 2. except. 3. & M.I.P. d. cap. 10. de actibus iudicis, reg. vlt. Accedit Turz. opin. 134. Viu. lib. 2. testes esse non possunt ibi: est bene verum. Iul. Clar. §. fina. quæst. 25. versi. item testis varius. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi testis vilis persona aliud extra iudicium, aliud in iudicio deposuerit. Hæc replicatio præcedẽtis species specialiter approbatur d. q. 25. versi. sed pone. Tertia replicatio est: Nisi testis vilis persona, cum crimini interfuisset, dixerit se non vidisse vel cognouisse: Et hæc replicatio præcedentis species specialiter approbatur d. q. 25. versi. torquentur etiam. Harum replicationum duplicationes sunt exceptiones sequentes: Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi minor quatuordecim annis sit torquẽdus. M.I.C. d. except. 3. repl. 3. Accedit Iul. Clar. d. §. fina. quæst. 64. versi. quæro nunquid. 21. Quarta exceptio est: Nisi torquẽdus sit senex. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 1. senex. Iul. Clar. d. q. 64. versic. non etiã. 22. Declaratur d. §. senex. versi. vlt. Huius exceptionis replicatio est: Nisi non sit decrepitæ ætatis Iul. Clar. d. versi. nõ etiam. ibi: cæterùm senex. Quinta exceptio est: Nisi mulier prægnans torquenda sit. M.I.C. d. excep. 3. repl. 5. Accedit Iul. Clar. d. q. 64. versic. quæro modo. 23. Sexta exceptio est: Nisi mulier post partum intra quadraginta dies purgationis veniat torquenda. Quæ exceptio approbatur consuetudine: vt testatur Iul. Clar. d. versi. quæro modo. ibi: consuetudo. Septima exceptio est: Nisi mulier lactans veniat torquenda. Et hæc exceptio approbatur cõsuetudine, teste Iul. Clar. d. vers. quæro modo. ibi: idem etiam. Octaua exceptio est: Nisi miles vel

les vel veteranus sit torquendus. M.I.C. d.except.3. replic.8. Accedit Iul.Clar.d.quæst.64.vers.quæro etiam.18. Cuius replicatio est in milite priuato, non equite, d.vers.quæro etiã, in fine. Nona exceptio est: Nisi nobilis sit torquendus.d.q. 64.versic.vlterius quæro. Decima exceptio: Nisi viri eminentes & clarissimi, item decuriones horúmque liberi sint torquendi. Quæ exceptio approbatur M.I.C. d.except.3.replic.9. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.25.vers.scias tamen. & q.64. vers.item quæro.17.& vers.præterea quæro.vbi dicitur exceptionem propositam in decurionibus consuetudine esse mutatam. Vndecima exceptio: Nisi Doctor sit torquendus. Viu.lib.2.doctoratus,nu.1.& 2.Iul.Clar.d.q.64.vers.quæro an Doctores.16. Cuius replicatio videtur: Nisi consuetudo extet in contrariũ. Quæ tamen reprobatur d.doctoratus,num. 3 & d.vers.quæro an Doctores.ibi:& licet. Duodecima exceptio: Nisi clericus sit torquendus. Quæ exceptio: reprobatur M.I.C. d.except.3. repl.10. Accedit Vill.C. 86.Iul.Clar.§. fin.q.25.versi.sed nunquid.5. & q.64.versi.sed an clerici.24.in prin. Planè admittitur exceptio proposita, si clericus non sit infamis,nec de crimine diffamatus,neque suspectus. Viu.lib. 1.clerici non possunt.& Iul.Clar.d.vers.sed an clerici.ibi: hãc tamen conclusionem. Vill.C.87. Deinde admittitur exceptio proposita quoad sæuã torturam. Siquidem clericorum tortura non debet adeò esse sæua vt laicorum. Viu.d.versi.clerici non possunt,in fin.& Iul.Clar.d.versic.sed an clerici, in fi. Tertiò admittitur quoad laicos, à quibus clericus torquendus non est. Iul.Clar.d.versic.sed nunquid.5.ibi: intellige tamen. Cuius replicatio est: Nisi mandato Episcopi à laico torqueatur. Quæ replicatio iure reprobata approbatur consuetudine, Iul.Clar.d.q.64. versic.sed hic quæro.25. Decimatertia exceptio: Nisi præsbyter sit torquendus. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d.replic.10. Controuertitur tamen apud Iul.Clar.d.versic. sed nunquid, ibi: & licet Bar.item.d. versi.sed an cleri.ibi; & hæc quidem omnia.

## QVIBVS PRÆSENTIBVS quæstio habenda?

XVIII. Regula, Præsentibus clarissimis viris & patronis causarum quæstio habenda.M.I.C.d.c.16.q.4.reg.1. Accedit Iul.Clar.§.fi.q.45.vers.quæro etiã. vbi tamen dicitur hoc nõ seruari.item accedit d.§.fin.quæst.64. versic. quæro nunc.35.

QVAN-

## QVANDO QVÆSTIO HAbenda? item antecedentia.

XIX. Regula, De causæ cognitione torturæ premittenda, ne iniustè aliquis torqueatur, Iul. Clar. d. quæst. 64. vers. antequam.

XX. Regula, Vt prius cognoscatur, an de delicto constet, d. quæst. 74 versi. debet autem. 3. De qua re vide item s. cap. prox. reg. 13. & cap. 7. exc. 1.

XXI. Regula, Vt prius de qualitate delicti cognoscatur, d. quæst. 64. versi. præterea debet. 4.

XXII. Regula, Vt prius cognoscatur, an alio modo delictum probari possit, d. quæst. 64. versic. debet etiam. 5. cum versi. sequente. Accedunt item ea quæ habentur s. eod. cap. reg. 1. except. 6. vbi de hac regula vide plura.

XXIII. Regula, De adhibendis prius aduocatis rei, d. q. 64 vers. quæro nunc. 35. ibi: bene dicit.

XXIIII. Regula: Ante prandium est torquendus ieiunus. d. q. 64. vers. decreta. 30.

XXV. Regula: Etiam feriatis diebus torqueri potest. M. I. C. d cap. 16, quæst. 5. reg. 2. Accedit Iul. Clar. d. q. 64. vers. quæro an tortura. 34. vbi etiam distinguitur.

## QVOMODO QVÆSTIO HABENda? & de officio torquentis.

XXVI. Regula: Testibus torquendis copia indiciorum & processus dari non debet. Quæ regula approbatur simul & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 25. vers. solet dubitari.

XXVII. Regula: Quinque gradus torturæ enumerantur apud Iul. Clar. § fin. quæst. 64. vers. nunc de gradibus 31. Qui arbitrio iudicis relinquuntur: cuius arbitrij modus præscribitur d. q. 64. vers. debet igitur 33. & vers. item debet. 36. cum vers. sequente.

XXVIII. Regula, Quæstionem habiturus non debet specialiter interrogare: puta, an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quis id fecerit. M. I. C. d. cap. 16. q. 6. reg. 2. Cuius exceptio est: Nisi quis de proprio facto interrogetur. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. §. fin. q. 45 vers. debet autem. ibi: item secundum.

XXIX. Regula: Quæstionem habiturus non debet reum interrogare de iis, quibus auferretur ei sua defensio. d. vers.

d. verſ.debet autem. ibi: præterea non debet.

XXX. Regula: Si vnius criminis plures rei ſunt, à timidiore, iuniore, ſuſpectiſſimo, & à quo facilimè poſſe verum ſciri iudex crediderit, incipienda quæſtio eſt. M.I.C.d. d.quæſt.6.reg.3. Accedit Iul. Clar. §.fin. quæſt.64.verſ. quæro ſi plures 29.

## EVENTVS TORTVRÆ.

XXXI. Regula: Quęſtioni fides habenda, ſeu ei quod tortus confeſſus eſt, ſtari debet. M.I.C.d.ca.16.q.8.reg.3. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæſt.44.in fine.& q.65.in princ. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi tortus non ſatis conſtanter cõfeſſus ſit, nec in confeſſione perſeuerauerit M.I.C.d.reg. 3.except.1. Accedit Curt. opin.173 §.item quod poſſit. Viu. lib. 1.confeſſio facta ſpontè, in fine. item eodem libro 1. iudex promittens, num.8 Iul.Clar.§.fin.quæſt.21.verſ.vlterius. item q.64.verſ.cæterùm.40 & quæſt.65.in fine. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ſpontè fuerit confeſſus ſine tormentis: tunc enim quamuis in confeſſione non perſeuerauerit, tamen ei ſtatur. d q.65.verſ.ſed quæro.2.ibi:& quòd in tali. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi extra tormenta confeſſionem non expreſsè ratificauerit.d. verſ. cæterùm.40. Tertia exceptio eſt: Niſi ratificatio confeſſionis ſtatim, nõ interueniente nocte ſit facta. d.q.64.verſ.& circa. 41. Quarta exceptio eſt: Niſi ratificatio ſit facta in carcere, vel præſentibus torturæ inſtrumentis, non in iudicio. d. q. 64. verſ.debet quoque.42.in prin. Quinta exceptio videtur: Niſi ratificatio non ſit facta præſentibus teſtibus. Quæ tamen reprobatur d.verſ.debet quoque.ibi:& nota. Sexta exceptio videtur: Niſi cum qualitate adiecta, quæ excuſationẽ meretur confeſſio facta ſit. Hęc exceptio eſt controuerſa per ea quæ tradit Viu.lib. 2. homicidium deponens. Villal. C.146. Iul. Clar.§.fin.q.55.verſ.poſſet quoque. Controuertitur item & diſtinguitur exceptio propoſita apud Gabriel. lib. 7. concluſ. 19. Planè mitius punitur reus ob adiectam qualitatem. quod approbatur ſub conditione à Iul. Clar. d. q.55.verſ.fortè poſſet. Septima exceptio: Niſi non legitimis indiciis præcedentibus tortus confeſſus ſit. Vill. C.151. Viu. lib. 2. confeſſio facta. Iul. Clar. d.q.55.verſ.ſi verò confeſſio. 14. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi confeſſus expreſsè poſtea extra tormenta confeſſionem ratificauerit.

Quæ replicatio est controuersa d.vers.si verò confessio.ibi: & licet Paris. Altera replicatio videtur: Nisi post extortam confessionem legitima indicia superuenerint. Quæ tamen replicatio reprobatur d.vers.si verò confessio,in fine.& d.§. fin.q.64.vers.dixi etiam.9.ibi:& ideo etiam. Tertia replicatio est: Nisi spontè confessus sit absque tormentis. Viu. lib. 1.confessio facta sponte. Octaua exceptio:Nisi reus,impunitate sibi promissa si confiteretur, cōfessus sit. Quæ exceptio controuertitur,magis tamē approbatur apud Viu. li.1. iudex promittens. Iul.Clar. §. fin q.55.vers. allegare etiam, cum duobus sequentibus.Huius replicatio est:Nisi reus spe promissionis frustratus in confessione perseuerauerit. Viu. d.iudex promittens,num.7.& 8 in fine. Nona exceptio:Nisi senex contra leges tortus confessus sit. Viu.lib.1.senex. vers. imò retenta.Decima exceptio:Nisi non cōnstet crimen esse commissum. Gabriel.lib. 7. conclus. 17. num.2. Iul. Clar.§. fin. q. 55. versic. potest etiam. 10. De qua re vide s̃. reg. 20. & s̃.cap.7.except 1. Planè aduersus exceptionem propositam variè replicatur d. q.55.vers. quomodo autem. Vndecima exceptio: Nisi generaliter sit cōfessus,puta furta,homicidia, &c. se commisisse. Iul Clar. §.fin.q.55.vers.quomodo autem ibi:aut verò est delictum.Duodecima exceptio:Nisi vnica tantùm fuerit confessio.Quæ exceptio est controuersa apud Iul.Clarum §. fin. q.65.vers.sed quæro. 2. Hactenus exceptiones aduersus extortam confessionem enumerauimus:quarum tamen plures vide j. lib. prox.ca.de confessis. Harum autem replicatio generalis hæc videtur: Nisi confessus expressè postea suam cōfessionem ratificauerit. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Iul. Clar.§.fin. q.64.vers. sin autem reus.44. ibi: quinimò posset.

XXXII. Regula: Reo danda est dilatio ad excipiendum contra suam confessionem, & ad opponendas defensiones. d. vers.sin autem reus.& d.§. fin.quæst.65.in prin.ibi: non tamen intellige.

XXXIII. Regula:Si reus perstiterit in tortura negando crimen: indicia aduersus se producta purgauit, vt sit absoluendus. Viu. lib. 2.arbitrio iudicis.10.Iul.Clar.§.fin.q. 64. vers. veritas est. 8.ibi:& dicit Albericus. item vers. illata reo.38.Cuius exceptio prima hæc est: Nisi iudici causa cognita aliter videatur. d. arbitrio. Altera exceptio videtur: Nisi antea legitimis probationibus fuerit conuictus. Quæ

tamen

tamen exceptio reprobatur apud Iul.Clar.d.verſ.& dicit Albericus. item d. verſ.illata reo. Vſu tamen exceptio propoſita dicitur eſſe recepta,d. verſ. illata reo,in fine. & d. quæſt. 64. verſ.& in hoc.39.ibi:ſed certè.

XXXIIII. Regula: De repetenda tortura dictum ſ. reg. 1. except. 8.

XXXV. Regula: Si iudex iniuſtè aliquem vel vltra modum torqueri fecit,punitur. Vill.I.99.Iul.Clar.§.fin.q.64. verſ. antequam. 2. vbi dicitur id non eſſe in vſu, niſi morte ſecuta.Item accedit d.q.64.verſ.iudex autem.37. Huius exceptio eſt: Niſi reus apud acta confeſſus ſit, quòd legitimè fuerit tortus.d.q.64.verſ.& in hoc.39.in prin.

## *DE EVENTIS ET CONſequentibus publicorum iudiciorum.*

## CAP. XI.

HActenus publicorum iudiciorum actus, ſeu adiuncta accuſatoris,rei & iudicis officia deſcripſimus.Sequuntur nunc euentus & conſequentia publicorum iudiciorum: quorum alia ſunt reo abſoluto,alia reo damnato,alia denique reo reſtituto & pœna liberato. de quibus ſingulis ordine dicetur.



### REO ABSOLVTO EVENTVS & conſequentia.

I. Regula: Si accuſator nõ probauerit quod intendit,calumniari præſumitur:ideóq; tãquam calumniator punitur, niſi contrarium probauerit. M. I. P.lib.1,cap.11.de pœna calumn.q.1.in prin.Accedit Vill. C. 2.Iul.Clar.§.fin .q. 62.verſ. ſed nunquid. 4. ibi: pro reſolutione. & verſic.dixi ſuprà. 6. Soarez A. 31. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ex neceſſitate officij accuſauerit.d.verſ.dixi ſuprà.in fine. Altera exceptio: Niſi propter immenſum dolorem accuſauerit. d. verſ.dixi ſuprà,in fin.Tertia exceptio eſt: Niſi atrox ſit crimen: veluti hæreſis, vel læſæ maieſtatis. d. verſ.dixi ſuprà, in fine. Quarta exceptio eſt: Niſi accuſator de calumnia iurauerit.d.q.62.verſ.ſed quid ſi.7. Cui tamen videtur contradicere Soarez A. 32.

II. Regula: Si accuſator fuerit calumniatus, punitur. M.I.C.lib.1.cap.17.de calumnia accuſatorum,q.2. cauſa 1.&

M. I. P. lib. 1. cap. 11. de pœna calumniator. q. 1. in prin. Huius exceptio prima est: Nisi accusator pro se habuerit euidentia indicia, vel quid simile. Iul. Clar. d. q. 62. vers. sed pone. Altera exceptio videtur: Nisi accusator in crimen non inscripserit. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. q. 12. vers. de iure autem

III. Regula: Reo absoluto incipit iudex de accusatoris consilio inquirere: & si eum in euidenti calumnia deprehendit, pœnam ei irrogat, peculiari iudicio de calumnia non instituto. M. I. C. d. cap. 17. de calumnia accusator. q. 4. reg. 1. Ideóque potest in eadem sententia, qua reus absoluitur, accusator de calumnia damnari. d. q. 62. vers. sed quæro.

IIII. Regula: Eadem pœna calumniator puniendus est, qua reus, si fuisset conuictus. M. I. C. d. c. 17. de calumnia, q. 6. reg. 1. & M. I. P. d. cap. 11. de pœna calumniator. q. 3. reg. 1. Cuius exceptio videtur: Nisi accusator sit honestior persona quàm reus. Sed reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. q. 81. vers. sed pone. 2. Planè regula proposita per consuetudinem est sublata. Iul. Clar. d. q. 81. vers. sed quæro. 3. & d. §. fin. q. 12. vers. cæterùm hodie, in fin. Soarez A. 23.

V. Regula: Calumniator in expensas condemnatur. Iul. Clar. §. fin. q. 62. vers. sed nunquid. ibi: aut agitur de vera.

VI. Regula: Si accusator præuaricatus sit, seu cum aduersario colluserit: eo nomine punitur. M. I. C. d. cap. 17. de præuaricatorib. Cuius adfine remedium est falsi accusatio, si scilicet aduocatus ab vna parte edoctus quasi patrocinium ei præstaturus, postea alteri parti patrocinetur. Viu. lib. 2. aduocatus, num. 9.

VII. Regula: Si accusator cum reo transegerit, etiam in casibus reo permissis tanquam tergiuersator punitur Iul. Clar. §. fin quæst. 58. vers. & scias. ibi: adde quod accusator. In cuius tamen fine additur, tergiuersationis iudicium non esse in vsu.

VIII. Regula: Damnatus ob tergiuersationem fit infamis. M. I. C. d. cap. 17. de tergiuersatione, q. 6. reg. 1. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 72. vers. tergiuersator. 2.

## REO DAMNATO EVENtus & consequentia.

[D]e execu[ti]one sen[te]ntiæ.

IX. Regula: Reo damnato, sententia regulariter statim est exequenda. M. I. C. lib. 1. c. 18. q. 1. item q. 2. & M. I. P. lib. 1. c.

12. in prin. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.97.verſ.vlt. Cuius exceptio prima eſt: Niſi is damnauit, cui ius damnandi non eſt. M.I.C.d.q.1.excep.1.& M.I.P.d.cap.12.in prin.except.1.Hoc loco ſciendũ,non omnem pœnam à quouis iudice irrogandam eſſe. Nam vltimum ſupplicium iudici delegato non licet irrogare.Quod tamen controuertitur,& diſtinguitur ſ. cap.5.reg.26.exc.26.dupl 4. Ius item deportandi non cuiuis iudici competit. M.I.C.d.q.1.except.1.verſ.ius deportandi. Accedit Iul.Clar.§.fin q.67.verſ deportatio. 8.ibi:vnũ ſcias. Ius item confiſcandi cui competat,definitur M.I.C. d. except.1.verſ.de iure confiſcandi. Accedit Iul. Clar. d §. fin.q. 78. verſ.quæro nunquid.5.vbi etiam diſtinguitur.Ius mulctę dicendæ quibus competat,definitur M.I.C.d.excep.1.verſ. de iure mulctæ dicendæ. Quò pertinet Clar.§.fin.q.80.verſ. in hac autem.4.vbi dicitur, Epiſcopo ius mulctãdi clericos competere.Hæc de prima propoſitę regulæ exceptione. Altera exceptio eſt:Niſi à ſentẽtia ſit prouocatum.M.I.C.d.q.1. except. 2.& M.I.P. d. cap. 12.in prin.except.3.Accedit Viu. lib. 1. iudicis arbitrio,num. 5.& lib.2.appellatio admittitur. num.1.& 2.Soarez A.191.Huius replicatio prima hęc eſt:Niſi reus crimen vltrò ſit confeſſus .M.I.C.d.except.2.repl.1.& M.I.P.d.except.3.repl.1. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.94 in prin. item ibi: dicit etiam Angelus. Soarez A. 192. Huius duplicatio prima videtur: Niſi de aliis criminibus,quàm quæ in l.2.C.quorum appell.non recipiuntur,expreſſa ſunt,agatur. Sed reprobatur d.q.94.in prin.ibi:& quantum. Altera duplicatio eſt:Niſi confeſſus confeſſionẽ reuocauerit. Cuius triplicatio eſt:Niſi præter cõfeſſionẽ etiam teſtibus fuerit cõuictus.d.q.94.in prin.item ibi.aut eſt cõfeſſus tantùm. Tertia duplicatio eſt:Niſi ſolummodo confeſſus, non etiã teſtibus conuictus ſit. d.q.94.in prin.item ibi:Bald.autem in l.2. Contradicit d. q.94.in prin.ibi:aut eſt cõfeſſus tantùm,cum ſequentibus. Ex quibus patet, duplicationem propoſitam eſſe controuerſam. Planè eius triplicatio eſt:Niſi confeſſionem non reuocauerit. tunc enim quamuis teſtibus etiam conuictus nõ ſit appellatio ei denegatur.Soarez A.192. Hæc de prima replicatione:de qua plura dicẽtur ĩ.lib. prox.c.16. reg.1.except.21. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi conſuetudo vel ſtatutum in criminalibus appellationem prohibeat.Quę replicatio eſt controuerſa d.q.94.verſ. cæterùm in hoc.3. Tertia replicatio eſt:Niſi crimen ſit læſæ

maiestatis. Quæ tamen reprobatur Soarez A. 191. Viu. lib. 2. appellatio admittitur, num. 2. Quarta replicatio est: Nisi crimen sit notorium. M. I. P. d. cap. 12. in prin. except. 3. repl. 2. Cuius duplicatio est, quòd à declaratione notorij appellari possit. Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 3. nu. 60. Quinta replicatio est: Nisi fiscus vel promotor criminis in causa criminali appellauerit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 7. conclus. 14. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi sententia nulla dicatur. Iul. Clar. §. fin. q. 94. vers. potest etiam, cum vers. sequente. Quarta exceptio est: Nisi ob contumaciam damnatus ad causæ defensionem admitti petat. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d. q. 94. vers. est etiam 12. Quinta exceptio est: Nisi alius damnatum obligatum sibi ad reddendas rationes esse dixerit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. q. 97. in prin. Admittitur in domino, seruo damnato. M. I. C. d. cap. 18. q. 2. except. 3. Sexta exceptio est: Nisi accusatio quam damnatus aduersus aliũ instituit, nondum sit ad finem perducta d. q. 97. vers. est etiam 2. Septima exceptio est: Nisi damnatus spacium petat peccata sua confitendi. d. q. 97 vers. sed pone. 4. in fine. Octaua exceptio est: Nisi damnatus pœnitentiam agere nolit. d. vers. sed pone. 4. in prin. Nona exceptio est: Nisi damnatus ad Ecclesiam confugiat. d. §. fin. q. 30. vers. scias autem. item q. 98. in princ. Decima exceptio videtur: Nisi damnatus sumpserit sacramentum Eucharistiæ. Sed reprobatur d. q. 98. vers. sed quæro. 3. Planè hoc casu executio in aliũ diem est differenda. Iul. Cla. d. §. fin. q. 99. vers. sed quæro. 3. ibi: sciendum est. Vndecima exceptio est: Nisi damnatus dixerit se ante crimen commissum fecisse votũ ingrediendi religionem. Quæ exceptio est controuersa d. q. 98. vers. sed quid si. 4. Duodecima exceptio: Nisi post sententiã appareat de innocentia damnati. d. q. 98. vers. sed nunquid. 8. Decimatertia exceptio: Nisi mulcta indicta ex facultatibus damnati redigi non possit. M. I C. d. q. 1 except. 9. Accedunt ea quæ habentur s. cap. 8. q. 4. reg. 9. Decimaquarta exceptio: Nisi damnatus arrepta fuga sacerdotem portantem Eucharistiã per ciuitatem arripiat, Viu. lib. 1. condemnatus, nu. 1. Iul. Clar. §. fin. q. 30. vers. vlt. quæro. & q. 98. vers. sed pone. 2. Decimaquinta exceptio: Nisi Cardinalis præteriens pileum suum damnato imponat. Viu. d. condemnatus, num. 2. & Iul. Clar. d. q. 98. vers. vlterius quæro. 5.

Decima-

Decimasexta exceptio: Nisi damnatus meretricem hoc petentem in vxorem ducere vellet. d. condemnatus, num.3. & d.q.98.vers.quæro etiam. 6. Decimaseptima exceptio: Nisi damnatus suspensus laqueo fracto decidat. d. condemnatus, num.4.& d.q.98.vers.vltimo. Decimaoctaua exceptio: Nisi is accusauerit, qui iure accusare non potuit. M.I.P.lib.1.cap. 6.q.4.in princ. Cuius replicatio est: Nisi exceptio aduersus personam accusatoris non fuerit opposita. Iul. Clar. §. fin.q. 15. vers. sed pone. Decimanona exceptio: Nisi sententia capitalis ex præsumptionibus tantùm vel indiciis, quamuis indubitatis, sit lata. Viu.lib.2. condemnatio. §. iudex, num. 3. Vicesima exceptio: Nisi Princeps rescripsit aliquem esse damnandum vel puniendum. tunc enim executio per triginta dies est differenda. M.I. C.d.cap.18.q.2.except.1.& M. I. P. lib.1.cap.12.de execu. sententiæ, q.1.excep.4 Accedit Iul. Clar. §. fin.q 97. vers.item est differenda. 3. Vigesimaprima exceptio: Nisi mulier damnata prægnans sit. tunc enim executio est differenda. M.I.G. d.quæst.2.except.4. Accedit Iul. Clar. d. q. 97. vers. differtur etiam. Vicesimasecunda exceptio: Nisi dies sit feriatus: tunc enim executio in alium diem est differenda. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d.q.97. vers. quæro etiam. 6. Vicesimatertia exceptio: Nisi decem dies ad appellandum præstituti nondum sint elapsi. Iul. Clar. §. fin. q. 96. in prin. vbi additur, consuetudine hanc exceptionem reprobari. Sed & reprobatur apud Viu. lib. 2. attentata, num.4. cum sequente. Planè eius replicatio prima est: Nisi reus confessus atque conuictus sit. d. quæst. 96 vers. & hæc quidem. 2. Altera replicatio est: Nisi de iure vel consuetudine appellari non possit. d. versic. & hæc quidem. ibi: ego verò. Vicesimaquarta exceptio: Nisi alia causa iudicem mouerit ad differendam executionem. Villal. T.18. Hæc de nona regula.

X. Regula, Si pœna certa in sententia non est expressa: legis pœna est irroganda. M. I. C. d. cap. 18. q.3. Idem dicendum, & si certa pœna in sententia sit expressa, adiecta tamen hac clausula. Salua pœna legis, ad quam iudex sententiam velit reduci. Iul. Clar. §. fin. q. 93. vers. sed pone. 5.

XI. Regula: Si cui capitalis pœna sit imposita: in dubio de auxilij pœna intelligitur. de quo vide s. cap. 8. q. 2. reg. 3.

XII. Regula, Si cui amputatio manus sit imposita: intelligitur de debiliori manu. d. §. fin. quæstio. 69. vers. pone

quòd 4. & Vill. C. 123.

XIII. Regula: Si amputatio manus imposita sit ei qui vnam tantùm manum habet: in aliam pœnam sententia mutanda. Quæ regula controuertitur d.q.69.vers. sed quid si.

XIIII. Regula, Si in pecuniariam pœnam reus sit damnatus: non est audiendus malens sustinere pœnam corporalem. Iul. Clar. §. fin. q. 95. vers. quæro etiam 7. Si tamen soluendo non sit, corporaliter debet puniri, per ea quæ dicta sunt 3. cap 8. quæst. 4 reg. 9.

XV. Regula, Si ad plures pœnas reus sit damnatus: quæ ex iis sit exequenda, definitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 99. vers. vlt.

XVI Regula, Executio in loco consueto facienda est. d. q. 99. vers item quæro. 6. in prin. Cuius exceptio prima est in famosis latronibus, qui eo loco sunt puniendi, in quo crimen commiserunt M. I. C. d. cap. 18. q. 4. Accedit d. ver. item quæro. 6. ibi: præterquam in famosis. Altera exceptio est in furibus. Quæ tamen exceptio est controuersa, quamuis consuetudine approbata, d. vers. item quæro. ibi: aliqui tamen.

XVII. Regula, Sententia in vno territorio lata, in alio sine causæ cognitione non est executioni mandanda. Iul. Clar. §. fin. q. 54. vers. vlt.

XVIII. Regula, Pecuniaria pœna quomodo exequenda sit, differitur à Iul. Clar. §. fin. quæst. 95. in prin.

XIX. Regula, De executione damnato insinuanda, eóque per ministros verbi consolando, differitur d. §. fin. quæst. 99. in princ.

XX. Regula, Deficiente carnifice, per quem executio sit facienda, differitur d. q. 99. vers. sed pone. 4. Soarez C. 25.

XXI. Regula, Expensis fisci executio facienda. Quæ regula approbatur & distinguitur d. q. 99. vers. quæro. hic 5.

XXII Regula, De pœna eius qui executionem impedit eximendo de manibus iustitiæ reum, differitur d. §. fin. q 68. vers. eximens 10.

XXIII. Regula, De cadaueribus punitorum sepeliendis cauetur M. I. C d. cap. 18. quæst. 6. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi non fuerit petitum, nec impetratum. d. reg. 1. except 3. Accedit Iul: Clar. §. fin. quæst. 100. num. 1. vbi additur, aliud iure pontificio obseruari.

XXIIII. Regula: De cadaueribus punitorũ medicis ad faciendã anatomiã concedendis differitur. d. quæst. 100. vers.

verſ.quæro nunquid 2.Soarez A.178.

XXV. Regula: De veſtibus damnatorum,cuius ſint,cacauetur M.I.C. lib.1.cap.19.q.3. reg. 7. de eadem re diſſeritur d.q.100. verſ. vlt. vbi additur exceptio hæc: Niſi aliud conſuetudine ſit receptum. Hæc de executione ſententiæ.

XXVI. Regula, Reo damnato, bona eius iure antiquo publicabantur. M.I.C. d.cap.19.quæſt.1.in prin. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.78.in prin. Idem erat etſi ante ſententiam reus mortem ſibi conſciuiſſet. M.I.C. d.q.1.except.7.repl.7.Accedit Viu. lib.2.occidens, num.1.& 2. vbi tamen controuertitur. Planè hoc poſteriore caſu exceptio prima hæc eſt: Niſi non ob ſceleris conſcientiam,ſed ob aliam cauſam mortem ſibi conſciuerit.M.I.C. d.replic.7.duplic.1. Accedit Iul.Clar. §.fin.q.68.verſ.ſeipſum occidere.37.ibi:ſed hæc omnia. Altetera exceptio eſt: Niſi is qui mortem ſibi conſciuit, nondum fuerat accuſatus. M.I.C. d.repl.7.dupl.2. Accedit Viu. d.occidens, num.5. Cuius replicatio prima eſt: Niſi in ipſo ſcelere fuerat deprehenſus. M.I.C. d.dupl.2.triplic.1. Accedit d.occidens, num.6. Altera replicatio eſt: Niſi fiſcus probet ob ſceleris conſcientiam illum ſibi mortem conſciuiſſe. d occidens,num.5.Hæc de ſecunda exceptione. Tertia propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi eius criminis reus factus ſit,qui mortem ſibi conſciuit, ob quod conuictus bonis tamen careret. M.I.C. d.repl.7.duplic.3.Cui accedere videtur Viu.d.occidens,nu.2.Quarta exceptio eſt: Niſi hæres paratus ſit defunctum defendere.M.I.C.d.repl.7.dupl.4.Quo caſu hæredi videtur incumbere probatio innocentiæ, non fiſco criminis probatio. Sed apud Viu.d.occidens,num.6.hoc controuertitur, magis tamen reprobatur. Quinta exceptio eſt: Niſi ſententia dę bonis publicandis non ſit ſecuta.d.occidens,num.3.

XXVII. Regula, Bonis publicatis, inuentarium bonorum conficiendum. M.I.C.d.cap.19.q.2.reg.2. Accedit Soarez A.34.

XXVIII. Regula,Publicatis, bonis regulariter quidem omnia bona fiſco debentur. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt.Niſi damnatus liberos habeat: his enim reſeruatur dimidia pars bonorum. M.I.C. d.cap.19.q.1.except.4. Accedit Iul. Clar.§.fin. q.78.verſ. videndum eſt. 26. vbi tamen addit hoc in practica hodie non ſeruari. Altera exceptio eſt: Niſi talia ſint bona, quæ ad extraneos hæredes non ſo-

lent transire: hæc enim nec ad fiscum transeunt. Iul. Clar. §. fin. q. 78. vers. nunc videamus 7. in prin. Tertia exceptio est in bonis feudalibus, quæ exceptio species superioris proximæ specialiter approbatur d. vers. nunc videamus. ibi: hinc infertur. De qua re vide tractatum meum feudalem cap. 4. q. 2. reg. 6. Quarta exceptio est in bonis emphyteuticis, d. vers. nunc videamus, in fine. Idem Iul. Cla. in §. emphyteusis, q. 29. vbi etiam replicatur. Accedit item Turz. opin. 147. nu. 1. Vide item J. in iure emphyteutico, Quibus competat? Quinta exceptio est in iure patronatus. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 78. vers. quæro modo 8. Viu. lib. 2. confiscatis omnibus. Sexta exceptio est in iure & actionibus. Quæ exceptio controuertitur d. quæst. 78. vers. successiuè quæro. 9. Septima exceptio est in iure conditionali & legato alimentorum. Quæ exceptio species præcedentis specialiter reprobatur ac distinguitur d. q. 78. vers. item in fiscum. Octaua exceptio est in delata hæreditate. Quæ exceptio specialiter controuertitur d. q. 78. vers. sæpe cōtingit. 25. Soarez A. 72. Nona exceptio est in bonis alienari prohibitis. Quæ exceptio est controuersa d. q. 78. vers. item quæro. 10. Gabriel. lib. 7. conclus. 24. Soarez A. 161. Decima exceptio est in bonis ex causa fideicommissi restituendis. Quæ approbatur & distinguitur d. vers. item quæro. 10. & Turz. opin. 147. num. 2. Vndecima exceptio est in bonis profecticiis, filiifamiliâs bonis publicatis d. q. 78. vers. præterea quæro. 11. Duodecima exceptio est in bonis aduenticiis, filiifamiliâs bonis publicatis. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d. quæst. 78. vers. sed quid in aduenticiis 12. & vers. quæro etiam 13. in fine. Decimatertia exceptio est in peculio castrensi d. vers. quæro etiam 13. Decimaquarta exceptio est in peculio profecticio filij, patris bonis publicatis d. q. 78. vers. quæro nunc 14. vbi etiam replicatur. Decimaquinta exceptio est in dote, mulieris bonis publicatis. Quæ approbatur sub conditione d. q. 78. vers. quæro si bona 15. in prin. Decimasexta exceptio est in dote & aliis bonis vxoris, mariti bonis publicatis. M. I. C. d. cap. 19. quæst. 3. reg. 3. & M. I. P. lib. 1. cap. 12. de publicatio. bonor. reg. vnica. Accedit Iul. Clar. d. vers. quæro si bona. ibi: publicatis autem. Decimaseptima exceptio est in arra sponsaliorum, mariti bonis publicatis. Villal. A. 142. in addit in fine. Decimaoctaua exceptio est in bonis ante publicatione aliena

alienatis. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d.quęst. 78.versi.solet etiam 16.cum sequentibus, vsque ad versi.item in fiscum.13. Decimanona exceptio est in bonis alienatis ac præscriptis. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Soarez A.162. Vicesima exceptio est in bonis post confiscationem adquisitis. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d.quæst.78.versi. vlterius quæro.24. Vicesimaprima exceptio est in bonis extra territorium confiscantis sitis. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d.quæst.78.versic. sed hic quęro.27.Soarez B.7.

XXIX. Regula: Bonis publicatis, actiones creditorum damnati aduersus fiscum competunt. M.I.C. d.cap.19.quęst. 4.reg.1.& lib.24.c.19.quæst.1.reg.2. Accedit Viu. lib.2. fiscus, in prin.Iul.Clar.§.fin.q.78.versic.sed an tenetur.29.in princ. Huius exceptio prima est: Nisi culpa hæredis bona ad fiscũ sint delata. Quæ exceptio controuertitur, & magis reprobatur d. versic. fiscus ibi: & hoc certè. Altera exceptio est. Nisi bona extra territorium confiscantis sita, eius territorij domino applicentur: pro ea enim parte actiones ad aliũ transferuntur.Iul.Clar.d.quęst.78.versi.sed quero.28. Tertia exceptio videtur: Nisi ex causa legati vel fideicommissi creditores sint.Quæ tamen reprobatur d.quæst.78.versi.sed an tenetur.29.in prin. Admitti tamen exceptio hęc videtur, si fiscus bona tanquam vacantia capiat, vel ex successorio edicto, aliis successoribus deficientibus. Quæ tamen distinctio controuertitur d.versic. sed an tenetur. ibi: sed quando capit, cum sequentibus.

## DE IVRE NOVO.

XXX. Regula, Iure nouo publicatio bonorum damnati est sublata. M.I.C. d.cap.19.in fine. Accedit Viu.lib.2.confiscari,num.3.Iul.Clar.§.fin.quęst.78. in princ.ibi: deinde superuenit.item versic.sed pone.2. Huius iuris noui exceptio prima videtur: Nisi ad mortem naturalem quis sit damnatus. Quę exceptio est controuersa, communiter tamen approbatur, vt testatur Viu.lib.2. publicantur. Altera exceptio est: Nisi alicui crimini nominatim lege antiqua publicatio bonorum fuerit imposita.Iul. Clar.d. quęst.78. in princ. ibi: scias etiam.Declaratur d.quęst.78.in prin. Item dicitur consuetudine exceptio hęc mutata, ibid.in verbo. Sed certè quidquid. Tertia exceptio est: Nisi damnatus neque liberos,

ros,neque parentes, neque vxorem habeat: nam & hoc casu durat ius antiquum.M.I.C. d.cap.19.in fine, except.1. Cuius replicatio est: Nisi collaterales habeat. Quæ tamen replicatio est controuersa d.quæst. 78. in princ.ibi: & aduerte. Quarta exceptio est: Nisi ob maiestatis crimen sit damnatus. M.I.C.d.cap.19.in fine,except.2.item lib.eodem.cap.22. quæst.6.reg.1. Accedit d.q.78. versi.multa autem.3. in princ. item Soarez B.40.Viu.lib.2 confiscari,nu.1.Itē Iul.Clar.in §. læsæ maiestatis, num. 9. Huius replicatio prima est: Nisi sententia non sit lata de crimine læsæ maiestatis. Viu.d.confiscari,num.2.Iul.Clar.d.num.9. Altera replicatio est: Nisi aduersus inferiorem principem crimen sit commissum.Iul. Clar.d.num.9. in fine. vbi additur, hanc replicationem consuetudine reprobari. Quinta exceptio est: Nisi ob contractum matrimonialem in gradu prohibito à sciente factum quis sit damnatus. Hæc exceptio species est superioris secundæ exceptionis, ac specialiter approbatur apud Viu.lib. 2.confiscari,num.4.Iul.Clar.in §.incestus.vers. & scias.Sexta exceptio est:Nisi ob crimen falsæ monetæ fuerit damnatus. Iul.Clar.§.fin quæst.78versic. multa autem.3. ibi: item falsæ monetæ. Septima exceptio est: Nisi apostata vel hæreticus sit damnatus. Quæ exceptio approbatur & declaratur d.q. 78.in princ.ibi: sed certè quicquid.versic. apostata.4.Soar.B. 40. Octaua exceptio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. Soar.B.40.Iul.Clar.d.quæst. 78. in princ. ibi: sed certè quidquid.Plures exceptiones remissiuè vide d.versi.multa autem 3.in fine. Planè istarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi sententia non interuenerit. Cuius duplicationes vide remissiuè apud Viu.lib.2.confiscari, num.5.Hæc de publicatione bonorum.

XXXI. Regula, Iudicia publica comitatur etiam infamia: quæ duplex est, iuris & facti. De qua re vide s.cap.6. reg.7.except.9. Ex quibus autem causis irrogetur infamia, vide remissiuè apud Iul.Clar.§.fin.quæst.72.in princ. Regulariter autem ob crimen damnatus fit infamis. M.I.C. lib.1. cap.20.quæst.1.in princ. Accedit Iul.Clar.d. quæst.72. versic. damnatus.3. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi per inquisitionem fuerit processum. Quæ exceptio est controuersa d.versi.damnatus.3. ibi: sed quid si. Viuius libr.1. infamia. ibi: quæ vult. Altera exceptio est: Nisi ob contumaciam fuerit damnatus. Hæc exceptio controuetitur,magis tamen

appro-

approbatur apud Viu.lib.1.infamia iuris.ibi: hoc verò interpretatur, cum sequentibus. item Iul.Clar.§.fin.quæst.71.vers. quæro nunc.5. item d. versic.damnatus. ibi: & hoc quidem. Tertia exceptio est: Nisi non seruatis seruandis fuerit damnatus.d.versic.& hoc quidem. Quarta exceptio est: Nisi ob crimen priuatum fuerit damnatus ciuiliter. M.I.C. d.quęst. 1.causa 2. Accedit Iul.Clar.libr.5.sent.§.1.vers.priuata.5.ibi:& scias. Cui quodammodo videtur repugnare Vill.D.1. Nisi id de publico crimine ciuiliter intentato intelligatur. Quinta exceptio est: Nisi ob culpam, non ob dolum fuerit damnatus. Iul.Clar.§.fina.quæst.84. in princ.ibi: quæ autem dicta. Sexta exceptio est: Nisi non damnatus, sed absolutus sit: huic enim non nocet quòd publico iudicio reus fuerit. Cuius replicatio est: Nisi homicidij reus ob id absolutus fuerit, quòd bannitum occiderit: hic enim nihilominus efficitur infamis. Viu.lib.1. statum disponens quòd bannitus possit, num.4.& 5. Septima exceptio est: Nisi probatum saltem crimen fuerit, non autem sententia secuta. Viu. libr.1.infamia iuris. ibi: & quamuis probetur.

XXXII. Regula, Vidua intra annum luctus nuptias iterans, iure ciuili fit infamis. M. I. C. d. quæst. 1. causa 13. & lib.4.cap.5.quæst.2.reg.1. Quæ tamen infamiæ causa iure canonico est mutata. M.I.P.lib.1.cap.12.de infamia damnati, in prin. Quam mutationem etiam approbatur & distinguit Gabriel.lib.3.de secundis nuptiis, conclus.5.

XXXIII. Regula, Si quis duas vxores simul habuerit, vel vxorem & concubinam, vel duas concubinas simul, infamis efficitur. M.I.C.d.quæstio.1. causa 15. Accedit Iul.Clar. in §.fornicatio.versi.idem de iure tenens.9.

XXXIIII. Regula, Si quis fœnus exerceat, infamis efficitur. M.I.C. d.quæst.1. causa 22. Acccedit Viu.lib.1.vsurarius.vers.vlt.Iul. Clar.in §.vsura. versi.punitur etiam.16.in princ. Cuius exceptio est: Nisi legitimas vsuras exerceat. Quæ exceptio est controuersa, communiter tamen reprobatur d.versic.punitur. ibi: adde.

XXXV. Regula, Periurium committens infamis efficitur. Quæ regula est controuersa apud Turz.opin.1.180.num. 2.& Iul.Clar.in §.periurium, num.3. Admittitur tamen regula hæc in casu l.si quis maior.C. de transactio. Turz. d.opin. 1.& Iul.Clar.d.num.3. in prin. Distinguitur regula proposita per glossam in l.Lucius.21 .ff. de his qui notantur infamia.

Quæ

Quæ distinctio glossæ communiter approbatur, vt refert Fichard.in addit.ad Vill.G.in fine. Hæc de infamia.

DE POENÆ REMISSIONE.

XXXVI. Regula, Ex quibus causis pœna remittenda sit, ac damnatus restituendus, definitur M.I.C. libr.1.cap.21. quæst.1.& M.I.P.libr.1.cap.23.quæst.2. Quarum exceptio.generalis videtur: Nisi reus iudice postulante nolit crimen fateri. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Gabriel.libr.7.conclus.23.num.17.

XXXVII. Regula, Solus Imperator pœnæ remittendæ seu indulgendæ ius habet. M.I.C. d. cap.21. quæst.2. Accedunt ea quæ habentur s̃.cap.7.except.32.

XXXVIII. Regula, Quæ indulgentia generali contineantur, vide d.except.32.replic.1.cum sequentibus.

XXXIX. Regula, Restitutione damnato indulta, non restituitur in bona publicata, nisi specialiter hoc fuerit impetratum. M.I.C.d.c.21.quæst.3.reg.2. Contradicit huic Fichard.in addit.ad Vill.R.52.in fine. Viu.lib.1.princeps.§.bannitus. item Iul.Clar.§.fin. quæst.59. versic.quæro nunquid.5. In quibus locis dicitur, indulgentia restitutum etiam bona recuperare sine speciali impetratione. Cuius exceptio prima est in bonis alienatis & amissis, quæ penes fiscum amplius non sunt. Hæc enim restitutus non recuperat. Fichard. in d.addit. Idem Fichard. in addit.2.ad Vill.P.291. & Viu.d.§. bannitus. item Iul.Clar.in d.q.59. vers. item quæro.6. Huius exceptionis replicatio est: Nisi princeps plenissimè voluerit restitui damnatum: hoc enim casu recuperat etiam bona alienata. Quæ tamen replicatio est controuersa per ea quæ tradit Viu.d.§.bannitus.ibi: amplianturprædicta.& Iul. Clar.d. versi.item quæro. ibi: potest tamen princeps. Altera exceptio est in fructibus à fisco: vel ab alio medio tempore perceptis: hos enim restitutus non recuperat. Viu.d.§. bannitus.ibi: & licet iste.& Iul.Clar.d.q.59.versic. quæro etiam. 7. Tertia exceptio est in hæreditate damnato quidem delata, sed propter pœnam ad alium interim deuoluta: hanc enim restitutus non recuperat, ratione primæ exceptionis. Iul.Clar.d.quæst.59.versi.sed quæro.8.

XL. Regula, Infamia per restitutionem non tollitur. M.I.C.d.quæst.3.reg.8 Cuius exceptio est: Nisi specialiter ad famam quoque sit restitutus. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Turz. opin.18.

## DE ABSOLVTIONE.

Pœnæ remissionis species & absolutio, de qua in M.I.P. lib.1.cap 13.tractatur. Ideóque opiniones de ea hîc subiiciã.

XLI. Regula, Qui clericum percussit, & ob id excommunicatus est, non nisi à Papa potest absolui. M.I.P. d.ca.13. quęst.2.reg.1.except.7. Accedit Iul.Clar.§.fin.q.77.versi.percutiens.2. Huius exceptio prima est: Nisi cohabitantes clerici alter alterum percusserit. M.I.P. d.except.7.repl.1.Accedit Iul.Clar.d.quæst.77.versic.scias tamen.14.ibi:reperio autem. Secunda exceptio est: Nisi mulier clericum percusserit. M.I.P.d except.7.repl.6. Accedit Vill.E.95. Tertia exceptio est: Nisi leuiter clericum percussit. M.I.P. d.exceptio.7. repl.17. Accedit Iul.Clar.d.versi. scias tamen, in princ. Quarta exceptio est: Nisi à legato de latere fuerit absolutus. M.I. P.d.except.7.repl.21. Accedit Vill.L.7.

XLII. Regula, Ob incendium excommunicatus non nisi à Papa potest absolui. M.I.P. d.regu.1. except.10. Accedit Iul.Clar.d.q.77.versi.incendiarij.19. Cuius exceptio est: Nisi incendium nondum fuerit denunciatum: tunc enim ab Episcopo loci potest absolui.d.versi.incendiarij.

XLIII. Regula, Excommunicatus ob id quòd Ecclesiam effregit & expoliauit, non nisi à Papa potest absolui. M.I.P. d.reg.1.except.11. Accedit Iul.Clar. d.quæst.77. versi. effractores. 20

XLIIII. Regula, Excommunicatus absolui non debet, nisi citato prius aduersario. Cuius exceptio est: Nisi motu proprio fuerit excommunicatus. Gabriel.lib.6.de clausulis, conclus.2.num.98.

XLV. Regula, Qui absoluitur ab excommunicatione, iuramentum pręstare debet de parendo Ecclesiæ præceptis, & de non committendo tale quid in posterum: aliâs non valet absolutio. M.I.P.d.cap.13.q.5.reg.1. Controuertitur & distinguitur apud Viu.libr.1. absolutio. Huius exceptio prima est: Nisi ab iniusta exceptione quis sit absoluendus.d.absolutio.ibi: sed hoc iudicio.

## DE INQVISITIONE. CAP. XII.

HActenus de publicis iudiciis in genere dictum est: quorum adfine remedium est Inquisitio, vt s.cap.6.reg.25. osten

ostensum. Antequam igitur ad specialem publicorum tractatum perueniamus, de inquisitione agendum erit.

I. Regula: Definitur inquisitio apud Iul. Clar. §. fin. q. 3. versi. & aduerte, scilicet, Inquirere non esse transmittere inquisitionem, sed esse recipere testes, seu informationes contra aliquem.

II. Regula: inquisitio non est actio, sed officium iudicis Iul. Clar. §. fin. quæst. 12. versi. de inquisitione. 4.

III. Regula, Remedium inquisitionis tam ciuili quàm canonico iure est extraordinarium. Vill. l. 49. cum addit. & Iul. Clar. d. quæst. 3. versic. debes autem. 3. Nisi in quibusdam casib. d. §. fin. quæst. 5. versic. scias etiam. 3. in prin. Consuetudine verò cœpit esse remedium ordinarium. d. q. 3. vers. sed certè. 6. & q. 5. vers. quæro in quibus. 2.

IIII. Regula: Inquisitio succedit loco accusationis. Viu. lib. 1. index domicilij, num. 7. ibi: quia secundum.

## EX QVIBVS CAVSIS inquirendum?

V. Regula: Si de crimine alicuius fuerit denunciatum, de eo inquirendum est M. I. P. lib. 1. cap. 14. de inquisition. quæst. 2. in prin. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 5. in prin & q. 7. in prin. item vers. quæro nunc. ibi: & hoc sufficit. Denunciatio autem in prælatis est de præcepto. Villal. D. 58. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi is denunciauit, qui accusare non potest. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. § fin. q. 7. vers. quæro igitur. Altera exceptio videtur: Nisi denuncians non fuerit ad hæc deputatus. Quæ exceptio reprobatur d. quæst. 7. vers. dixi suprà. Tertia exceptio est: Nisi monachus denunciauerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d. q. 7. vers. item quæro. 8. Quarta exceptio est: Nisi laicus clericum detulerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d. q. 7. vers. quæro etiam. Quinta exceptio est: Nisi infamis vel criminosus denunciauerit. M. I. P. d. quæst. 2. except. 1. Cuius replicatio est: Nisi denunciantis intersit. Vill. D. 60. cum addit. Sexta exceptio est: Nisi trina monitio non præcessit denunciationem. M. I. P. d. quæst. 2. except. 3. Quæ exceptio recipit replicationem in denunciatione Euangelica. Vill. D. 59. Septima exceptio: Nisi denuncians in crimen non inscripserit. M. I. P. d. q. 2. except. 4. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 7. vers.

verſ.vlterius quæro. Octaua exceptio:Niſi denuncians crimen in ſcriptis nõ proponat, nec perſonam,locum,tempus, &c.deſignet.d.verſ.vlterius.ibi:ſed Angelus.Nona exceptio: Niſi denuncians ſit ſocius criminis. Viu. libro 1. teſtis. §. in teſtem,in prin.item verſ.& quemadmodum. Decima exceptio : Niſi fama delati ſit integra. M.I.P. d.quæſt.2.except.6. Accedit Vill. I. 50. Iul. Clar.§.fin.quæſt.5.verſ ſcias etiam.3. ibi:ſed ſcias quòd in quocunque.item q.31 verſ.fama publica. Huius exceptionis replicatio prima eſt : Niſi exceptio hæc initio inquiſitionis non fuerit oppoſita. M.I.P.d.exc.6. replic. 1. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.6.verſ.vlterius ſcias. 9. in prin. vſque ad verba.Et aduerte. Altera replicatio eſt : Niſi iuxta ſtatutum poſſit procedi, nõ ſeruato iuris ordine. Vill. I.51.Tertia replicatio videtur:Niſi iudex ordinarius inquirat. Sed controuertitur, magis tamen reprobatur apud Iul. Clar. d. q. 6. verſ. ſed retenta.2. Quarta replicatio videtur: Niſi ex mero officio iudex inquirat. Sed & hæc controuertitur,magíſq; reprobatur d. q.6.verſ.idem etiam.3. Quinta replicatio eſt : Niſi inquiſitio fiat ad inueniendum crimen, vel ad aſſumendas informationes ſuper fama. d. quæſt. 6. verſ.ſcias etiam.4. Huius duplicatio eſt:Niſi nõ generaliter fiat inquiſitio, ſed ſpecialiter de certa perſona. d. verſ. ſcias etiam,in fine. Sexta replicatio eſt : Niſi contra officiales inquiratur in ſyndicatu. d. quæſt.6.verſ.cæterùm. 6. Septima replicatio eſt:Niſi in crimen hæreſis inquiſitio fiat.d.quæſt. 6.verſ.item ſcias.7. Octaua replicatio eſt : Niſi ex mandato vel cõſcientia principis inquiratur.d.q.6.verſ prçterea ſcias. 8. Cuius duplicatio prima eſt: Niſi non motu proprio, ſed ad petitionem partis princeps mandauerit.d.verſ.prætérea ſcias.ibi:aduerte tamen.Altera duplicatio eſt:Niſi Princeps verbis narratiuis, non aſſertiuis ſit vſus in mandato. d. verſ. præterea. ibi : ibi item intellige. Nona replicatio eſt : Niſi querela vel denunciatio ſit facta.d. q.6.verſ.vlterius ſcias. 9. ibi:& aduerte. Hæc de decima except. Vndecima exceptio: Niſi fama non peruenerit ad iudicẽ inquirentem,vel non ſæpius.Iul.Clar.d.q 6.verſ.quæro nunc.20.cum verſ.ſequente. Duodecima exceptio:Niſi diffamatio delati non ſit ſcandaloſa vel periculoſa.Hçc exceptio approbatur in prælato delato,& reprobatur in ſubdito,d.q.6.verſ.item quæro.21. ibi: hæc tamen omnia. Decimatertia exceptio:Niſi de crimine non conſtet.Vide s̃.cap.7.except.1.Decimaquarta exceptio:

Nisi offensus non habeat actionem, puta bannitus. Hæc exceptio est controuersa apud Iul. Clar. § fin. q. 50. vers. vlt. Decimaquinta exceptio: Nisi alius eiusdem criminis nomine actionem velit instituere. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. § fin. q. 3. vers. ex hac autem. 4. vsque ad quæst. 4. Decimasexta exceptio: Nisi viginti anni à commisso crimine excesserint. Vill. A. 34. Viu. lib. 1. accusatio falsi. ibi: idémque videmus. Hæc de quinta regula.

VI. Regula: Si accusator ab accusatione destitit, iudex potest ex officio inquirere M.I.P.d.q.2. in prin. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 51. vers. sed quid si. Cuius exceptio est: Nisi talis sit conditio criminis, in quo ab initio iudex inquirere non potuit. d. vers. sed quid si, in fine. Cuius species vide s. reg. prox. except. 1. cum sequentibus.

VII. Regula, Correctus in casibus, in quibus nō potest interrogari de aliis, facit vt iudex possit inquirere. Vil. C. 203.

VIII. Regula, Si ex generali inquisitione, quam iudex de crimine fecit, author criminis constet, potest etiam specialiter contra eum inquirere & procedere sine querela vel denunciatione vlteriori. Iul. Clar. §. fin. q. 5 vers. poterit igitur. & quæst 6. in prin. ibi: sed certè. item vers. sed retenta. 2. ibi: & ideo, item vers. sed quoniam. 11.

IX. Regula, Si aliquis de crimine fuerit diffamatus: potest iudex aduersus eum inquirere, etiam nemine denunciante. d. quæst. 6. vers. 1.

X. Regula, Si reus in flagranti crimine sit repertus: potest aduersus eum procedi, etiam nemine denunciante. Iul. Clar. § fin. quæst. 8. in prin.

XI. Regula, Si iudex viderit crimen committi: potest ex officio inquirere. d. q. 8. vers. sed pone. ibi: bene ex eo.

XII. Regula, Si crimen sit notorium: iudex potest inquirere. Iul. Clar. d. §. fin. q. 9. in prin.

XIII. Regula, Si offensus querelam proposuit: iudex potest inquirere d. §. fin. q. 10. in prin. Differentia autem querelæ & accusationis habetur d. q. 10. vers. scias autem.

XIIII. Regula, Si cum ciuiliter actū esset, crimē fuerit probatum: potest iudex inquirere. Iul. Clar. §. fin. q. 19. vers. vnum tamen. & vers. per exceptionem. ibi: bene verum est.

XV. Regula: Si quis incidenter crimen confessus sit: potest iudex inquirere. d. quæst. 19. vers. vltimo. Hæc de casibus, ex quibus inquirendum.

## EX QVIBVS INQVIrendum?

XVI. Regula: Ex iis qui in querela aut denunciatione nominati sunt potius inquirendum est: sed nullis nominatis tunc ex iis inquirendum, qui verisimiliter possunt esse informati, puta vicini. Iul. Clar. §. fin. q. 23 in prin.

XVII. Regula: Nec tamen ex omnibus passim inquirendum est. Nam qui in ciuilibus causis à testificando repelluntur, multò magis in causa criminali repelli debēt Iul. Clar. §. fin. q. 24. in prin. Qui autem sint tales. j. lib. prox. cap. de testibus, dicetur. Inter hos etiam numeratur socius criminis de quo tamen controuertitur s. cap. 9. reg. 37. excep. 9.

XVIII. Regula, De officialibus deputandis ad denunciandum differitur apud Iul. Clar. § fin. q. 7. vers. scias autem. Hi denunciare tenētur. d. q. 7. vers. scias etiam. Cuius exceptio prima est: Nisi delicta sint occulta, vel non notoria. Quæ tamen exceptio reprobatur d. vers. scias etiam. Altera exceptio videtur; Nisi tale sit delictum, quod iure est impunitum. Sed & hæc exceptio reprobatur d. quæst. 7. vers. sed quæro.

XIX. Regula, De modo denunciandi differitur d. q. 7. vers. quæro nunc.

XX. Regula, Denuncians non tenetur probare. d. vers. quæro nunc ibi: & ideo licet. Vide j. reg 30. & reg. 39.

XXI. Regula, De citando eo contra quem inquiritur. Hæc citatio requiritur de iure, non de consuetudine. Iul. Clar. §. fin. q. 11. in prin. & vers. item quæro.

XXII. Regula, De citando instigatore inquisitionis, approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 10, versic. quæro.

XXIII. Regula, De offenso & accusatore citando, approbatur & distinguitur d. §. fin. q. 11 vers. sed quid. & quæst. 31. vers. vlterius quæro. Vide item j. reg. 31.

XXIIII. Regula: Iudex inquirens in crimen inscribere non tenetur. d. q. 31. vers. quæro etiam.

XXV. Regula, Debet inquisitor ordinem inquisitionis debitum seruare. M. I. P. d. cap. 14. q. 6. reg. 4. Quis autem sit ordo inquisitionis debitus, definitur M. I. P. d. reg. 4. Sed & definitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 7. vers. quæro nunc. item quæst. 23. in prin. ibi: propterea forte.

XXVI. Regula, De edicto publicè proponendo de

reuelando crimine ab eo qui ſcit. Approbatur & diſtinguitur hæc regula apud Iul. Clar. §. fin. q. 27. verſ. ſed quæro, cum verſ. ſequente.

XXVII. Regula, De ſtatutis, quibus præmium proponitur crimen reuelanti, agitur d. q. 27. verſ. in multis. Plura de hac re vide j. lib. 3. cap. 10. reg 6.

XXVIII. Regula, De reo citando per proclama tubæ, d. §. fin. q. 31. verſ. dictum eſt, in fine.

XXIX. Regula, De promotore ſeu inſtigatore inquiſitionis differit Iul. Clar. §. fin. quæſt. 10. verſ. aliquid etiam, vſque ad quæſt. 11.

XXX. Regula: Denuncianti quatenus fides ſit habenda, differitur d. §. fin. q 7. verſ. habes igitur. Vide ſ. reg. 20. Iuramento denunciationis Euangelicæ creditur. Vill. I. 158.

XXXI. Regula: Informatione ex inquiſitione ſumpta, quatenus reus ſit apprehendendus & incarcerandus, diſſeritur apud Iul. Clar. §. fin. quæſt. 28.

XXXII. Regula: Inquiſitione facta, citanda eſt pars offenſa ad ſubminiſtrandum, ſi quid contra reum habet: & de publicando inquiſitionis proceſſu d. §. fin. q. 48. in prin. & quæſt. 49. in prin. Vide item ſ. reg. 23.

XXXIII. Regula, De danda copia proceſſus accuſatori, d. q. 49. verſ. danda eſt.

XXXIIII. Regula, De danda copia proceſſus ipſi reo diſſeritur d. q. 49. in prin. vſq; ad verſ. danda eſt autem. item verſ. hæc autem omnia.

XXXV. Regula, De capitulis ei contra quem inquiritur, exponendis cauetur M. I. P. d. quæſt 6. reg. 2. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 6. verſ. ſucceſſiuè, cum verſ. ſequente. item q. 49. in prin. item Villal. I. 22.

XXXVI. Regula, An interrogatoria eius, contra quem inquiritur, ſint admittenda? diſtinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæſt. 23. verſ. item quæro.

XXXVII. Regula, De interrogando & examinando diffamato diſſeritur d. §. fin. q. 6. verſ. ſucceſſiuè quærò. 21.

XXXVIII. Regula, Si per modum inquiſitionis crimen fuerit probatum: arbitraria, non ordinaria pœna reo imponitur. M. I. P. d. q. 6. reg. 12. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 60. verſ. poteſt etiam. vbi etiam diſtinguitur ac mutatur.

XXXIX. Regula, Denuncians non probans punitur. M. I. P. d. q. 6. reg. 14. Quæ tamen regula hodie dicitur eſſe mutata,

mutata, per ea quæ s. reg. 20. sunt proposita. In expensas tamen condemnatur, & calumnia eius punitur. Quod approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. q. 7. vers. sed nunquid. item q. 10. vers. sed nunquid.

XL. Regula, Ex inquisitione generali non sequitur condemnatio, sed tantùm informat ad inquisitionem particularem. Quæ regula est controuersa. Vill. I. 52. in addit.

XLI. Regula, Damnatus ex inquisitione non fit infamis. Quæ regula est controuersa per ea quæ proposita sunt s. cap. prox. reg. 30. except. 1.

## *DE IVDICIIS PVBLICIS in specie.* CAP. XIII

### I. DE LEGE IVLIA Maiestatis.

PRima regula: Hac lege punitur crimen lęsæ maiestatis. M. I. C. lib. 1. cap. 22. q. 1. in prin. Cuius species enumerantur apud Iul. Clar. in § læsæ maiestatis, in prin.

II. Regula, Crimen læsæ maiestatis committitur, si quis Cardinalem offenderit. Iul. Clar. d. §. læsæ maiestatis. versi. quæro nunquid. 4.

III. Regula, Crimen illud etiam committitur, si quis offenderit vel occiderit consiliarium Principis. d. §. læsæ maiestatis. vers. quærò etiam. 5.

IIII. Regula, Committitur item, si magistratus populi, Romani quíve imperium potestatémve habet, occidatur. M. I. C. d. q. 1. causa 7. Cuius exceptio est: Nisi tyrannus occidatur. Quæ tamen exceptio est controuersa Viu. lib. 2. tyrannum, in cuius fine reprobatur in principe tyranno, qui hæreditario iure Rempub. obtinet.

V. Regula, Committitur item crimen læsæ maiestatis, si arma, aurum, vinum ad hostes transtulerit. M. I. C. d. quæst. 1. causa 13. & M. I. P. libro 1. cap. 15. de læsa maiestate, quæst. 1. causa 3. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 68. vers. hostibus. 18. item quæst. 77. vers. Christiani deferentes. 25. vbi etiam distinguitur.

### EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM regularum generales.

Regularum pręcedentium exceptio prima est: Nisi non

ſubditus contra Principem vel Rempub. quid commiſerit. Iul Clar.in §.læſæ maieſtatis.verſ.vidi quandoque.6. Altera exceptio eſt: Niſi clericus contra Principem vel Rempub. quid commiſerit. d. §. læſæ maieſtatis. verſ. hinc infertur.7. Tertia exceptio eſt: Niſi non contra Imperatorem,ſed contra inferiorem Principem vel ciuitatem commiſerit. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Iul.Clar.in §.læſæ maieſtatis. verſ.dubiũ eſt.3.Huius replicatio eſt: Niſi Princeps vel ciuitas ſuperiorem non cognoſcat.d.§.læſæ maieſtis.ver.cõmittitur.2.Quarta exceptio eſt:Niſi ſententia declaratoria non ſit ſecuta. Quæ exceptio reprobatur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.7.concluſ.11.& concluſ.12.

## ADVERSVS QVOS ACCVSATIO propoſita competat?

VI. Regula,Etiam liberi damnatorum ex lege Iulia Maieſtatis puniuntur. M. I. C. d.cap.22.quæſt.3.reg.2.& M. I. P. d.cap.15.de læſa maieſtate, q.2.reg.1. Huius regulæ exceptio prima eſt in filiis natis & conceptis ante crimen cõmiſſum. Quæ tamen exceptio eſt controuerſa.Iul.Clar.in §.læſæ maieſtatis.verſ.fuit etiam.12.Ioan.Fichard.ad Vill.in verſ.filius natus.70.Altera exceptio eſt in filiabus,Iul.Clar.in d.§. verſ. hæ autem pœnæ.10. Tertia exceptio videtur in liberis naturalibus & ſpuriis. Quæ tamen reprobatur apud Iul. Clar. d.§.verſ.ſed nunquid.11. Vill.F.96.& 127.Quarta exceptio videtur in nepotibus liberis & pronepotibus. Quæ tamen exceptio reprobatur & diſtinguitur apud Iul. Clar. d. §. verſ. præterea quæro.13.Quinta exceptio videtur:Niſi non pater, ſed mater crimen læſæ maieſtatis commiſerit. Quæ tamen reprobatur apud Iul. Clar. d. §.verſ. quæro etiam. Sexta exceptio eſt: Niſi contra inferiorem, qui ſuperiorem cognoſcit,crimen ſit commiſſum.d.§.verſ.vnum tamen 14.

VII. Regula, Etiam is qui ſciuit coniurationem vel crimen læſæ maieſtatis commiſſum iri,& non indicauit,propoſita accuſatione tenetur.Quæ regula eſt controuerſa,magis tamen approbatur Viu.lib.2.ſcientia. Approbatur item & diſtinguitur apud Gabriel.lib.7.concluſ.37.Iul Clar.in §.læſæ maieſtatis. verſ.ſcias autem, in fin.& §.fin.quæſt. 87.verſ. punctus eſt.2.

## QVID VENIAT IN HOC iudicium.

VIII. Regula, Vltimo ſupplicio crimen læſæ maieſtatis punitur.

punitur. M.I.C. d. cap. 22.q.4. reg.1. Accedit Iul.Clar.§.lesæ maiestatis. vers.sed quæro.

EVENTVS HVIVS IVDICII.

IX. Regula: Damnati bona publicantur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ī. cap.11.reg.29.except.4.

## II. DE VI PVBLICA & priuata.

I. Regula, Si quis vim vel armis, vel sine armis fecerit: in legem Iuliam de vi publica & priuata incidit. M.I.C. libro 1. cap.23. in prin. Illa publica, hæc priuata vis dicitur apud Iul. Clar.§.fin.q.83.vers. vim publicam.5.ibi:scias autem. Huius regulæ exceptio est: Nisi vim vi repulerit. M.I.C. d. cap.23. q.1.except.6. Accedit Villal.V.42.

II. Regula, Si arma gestauerit: ex lege Iulia de vi publica, item ex statuto loci speciali tenetur. M. I. C. d. cap. 23. q. 1. causa 2. Declaratur hæc regula definitione armorum j. lib. vlt. cap. penult. in verbo Arma. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi sui defendendi causa arma gestauerit. M.I.C.d.causa 2.except.5.Accedit Iul.Clar.§.fin.q.82.statuto 6.vers. quæro nunquid.3. & Soarez A. 269. Altera exceptio est: Nisi ad vsum itineris arma gestauerit. M. I C.d.causa.2. except.2.Accedit Iul. Clar. d.statuto 6. vers. quæro etiam.6. Soarez A. 267. Tertia exceptio est: Nisi cùm pœna statuta esset in eum qui cum armis esset deprehensus, vel non deprehensus, sed testibus de crimine sit conuictus. De hac exceptione vide j.lib vlt.cap.penult.in verbo Inuentus. Quarta exceptio est: Nisi cum prohibitum esset arma gestare post pulsatam horam noctis, quibusdam diebus, quibus non pulsatur, gestauerit.d.statuto 6.vers.pone in statutis.5.

III. Regula, Pœna eius qui arma gestauerit, est amissio armorum.d.statuto 6.vers.vlt.

IIII. Regula, Si domi habuerit arma prohibita, punitur lege Iul. M.I.C. d.causa 2.Accedit Iul Clar.d.statuto 6.vers. quæro etiam.vbi additur, hanc regulam non esse in vsu.

V. Regula, De armis à priuatis nō conficiendis nec emendis, M.I.C. lib. 3. cap. 32. de reliquis rebus ciuitatum, reg. 8. Accedit Iul. Clar.§.fin.quæst.79.vers. arma. 3. vbi additur, eam vsu esse mutatam. Accedit item Soarez A. 266.

VI. Regula, Si quis insultum ad domum fecerit, ex spe-

ciali statuto tenetur. Cuius exceptio prima videtur: Nisi ad porticum domus insultum fecerit. Sed reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 82. statuto 10. in prin. Altera exceptio videtur: Nisi ad domum communem insultum fecerit. Sed & hæc reprobatur sub conditione d. statuto 10. vers. vltimo.

VII. Regula: Si armata vis arguatur, olim quidem deportatio reo irrogabatur: si verò sine armis, in tertia parte bonorum suorum mulctabatur. M. I C. d. cap. 23. q. 4. reg. 1. Hodie verò vtroque casu extra ordinem punitur. Iul. Clar. §. fin. q. 83. vers. vim publicam. 5. in prin.

## III. DE RAPTV FOEMINARUM.

I. Regula: Raptus crimen punitur. M. I. C lib. 1. cap. 24. q. 1. in prin. Accedit Viu. lib. 1. raptor, in prin. Declaratur definitione raptus M. I. P. lib. 1. cap. 15. de raptu fœminar. q. 1. causa 1. Accedit Iul. Clar. in §. raptus, num. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi non abducendi animo conduxerit, sed causa commodioris coitus. d. num. 1. ibi: & hæc conductio. Altera exceptio est: Nisi volentem rapuerit. Quæ exceptio reprobatur M. I. C d. q. 1. except. 8. Accedit Iul Clar. d. §. raptus. vers. adde quòd 3. Contradicit M. I. P. d. quæst. 1. except. 2. Tertia exceptio est: Nisi meretrix rapta sit. Iul. Clar. d. §. raptus. vers. quæro nunquid 5. vbi tamen addit, aliud fuisse obseruatũ. Item accedit idem in §. fornicatio, in prin. ibi: & hoc adeò verum. Viu. lib. 1. raptor. ibi: sed prædicta. vbi etiam declaratur definitione meretricis: de qua etiam j. lib. vlt. cap. penult. in verbo Meretrix. Quarta exceptio est: Nisi raptor raptam carnaliter non cognouerit. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Cla. d. §. raptus. vers. sed quid si. 4. Quinta exceptio est: Nisi raptor raptam in vxorem duxerit. Controuertitur d. §. raptus. versic. quæro modo 7. ibi: vbi etiã subdit. Sexta exceptio est: Nisi puerum rapuerit, non puellam. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. q. 1. except. 3. Admittitur, si miles puerum rapuerit. Iul. Clar. d. §. raptus. vers. vnum tamen, vbi consuetudine magis quàm iure cõmuni hæc distinctio approbatur. Septima exceptio videtur: Nisi mulier virum rapuerit. Quæ exceptio est controuersa d. §. raptus. versiculo sed pone. 6.

II. Regula: Raptus punitur vltimo supplicio. M I. C. d. c. 24. quæst. 5. reg. 1. & M. I. P. d. cap. 15. de raptu fœminar. q. 3. reg. 1.

reg.1. Accedit Iul. Clar. in d. §. raptus. verſ. ſed quæro. 2.& in §. fornicatio. verſ.vltimo, vbi tamen aducitur, hanc pœnam non ſemper obſeruari.

## IIII. DE HOMICIDIO.

I. Regula: Homicidium punitur lege Cornelia de ſicariis M.I.C. lib. 1. cap. 25. quæſt.1. cauſa 1. & M. I. P. d. cap. 15. de homicidio, q 1. cauſa 1. Declaratur hæc cauſa diuiſionis hocimidij in ſimplex ac declaratur, Iul. Clar. in §. homicidiũ, num.1. Simplex rurſus in quatuor genera deducitur d.num. 1. in fin. quæ perſequitur vſque ad verſ. deliberatum. 8. Deliberatum itidem in quatuor genera deducit d. verſ. deliberatum: quæ perſequitur vſque ad verſ. pluribus autem. 12. Quibus autem modis committatur homicidium, enumeratur d. verſ. pluribus autem.

II. Regula, De homicidio tenetur etiam is qui hominis necandi cauſa venenum confecerit, dederit, vendiderit, habuerit. M. I. C. d.q.1. cauſa 3. Accedit Iul. Clar. in d. §. homicidium. verſ. punitur etiam 13.

III. Regula, Si quis falſum dixerit teſtimoniũ, quo quis innocens publico iudicio capitis damnaretur: homicidij reus eſt. M. I. C. d. q.1. cauſa 6. Accedit Iul. Clar. §. fin. q.68. verſ. falſum 13. De qua re item j. de falſis dicetur.

IIII. Regula, Si iudex aliquem indebitè torſit, vel torquendo necauit: de homicidio tenetur. Iul. Clar. in §. homicidium. verſ. item iudex 13 ibi: item ſi aliquem.

V. Regula, Si iudex innocentem ad mortem damnauit: de homicidio tenetur. Iul. Clar. in d. verſ. item iudex 13. in prin.& §. fin. q.68. verſ. iudex. 22.

VI. Regula, Si medicus ſecando, vel malum dando medicamentum aliquem occidit: de homicidio tenetur. d. §. homicidium. verſ. item medicus 17.

VII. Regula, Si mulier partum abegit, vel quis abortum procurauit, de homicidio tenetur. M. I. C. d.q. 1. cauſa 8. & M. I. P. d.q.1. cauſa 4. Accedit Iul. Clar. §. fin. q.68. verſ. abortum procurans 2. Viu. lib. 1. aſſaſini, num. 2. Huius regulæ exceptio prima videtur: Niſi alio animo percutiendo mulierem abortum procurauit. Hæc exceptio eſt controuerſa apud Soarez A.1.& Iul. Clar. d. verſ. 2. ibi: ſed quæro. Altera exceptio eſt: Niſi id quod in vtero eſt, nondum fuerit animatum: tunc enim non ordinaria, ſed extraordinaria pœna

est puniendus. M. I. P. d.causa 4.except.1. Accedit Iul. Clar. d.vers.2.ibi:aut partus.& Viu.d.assasini,num.2. Huius replicatio est: Nisi fœmina pecunia accepta nondum animatum fœtum potionibus abegerit, vt ventris substituto locum facere. Viu d.assasini,num.3.

VIII. Regula, Si author seditionis fuerit: de homicidio tenetur. M.I.C. d.q.1.causa 10.Accedit Iul. Clar.d.q.68. vers. seditionis.36. Huius exceptio est: Nisi animus concitandi populum defuerit. d. vers. seditionis. ibi: quod tamen.

IX. Regula, Si partum abiicit, eíque alimoniam denegat:punitur.M.I.C.d.q.1.causa 17.Quo tamen casu extra ordinem punitur.Iul.Clar.§.fin.q.83.vers.partum.7.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM regularum generales.

Etsi de homicidio regulariter teneantur ij quos in regulis præcedentib.enumerauimus: tamen istarum regularum sunt exceptiones aliquot generales, quarum prima hæc est: Nisi non occidendi animo fecerit. M.I.C. d.q.1.exc.1.& M.I.P.d.q.1.exc.1.Accedit Vill. H 43. Viu.lib.1.statutū disponens ꝙ bannitus.vers præfatúmq; statutum.item Statutum imponens pœnam corporalem. Iul. Clar.§.homicidium.vers.culpa dicitur.3.ibi: quinimò stante. Hoc homicidium simplex dicitur,& in quatuor genera (vt dixi) diuiditur.d.§.homicidium.vers.1.Quæ persequitur d.§.homicidium.ver.casu autem.2.vsq; ad vers.deliberatum.Propositę exceptionis replicatio est: Nisi lata culpa homicidium sit commissum. Quæ tamen reprobatur M.I.C.d.excep.1.repl.1. Accedit Viu.lib.1. statutum imponens pœnā corporalem. Admittitur tamen, si statuto cautum sit,vt qualitercunq; homicidium commissum esset,capitę puniretur.d.statutū.ibi: coarctatur dictum. Altera exceptio generalis est: Nisi alium pro alio per errorem occiderit. Hæc exceptio est controuersa, magis tamen approbatur apud Iul.Cla.in §.homicidiū. vers.dicunt etiam. 6.Tertia exceptio est: Nisi in rixa vel calore iracundiæ,non deliberato animo occiderit. d.§.homicidiū.vers. dolosum.7. & vers.ex proposito. 9. Quarta exceptio est: Nisi sui defendendi causa occiderit.M.I.C.d.q.1.exce.3.& M.I.P.d.q.1.exc. 2.Accedit Vill. R. 64.in addit.vlt.& V.42. Viu.lib.2.defensio, nu.3.& 4.in fine.Iul. Clar.in §. homicidium. vers. excusatur. 24. Huius replicatio prima est: Nisi modum in defendendo excesse-

excesserit. M.I.P.d except.2.repl 2. Accedit Viu.d. defensio, num.5. Iul.Clar.d.§.homicidium.versi.scias tamen.34. Huius replicationis duplicatio est, quòd reus propter excessum non ordinaria pœna puniatur, sed extra ordinem. d.defensio, num.10.& Iul.Clar.d. versi.scias tamen.34. ibi bene verũ. Altera propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi cum fugere posset, occideri maluit quàm fugere. Sed reprobatur Vill.F.178. Viu.lib.2.defensio, num.4 Iul. Clar.in d.§.homicidium. versic. atque adeò.32. Tertia replicatio est: Nisi fuerit imparitas armorum. Viu.d.defensio,num.5.cum duobus sequent. Quarta replicatio est: Nisi ad vindictam occiderit. Viu.d. defensio, num.8. Quinta replicatio est: Nisi ex interuallo, non in continenti occiderit. Viu. d. defensio, num.9. Iul.Clar.d.versic.scias tamen.34 ibi: sic etiamsi post. Sexta replicatio est: Nisi fugientem persecutus occiderit. Cuius duplicatio est, quòd hoc casu non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniatur. Viu.d.defensio, num.11. Septima replicatio est: Nisi ad minas tantùm alterius eum occiderit Cuius duplicatio est: Nisi talis fuerit, qui minas exequi solitus sit. Viu.lib.2. homicidium commissum. Iul. Clar. in §.homicidium.versi.sed quomodo.ibi: non enim tenetur. Octaua replicatio est: Nisi non pro corporis, sed rerum defensione occiderit. Hæc replicatio reprobatur iure ciuili, Viu.lib.2.defensio,num.1.Iul.Clar.d.§.homicidium.vers.hęc autem.25. Iure autem canonico approbatur, Viu.d.defensio, num.1.& Iul.Clar.d. versi.hæc autem, in fine. Nona replicatio est: Nisi non ipsum qui vim inferebat, sed alium occiderit. Cuius duplicatio est: Nisi aliter à vim inferente se defendere non potuit. Iul. Clar.d.§. homicidium.versic.adde quòd nonsolùm.31. Decima replicatio est: Nisi bannitus vim sibi inferentẽ occiderit. Quæ replicatio est controuersa Iul.Clar.in §.homicidium.versic.in hoc etiam. 71. Vndecima replicatio est: Nisi iudici vel eius officiali ob crimen capere volenti restiterit, & eum occiderit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. fina. quæst.29. versi.sed hic incidenter. Duodecima replicatio videtur: Nisi Papam vel Imperatorem vim sibi inferentem occiderit. Sed reprobatur apud Iul. Clar. in §.homicidium. vers.quinimò etiamsi sit Papa.30. Decimatertia replicatio: Nisi clericum vim sibi inferentem occiderit. Sed reprobatur d.§. homicidium. versic. præterea etiam.29. Decimaquarta replicatio: Nisi

Nisi cum ab initio negasset se homicidium fecisse, postea conuictus exceptione proposita se defendat. Hæc replicatio reprobatur apud Iul.Clar. in d.§. homicidium.versic.sed hic occurrit.35.& Gabriel.lib.2. de actionib. conclus.1. num. 11.in fine. Decimaquinta replicatio est: Nisi statuto contineatur, vt qualitercunque homicidium commissum esset, capite puniretur. Quæ tamen reprobatur apud Viu.lib.1.statutum imponens pœnam corporalem.ibi: coarctatur dictū, in fine. Hæc de quarta exceptione. Quinta exceptio est. Nisi iussus à tyranno vt interficeret, sub hac comminatione, Nisi ipse interfici vellet, occiderit. Viu.lib.1.condemnatus, num.5. Iul.Clar.§.fina.quæst.60.versi.solet dubitari.& versic.quæro modo. Sexta exceptio: Nisi verbis iniuriosis prouocatus occiderit.reprobatur apud Iul.Clar.d.quæst.60. versic.nunc quæro. & Viu.lib.2.defensio, num.7 Admittitur tamen quoad pœnam ordinariam, d.versi.nunc quæro.ibi:mitius tamē. Septima exceptio: Nisi pro defensione honoris sui interfecerit. Iul.Clar. in §. homicidium.versic.idémque multo.26. Octaua exceptio: Nisi pro defensione rerum suarum occiderit.approbatur s̃.except 4.repl.8. Nona exceptio: Nisi insidiatorem occiderit. approbatur sub conditione apud Iul. Clar.in §.homicidum.versic.potest etiam.36. Decima exceptio: Nisi pro defendenda salute patris, filij, vel alterius cognati, aut extranei, cuius vita aliàs saluari non potuit, occiderit.M.I.P d.except.2.Accedit Iul.Clar.in d.§.homicidium. vers.item locum.27.cum duob.numeris sequentibus.Vill.O. 20 & 21 Viu.libr.1.defendere,nu.4. Vndecima exceptio:Nisi tyrannum occiderit. Hæc exceptio est controuersa apud Viu.lib.2.tyrannum. De qua re vide item s̃.eod. cap.in lege Iulia maiestatis,reg.4. Duodecima exceptio: Nisi rebellem occiderit.Iul.Clar.in §.læsæ maiestatis.versic. hinc infertur. 17.Decimatertia exceptio: Nisi trāsfugam occiderit.M.I.C. d.q.1.except.6.Accedit Iul.Clar. in §.homicidium. versi.plerunque etiam.52.ibi: etsi dicatur. Decimaquarta exceptio: Nisi furem in furto deprehensum occiderit. M.I.C.d. q.1.except.7.& M.I.P.d.q.1.except.3. Accedit Iul. Clar.in §.homicidium.vers.vltima est.47.Huius exceptionis replicatio prima est quoad forum conscientiæ,d.§.homicidium.vers.hæc autem.25.in fine.& versi sed hæc quidem.50. Altera replicatio est: Nisi furi sine suo periculo parcere potuit. Hæc replicatio approbatur M.I.C.d.except.7.repl.2.& M.I.P.d. except.3. repl.2.

repl.2. Accedit Iul. Clar. in d.versi.vltima est.47. ibi: primo. Tertia replicatio est: Nisi clamore idipsum non sit testificatus. M.I.C. d.except.7. repl.1. Accedit Iul. Clar.d.versi.vltima est. 47. ibi: secundo. Quarta replicatio est: Nisi non noctu, sed interdiu furem deprehensum occiderit.M.I.C.d. except.7.repl.3. & M.I.P.d.except.3.repl.1. Huius duplicatio est: Nisi pro defensione rerum quæ aliàs non possunt recuperari, furem diurnum occiderit. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Villal.O.19. Quinta replicatio est: Nisi furem deprehensum cognouerit, vel testes habuerit qui illum potuerunt cognoscere. Iul. Clar.d. versic. vltima est.47.ibi: tertio. Sexta replicatio est: Ni furem deprehensum viuum capere potuit.d.versi.vltima est. 47. ibi: quarto. Decimaquinta exceptio: Nisi stuprum sibi vel suis inferentem occiderit. M.I.C. d.quæst.1.except.8. Accedit Viu.lib.1. raptor, in princ. Decimasexta exceptio: Nisi adulterum cum filia sua deprehensum occiderit. M.I.C. d.quæst.1.except.9. Accedit Iul.Clar.in §. homicidium.versi. dixi etiam. 48.in prin. Huius replicatio prima est: Nisi non simul filiam cum adultero occiderit. M.I.C. d.except.9.replic.1. Accedit Iul.Clar.d.versi.dixi etiam.ibi: quod intellige. Altera replicatio est: Nisi filia in patris occidentis potestate non fuerit. M.I.C. d.except.9.repl.4. Accedit Iul.Clar.d.versi.dixi etiã. ibi. secundo. Tertia replicatio est: Nisi non in ipso actu pater adulterum deprehenderit. M.I.C. d.except.9.repl.8. Accedit Iul. Clar. d.versi.dixi etiam.ibi: quinto. Quarta replicatio est: Nisi non domi suæ vel generi sui, sed alibi adulterum cum filia deprehenderit. M.I.C.d.excep.9.repl.9.Accedit Iul.Clar. d. versi.dixi etiam.ibi: tertio. Quinta replicatio est: Nisi filia non sit nupta.d.versi. dixi etiam. ibi: quarto. Sexta replicatio videtur: Nisi clericum deprehensum cum filia occiderit. Sed reprobatur d.versi.dixi etiam.ibi: & hæc omnia. Septima replicatio est: Nisi iudicem vel.magistratum adulterum cum filia deprehensum occiderit. Hæc replicatio est controuersa d.versic. dixi etiam. ibi: in iudice autem. Octaua replicatio est: Nisi non ipse pater occidit, sed mandauit occidendum. De hac re vide s̃.cap.7. except.7.replic.1.dupl.1. Hæc de replicationibus propositæ exceptionis: quarum duplicatio generalis est, quòd quamuis in dictis casibus pater ab homicidio non in totum excusetur, à pœna tamen ordinaria liberetur, & extra ordinem veniat puniendus.

dus.M.I.C.d.except.9.in fine. Accedit Iul.Clar.in §.homicidium.versic.sed quid dicendum.49. ibi: bene verum. Decimaseptima exceptio: Nisi adulterum cum vxore sua deprehensum maritus occiderit. M.I.C. d.quæst.1.except.10. Accedit Iul.Clar.d.versi. sed quid dicendum, in princ. Controuertitur tamen d.versic.sed quid dicendum. ibi: & licet aliqui. Huius exceptionis replicatio prima est, quoad forum conscientiæ.d.§.homicidium.versi.sed hæc quidem.50. Altera replicatio est: Nisi adulter cum vxore deprehensus non sit infamis, nec liberus mariti vel vxoris, nec seruus, &c.M.I.C.d.except.10.repl.2.Accedit Iul.Clar.d.versic.sed quid dicendum.ibi: si verò adulter. Decimaoctaua exceptio: Nisi maritus vxorem in adulterio deprehensam occiderit.M.I.C.d.quæst.1.except.11.Reprobatur tamen hæc exceptio M.I.P.d.q.1.except.7 Cui accedit Vill.M.23. Decimanona exceptio: Nisi iussu eius qui potuit occidere, occidit. De hac exceptione vide s̃.c.7.except.7. repl.1. dupl.1. Sed & eius replicatio videtur: Nisi cum princeps absque processu occidi mandasset, officialis iussu eius occidit. Sed reprobatur apud Vill.in verbo Officialis. Vicesima exceptio: Nisi bannitum permittente statuto occiderit. Viu.lib.1. statutum disponens quòd bannitus possit, nu.1. cum duob.sequent. & Iul.Clar.in §.homicidium.vers. plerunque etiam.52.cum vers.sequente. Accedunt ea quæ habentur s̃.ca.8.de pœna banni, reg.1. Huius replicatio prima videtur: Nisi homicida promiserit bannito, se eum non occisurum, sub pœna vel iuramento interueniente. Sed reprobatur d.statutum disponens, num.6.item apud Iul. Clar.in § homicidium.versic. quæro aliquis.60. in cuius fine distinguitur. Altera replicatio videtur: Nisi patrem, filium, fratrem vel dominum bannitum occiderit. Hęc replicatio est controuersa d.statutum disponens, num.7.cum duobus sequentibus.Iul. Clar.in §.homicidium.vers.sed hic quæro.59. Tertia replicatio videtur: Nisi bannitus dixerit, se restitutum & absolutum à banno. Reprobatur sub conditione d.statutum, num.9.ibi: ampliatur tertiò. Iul.Clar.in d.§.homicidium.versic.item quæro.62. Quarta replicatio est: Nisi per alium occiderit bannitum data pecunia, vel proditoriè occiderit. Hæc replicatio est controuersa d.§. homicidium.versi.sed an licebit.61.Viu.d.statutum, num.11.Gabriel. lib.7.conclus.1. num.38. Quinta replicatio est: Nisi propter contumaciam bannitus fuerit, non ex veris probationibus.

Viu.

Viu.d. statutum, num. 12. Sexta replicatio est: Nisi ex leui causa fuerit bannitus. Iul. Clar.d §. homicidium. versic.plerunque etiam 52. ibi: hæc tamen omnia. Septima replicatio est: Nisi pro debito pecuniario fuerit bannitus.d. versic. plerunque etiam. ibi: & ideo. Octaua replicatio est: Nisi statuto permittente bannitum in centum occidi, occiderit bannitum non ex vna causa, sed ex pluribus separatim in centum bannitum. Viu.d.statutum, num 13. Iul.Clar.in §.homicidium.versic.sed quæritur. 68. Nona replicatio est: Nisi incarceratum bannitum occiderit. Viu.d.statutum.nu. 14. & Iul.Clar.in d.§ homicidum.versi. quæro etiam. 65. Decima replicatio est: Nisi non ritè fuerit bannitus. Viu.d.statutum, num.15. Iul.Clar.in d § homicidium.versi.maior est dubitatio. 63. Cuius duplicatio est: Nisi occidens non habuerit notitiam nullitatis sententiæ.d.versi. maior.ibi: si verò non habebat. Vndecima replicatio: Nisi pendente appellatione aut nullitatis causa de sententia banni, aut tempore ad appellandum dato nondum elapso occiderit. Iul. Clar. in d.§. homicidium. versic. successiuè. 64. Duodecima replicatio: Nisi ignorans bannitum esse, cum occiderit. Quæ tamen reprobatur d.§. homicidium. versi. fuit etiam. 67. Decimatertia replicatio: Nisi ante litem contestatam exceptio hæc fuerit opposita. Sed reprobatur d.§.homicidium.vers.sciendum est. 69. Decimaquarta replicatio: Nisi homicida non per se, sed per alium exceptionem hanc opposuerit. Sed reprobatur d.§.homicidium.versi.item scias.70. Decimaquinta replicatio: Nisi ex officio iudex procedat. Sed reprobatur d.§.homicidium.versi.alia quoque.72. Decimasexta replicatio: Nisi bannitam prægnantem occiderit. Viu.d.statutum, num, 17. cum sequente. Decimaseptima replicatio est: Nisi extra territorium statuentium bannitum occiderit. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. d.statutum, num. 19. cum sequente. Reprobatur apud Iul.Clar.in d.§.homicidiũ.versi.vlterius quæro.66. Decimaoctaua replicatio: Nisi statutum permiserit offendi, non occidi bannitum. Reprobatur hæc replicatio apud Iul.Clar.in d.§. homicidium. versic. est autem 55. Decimanona replicatio: Nisi bannitus cum hærede occisi, ob quem in bannum incidit, transegit. Cuius duplicatio est: Nisi cum muliere hærede transegit. Approbatur apud Viu.libr. 1. statutum disponens quod bannitus non possit, in prin. Duplicatur ibid. versic. fallit & claudicat.

Vicesima

Vicesima replicatio est quoad forum conscientiæ, in quo non excusatur bannitum occidens. Quæ replicatio est controuersa Iul. Clar. in §. homicidium. versic. sed nunquid. 54. Hæc de replicationibus propositæ exceptionis: de quibus tamen aliisque similibus vide item Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 6 num. 13 vsque ad num. 36. item s̃. cap. 8. de pœna banni, reg. 1. Vicesimaprima exceptio: Nisi capiendus se vt capi non posset defendens, sit occisus. Iul. Clar. in §. homicidium. versi. sunt etiam. 73. item §. fin. quæst. 27. in prin. Huius replicatio prima est: Nisi sine homicidio capi potuit. d. q. 29. in princ. ibi: debent etiam. Altera replicatio est: Nisi non constet illos habere licentiam capiendi. d. quæst. 29. in princ. ibi: item debent. Vicesimasecunda exceptio: Nisi furiosus occiderit. M. I. C. d. quę. 1. excep. 16. Accedit Viu. lib. 1. furiosus in prin. & Iul. Clar. in §. fin. q. 60. vers. item quæro, in prin. Huius replicatio videtur: Nisi eo tempore, quo furor se intermisit, occiderit. Sed reprobatur Vill. F. 181. Viu. d. furiosus. ibi: ampliatur hoc. Iul. Clar. d. vers. item quæro. ibi: aut verò tempore. Vicesimatertia exceptio: Nisi fœtus conceptus nondum natus occisus sit. Vide s̃. reg. 7. Vicesimaquarta exceptio: Nisi post commissum homicidium homicida furere cœperit. Villal F. 182. Viu. lib. 1. furiosus. Iul. Clar d. vers. Item quæro. ibi: aut verò tempore. Huius exceptionis replicatio prima est quo ad pœnam extraordinariam, qua saltem furiosus puniri debet. Quæ replicatio est controuersa d. vers. item quæro. ibi: hoc tamen intellige. Altera replicatio est: Nisi post dictam sententiam furor superuenerit. Iul. Clar. d. q. 60. vers. sed quæro. Vicesimaquinta exceptio: Nisi de homicidio cũ hæredibus occisi transactũ sit. Cuius replicatio prima est: Nisi non cum omnibus hæredibus occisi transactum sit. Cuius duplicatio est: Nisi cum maiore parte hæredum transactum sit. Viu. lib. 1. statutum disponens quòd bannitus non possit, in prin. ibi: ideo secundum. & lib. 2. pacem haberi. Altera replicatio est: Nisi cum muliere hærede sit transactum. d. statutum disponens, in prin. Plura de exceptione proposita vide s̃. cap. 7. except. 33. Vicesimasexta exceptio: Nisi non ex vulnere, sed ex alia causa accedente mortuus sit. Quæ exceptio approbatur apud Iul. Clar. in §. homicidium. vers. quandoque etiam. 42. ibi secundus est. Cuius replicatio prima est: Nisi vulnus fuerit læthale. Quę replicatio controuertitur, magis tamen approba-

approbatur d.vers.quãdoq; etiã.ibi:primus casus est. Altera replicatio est: Nisi dubitetur vtrum vulnus lęthale fuerit, an non: tunc enim in dubio præsumitur læthale fuisse. d. vers. quandoq; etiam. ibi:tertius est. Cuius duplicatio est: Nisi appareat de aliqua negligentia vel culpa vulnerati.d.versic. tertius est. Vicesimaseptima exceptio: Nisi occisus reum excusauerit.Iul.Clar.§.fin.q.52.vers.potest etiam. Cuius replicatio est: Nisi causa non sit dubia, sed probata contra reum.d.vers.potest.ibi:quam tamen intellige. Vide item de hac exceptione s̃.cap.10.reg.1.except.5. Vicesimaoctaua exceptio: Nisi de nomine occisi non constet. Quæ exceptio reprobatur d. q.52.vers.vlterius etiam. Hæc de exceptionibus aduersus homicidium generalibus.

## ADVERSVS QVOS COMPETAT homicidij accusatio?

X. Regula: Si plures hominem occiderint, vt ignoretur cuius ictu perierit: nullus tenetur, sed omnes sunt absoluendi. Fichard.in addit.suis ad Baptist.à Villal.in verbo Homicidiũ.Iul.Clar.in §.homicidium. vers.alia etiam.37.in princ. vbi apparet, quòd Bartol. fuerit in contraria opinione. Huius exceptio prima est quoad pœnam extraordinariam: hac enim omnes tenentur. d. vers. alia etiam, in prin. Altera exceptio est: Nisi homcidium factum sit animo deliberato & ex proposito: tunc enim omnes tenentur pœna ordinaria.d. vers.alia etiam.ibi: primus est. Huius replicatio prima est: Nisi non omnes fuerint conscij istius propositi. hi enim qui conscij non fuerunt, extra ordinẽ tantùm puniuntur. d.vers. alia etiam. ibi:puto tamen in hoc casu. Altera replicatio est: Nisi non satis constet homicidium animo deliberato perpetratum esse.d.vers.alia etiam.ibi:secundus est. Tertia replicatio est: Nisi homicidium in rixa sit commissum. d.vers. alia etiam. ibi:tertius autem. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi constet quis fuerit principalis author siue inceptor rixæ: hic enim iuris præsumptione pro homicida habetur.M.I.C.d.q.1.causa 9. Accedit Iul. Clar.d. vers.alia etiam.ibi:bene verum.39. Quarta exceptio est: Nisi omnes fuerint contumaces. Iul. Clar.d.§.homicidium.vers. sed hic incidenter. 40. ibi: & si sint contumaces. Quinta exceptio est: Nisi certi sint vulneratores: tunc enim omnes isti vulneratores tenentur.d.§.homicidium. versic. aut verò

plura. 41. in prin. Cuius replicatio est: Nisi non omnia vulnera fuerint læthalia. d. vers. aut verò plura. ibi: aut verò vnum. item ibi: aut verò sunt certi.

XI. Regula, Is quoque qui mandauit occidi, tanquam homicida tenetur. M.I.C.d.cap.25.quæst. 2. reg. 3. Accedit Iul.Clar. in §.homicidium.vers.pluribus autem.12. ibi: aliquando mandat. Idem in §. fin. quæst. 80.

XII. Regula, Is quoque qui auxilium tulit, tenetur. Iul. Clar.in §.homicidium.vers. alia etiam. ibi: ex quo resultat alia. Idem §.fin.q.90.circa princ. Huius exceptio est: Nisi quis interposuerit occisum, ne ipse occideretur. d.§.homicidium. vers.adde quòd.31.ibi:sed pone ego.

## QVID VENIAT IN HOC IVdicio, seu de pœna.

XIII. Regula, Homicidæ hodie capite puniuntur, sublata pœna legis Corneliæ de sicariis.M.I.C.d.cap.25.q.3. reg.1.Accedit Iul.Clar.in §.homicidium.vers. sed quæro.18. Huius exceptio prima est:Nisi statuto pœna pecuniaria sit constituta. Quæ exceptio est controuersa in d. § homicidium. vers.sed nunquid.19:item §.fin.quæst.31.vers. dictum est, in fine. Huius replicatio est: Nisi extra territorium statuentium homicidium sit commissum.d.vers.sed nunquid. ibi: sed posito.

XIIII. Regula, De pœna eius qui seipsum occidit, Viu. lib. 2. occidens, num.4.Iul. Clar.§.fin q.68.vers. seipsum. 37.

XV. Regula, De interesse animæ occisi, de sumptibus funerum & curationis, item de operis omissis præstandis, Iul.Clar.in §.homicidium.vers.tenetur. 23.

XVI. Regula, De pœna eius qui per assasinos occidit, M.I.P. d.cap.15.de homicidio,quæst.3 reg.2. Accedit item, declaratur & distinguitur Viu. lib. 1.assasini,num.1 Gabriel, lib. 7.conclus.1.Iul.Clar. in §. assasinium.

XVII. Regula, Excommunicantur & deponuntur homicidæ. M. I. P. d. q.3.reg.8. Accedit Iul.Clar.in §. homicidium. vers. de iure autem. 20.

## ADIVNCTA HVIVS IVDICII.

XVIII. Regula, De modo inquirendi, si plures homicidio interfuerint, nec constet quis ex iis homicidium fecerit, differitur apud Iul. Clar.in d. §. homicidium. vers. sed hic incidenter. 40.

XIX.

XIX. Regula, De probando an fuerit vulnus læthale, vel an ex alia causa mortuus sit, differitur d. §. homicidiũ versi. scias autem. 43. cum sequentib. vsque ad vers. vltima est. 47.

XX. Regula, De probando animo occidendi, M.I.C.d. q. 1. except. 1. in fine. Accedit Iul. Clar. in d. §. homicidium. vers. ex proposito. 9. ibi: animus autem, vsque ad finem.

XXI. Regula, De probando mandato homicidij committendi, Gabriel. lib. 7. conclus. 2. num. 47. vsque ad num. 60. Iul. Clar. §. fin. quæst. 89. vers. sed hic incidenter. 6. cum versic. sequente.

XXII. Regula, De probanda exceptione inculpatæ tutelæ differitur apud Iul. Clar. in §. homicidium. versic. sed quomodo. 33. Hæc de homicidio.

## V. DE PARRICIDIO.

I. Regula, Parricidium punitur ac definitur M.I.C. lib. 1. c. 26. q. 1. in prin. Accedit Iul. Clar. in §. parricidium, in prin. Huius regulę exceptio prima videtur: Nisi non legitimum, sed naturalem tantùm filium vel patrem occiderit. Quę exceptio reprobatur d. §. parricidium. vers. quæro nunquid. 2. Altera exceptio videtur: Nisi non patrem, sed auum vel proauum: neque filium, sed nepotem vel pronepotèm occiderit. Sed reprobatur d. §. parricidium. vers. scias etiam. 3. Tertia exceptio videtur; Nisi non ascendentem neque descendentem, sed transuersalem occiderit. Sed reprobatur in d. §. parricidium. vers. sed quid dicendum. 4.

II. Regula, Etiam conscius parricidij, quamuis extraneus, de parricidio punitur. M.I.C.d. cap. 26. q. 2. reg. 2. Accedit Viu. lib. 2. scientia, num. 4.

III. Regula, Pœna parricidij definitur M.I.C.d. cap. 26. q. 3. reg. 1. Accedit Iul. Clar. in d. §. parricidium. vers. sed quæro. 5. in prin. Quæ tamen pœna hodie non est in vsu. d. vers. sed quæro. ibi certè.

IIII. Regula, Aliæ pœnæ parricidij enumerantur d. vers. sed quæro, per totum.

## VI. DE PLAGIARIIS.

I. Regula, Hoc iudicio punitur qui liberum hominem vel seruum alienum suppresserit, celauerit, vel in vinculis habuerit. M.I.C. libro 1. cap. 27. q. 2. in prin. Huius loci est, si priuatum carcerem quis exercuerit. de quo Iul. Clar. §. fin. q. 68. vers. priuatum carcerem. 32. vbi etiam distinguitur. Sed & si quis debiti nomine liberũ hominem locet, vel pignori

capiat:hoc iudicio tenetur.M. I. C. d.q. 2.except.5. Accedit Vill.P.11.vbi improbatur etiam pactum hac de re factum.

II. Regula:Pœna plagij est vltimum supplicium. M.I.C. d. cap. 27. q. 5. reg. 4. Accedit Iul.Clar.d.quæst.68.vers.plagiarius.31.vbi excipitur : Nisi non habuerit animum celandi : tunc enim mitius punitur. Item accedit d. quæst. 68. vers. priuatum carcerem.32.

## VII. DE ADVLTERIIS ET STVPRO.

### CAVSÆ EX QVIBVS HOC iudicium competat?

I. Regula,Si adulterium vel stuprum commissum sit;hoc iudicium datur. M. I. C. libro 1.cap.28.quæst.2.causa1.& M. I. P.lib. 1. cap. 15. de adulteriis,quæst. 1.causa 1. Declaratur hæc regula differentia adulterij & stupri M. I. C. d. causa 1. & M.I.P.d.causa 1. Accedit Iul. Clar. in §.adulterium. vers. tribus autem.2.ibi:cæterùm quando. Quæ differentia iure canonico tollitur d.vers.tribus autem. ibi:de iure autem. & in §.stuprum.vers.sed pone.4.in fine. Triplex adulteriũ habetur d, vers. tribus autem, in princ. Stuprum autem variis modis committitur apud Iul. Clar. in §. stuprum, in princ. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi non in nuptam,sed in solutam commiserit. M.I.C d.q.2.except.3. Accedit Soarez A.86.& Iul.Clar.in §.fornicatio,in prin. Altera exceptio est:Nisi cum bannita rem habuerit. Sed reprobatur apud Iul. Clar.in §. homicidium. vers.sed an stante. 56. Soar.A.83 Tertia exceptio:Nisi cum meretrice rem habuerit.M.I.C.d.quæst.2.except.6. Accedit Iul. Clar. in §.fornicatio.vers.hoc autem multo.2.& in §.adulterium.vers.quæro nunquid. 3. vbi etiam distinguitur. Quarta exceptio est: Nisi adulter accusatus fuerit absolutus: hoc enim casu etiã adulteræ exceptio rei iudicatæ prodest. M.I.C d.q.2.excep. 14.repl.2.dupl.1. Accedit Gabriel, lib. 6. de legibus. conclus. 3. numero 50.

II. Regula, Lenocinium etiam hoc iudicio coercetur. de cuius pœna habetur M. I. C. d. quæst.2.causa 4. Accedit Iul.Clar.in §.fin.quæst.68.vers.lenones.23.

III. Regula:Incestus quoq; crimẽ hoc iudicio punitur. M I.C.d.quæst.2.causa 16.& M.I.P.d.q.1.causa 8.Declaratur definitione incestus d. causa 16. & d. causa 8. Accedit Iul. Clar.

Clar. in §.inceſtus,in prin. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi per ignorantiam facti inceſtus committatur Vill.P.68.

IIII. Regula, Inceſtus etiam committitur,ſi quis cum moniali rẽ habuerit,vel mulier cum clerico.d.§.inceſtus,in prin. ibi: ſed nunquid.vbi tamen in clerico controuertitur.

V. Regula; Si quis duas vxores ſimul habuerit, vel vna duobus ſimul nupta ſit:hoc iudicio coercetur. M. I.C.d.q.1. cauſa 18. & M. I. P.d.quæſt.1.cauſa 9. Accedit Iul. Clar. in §. fornicatio.verſ.dicitur etiam. 30.vbi de pœnis huius criminis agitur. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi per errorem & ignorantiam hoc ſit factum.M.I.C.d.cauſa 18.except.1. Accedit Iul. Clar.in §.fornicatio.verſ.ſed pone.31.

VI. Regula, Si mares cum maribus coierint:puniuntur. M.I.C.d.q.2.cauſa 19. Accedit Viu.lib.1. Sodomæ. Iul. Clar. in §. Sodomia.verſ.ſed quæro. 4.

VII. Regula, Si mulier cum muliere coierit: punitur apud Viu.lib.2.mulieres.& Iul.Clar.in §.fornicatio.verſ.inter mulieres. 29.

VIII. Regula, Si cum bruto animali coierit: punitur apud Iul. Clar. in §. fornicatio. verſ. cum animali. 27. Vide item J. reg. 36.

## QVIBVS ACCVSATIO ADVLterij competit?

IX. Regula, Maritus adulteræ iure mariti adulterij accuſationem habet.M.I.C. d. cap. 28. q. 3. reg.1. & M.I.P. d. cap. 15. de adulteriis, q. 2. reg. 1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi maritus poſt commiſſum adulterium cum vxore coierit. Iul. Clar.in §.adulterium. verſ.caueat etiam. 18. Soarez A. 85. Altera exceptio eſt: Niſi maritus vxorem dimiſſam reduxerit. M I. C. d. reg.1. except. 16. Accedit Viu. libro 2. adulteri, num. 5.

X. Regula, Hæres quoque mariti adulterij accuſationem habet. Vill.H.21.cum addit.

XI. Regula, Extraneis quoque poſt maritum & patrem adulterij accuſatio competit. M. I. C. d. q.3.reg.4. Quæ tamen regula hodie eſt mutata. Iul. Clar. in §. adulterium. verſ. eſt autem.4.

XII. Regula: Vxor adulteri accuſationem adulterij nõ habet. M. I. C. d.quæſt.3.reg.5.& M.I.P.d.q.2.reg.2. Accedit Viu. libr. 1. mulier non poteſt, num. 6.verſ. ergo quantum.

Cuius exceptio est: Nisi ciuiliter agat ad separationẽ thori & dotem lucrandam.d.vers.ergo quantum.

## APVD QVEM ADVLTERII accusatio competat?

XIII. Regula, Tam apud ciuilem quàm apud Ecclesiasticum iudicem hæc accusatio competit.Iul.Clar.in §.adulterium.vers.hoc crimen.6.item §.fin.q.37.vers. quæro nunquid,3.Soarez A.87.

## QVAMDIV COMPETAT adulterij accusatio?

XIIII. Regula, Intra quinquennium hæc accusatio competit:postea accusanti obstat præscriptio.M.I.C.d.cap. 28.q.2.except.17.Accedit Vill.D.55.in addit.ibi: adulterium autem.Iul.Clar. in §. adulterium.vers.vlt.& §. fin. quæst.51. vers. potest autem. Huius exceptio prima est: Nisi adulterium cum incestu sit admissum. M. I. C. d.except.17.replic.4. Accedit d.vers.vlt.in fine. Altera exceptio est: Nisi à die vltimi adulterij nondum excesserit quinquennium. Iul. Clar.in §.fin.quæst.51.vers.sed hic quæro.

## QVID VENIAT IN HAC ACCVSAtione, seu de pœna adulterij.

XV. Regula, Vitium fornicationis omnium maximum est scelus.M.I.P.d.cap.15.de adulteriis,quæst.3.reg.1.Accedit Viu.lib.2.adulteri,num.2.

XVI. Regula: Adulterij pœna capitalis est. M.I.C.d.cap. 28.q.7.reg.1.Accedit Villal.A.num.67.Viu.lib.2.adulteri,nu. 1.Iul. Clar.in §.adulterium. vers.sed quæro.7.in prin.Soarez A. 88. De iure tamen ciuili regula hæc est controuersa, vt refert Iul. Clar. d.vers.sed quæro. ibi: de iure autem ciuili, cum sequentib. vsque ad verba hæc, Sed quidquid. Huius exceptio est: Nisi cum sponsa, non vxore alterius commissum sit. Iul. Clar. d.§.adulterium. vers. sed hæc omnia 9. vbi additur replicatio talis:Nisi fuerit sponsa de præsenti.Planè consuetudine proposita regula est mutata,& pro pœna capitis imponitur pecuniaria,d.ver.sed quæro.ibi:sed quidquid. Item in quibusdam locis adulterium est impunitum.d.vers. sed quæro,ibi:quinimò. Item de iure canonico fornicationis pœna est arbitraria. Iul. Clar. in §. fornicatio. vers. sed quæro,3.in prin. Item excommunicatio. Iul.Clar.in §.adulterium

terium.verſ.ſed quæro.7.ibi:de iure autem canonico.

XVII. Regula, Stupri pœna eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, vel corporis coercitio cum relegatione. M. I. C.d.q.7.reg.2.Accedit Iul.Clar.in §.adulterium.verſi.tribus autem 2.ibi: cæterùm quando vir.& in §. ſtuprum. verſ. ſed quæro.3. ibi: de iure autem. De iure tamen canonico hæc pœna mutata eſt.de quo ǰ.reg.prox.

XVIII. Regula, De iure canonico ſtuprum committens vitiatam ducere ac dotare tenetur. Quæ regula approbatur M.I.P.d.cap.15.de adulteriis,q.3.reg.3.Accedit Iul.Cla. in d. verſ. ſed quæro.ibi: laicus autem. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi pater puellæ in matrimonium conſentire nolit: tunc enim dotem dando liberatur. M. I. P. d.reg.3. except. 1. Accedit d. verſ. laicus autem. Altera exceptio eſt: Niſi caſtigatus & excommunicatus in monaſterio, dum vixerit, pœnitentiam agere malit. M.I.P. d.reg.3.except.2. Accedit Iul.Clar.d.verſ.laicus autem. Tertia exceptio eſt: Niſi vitiata non ſit honeſtæ vitæ.d.verſ.ſed quæro.ibi:hęc autem omnia. Planè regula propoſita hodie non eſt in vſu, ſed vitiatam aut ducendo, aut dotando liberatur. d.verſ.ſed quæro. ibi: dicit autem, cum ſequentib.

XIX. Regula, Mulier adultera in monaſterio perpetuam pœnitentiam agere debet. M.I.C. d.q.7.reg.3. & M. I. P. d.q. 3.reg.4. Accedit Iul. Clar.in §. adulterium. verſ. ſed quæro. 7. ibi: præterea. item ibi. ſed hodie. Viuius lib. 2. adulteri, num.3.& 4.

XX. Regula, Inceſtus pœna eſt, in inſulam deportatio. M.I.C.d.q.7.reg.4.In cuius locum ſucceſſit pœna mortis.Iul. Clar.in §.inceſtus. verſ. ſed quæro.1. Soarez I. 25. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi clericus inceſtum commiſerit: is enim tantùm deponitur de iure canonico. d. verſ. ſed quæro.ibi:de iure autem. Altera exceptio eſt:Niſi committatur inceſtus per contractum nuptialem.d.verſ. ſed quæro. ibi: ſi verò committitur.Planè regula propoſita videtur vſu mutata, & pœna inceſtus in arbitrariam mutata, d.verſ.ſed quæro. ibi: ego vidi.

XXI. Regula, Si tutor pupillam ſuam corruperit, deportatur. M. I. C. d.q.7.reg.5. Accedit Iul. Clar. in §. fornicatio. verſ.cum pupilla.23.

XXII. Regula, Si mulier propriis ſeruis ſe iunxerit, punitur capite. M. I. C. d.q.7.reg.6. & M. I. P. d.quæſt.3.reg.8.

Accedit Iul.Clar.in d.§.fornicatio. verſ. mulieris. 20. & in §. fin.q.68.verſ.mulier.28.

XXIII. Regula, Secus obſeruatur, ſi dominus cum ancilla ſua rem habuerit.d.verſ.mulieris.20.ibi:non tamen.

XXIIII. Regula, Si nondum viripotentem virginem corrupit, punitur. M.I.C. d.q.7.reg.7. Accedit Iul. Clar.in §. ſtuprum.verſ.fuit aliquando. 9. vbi additur, hoc crimen diuerſimodè hodie puniri

XXV. Regula, Si Iudæus cum Chriſtiana rem habuerit, punitur apud Vill.I.118.Viu.lib.2.Iudæus coiens.Gabriel.lib. 7.concluſ. 21.Iul.Clar.in §. adulterium. verſ. pone ſtat ſtatutum.10.& in § fornicatio.verſ.cum Iudæis.26.

XXVI. Regula, Si Chriſtianus cum Iudæa rem habuerit, punitur.d.verſ.cum Iudæis, in fine.

XXVII. Regula, Si quis ſæpius cum eadem commiſerit adulterium: pro vnico adulterio punitur, nõ pro pluribus. Iul.Clar.in §.adulterium.verſ.ſed pone.11.Soarez A.84.

XXVIII. Regula, Poteſt item ob adulterium agi ad ſeparationem thori, & ad priuationem dotis & donationis propter nuptias.d.§.adulterium.verſ.alia quoque 12.

XXIX. Regula, De pœna illiciti concubinatus diſſerit Iul.Clar.in § fornicatio.verſ.de iure autem canonico.7.

XXX. Regula, Si cum moniali rem habuerit, punitur. M.I.P. d.q.3.reg.9. item lib.3.cap.11.de mulierib. Eccleſiaſticis, reg.9. Accedit Iul. Cla.in § fornicatio.verſ.cum moniali. 17.item §.fin.q.68 verſ.monialem 27.

XXXI. Regula, De pœna clerici vel ſacerdotis fornicãtis habetur M.I.P.d.q.3.reg.6. Accedit Vill.C.82.& 84.Viu. lib. 2. adulter clericus. item Clericus ob fornicationem. vbi controuertitur & diſtinguitur. Accedit item Iul. Clar. in §. adulterium. verſ.ſed quæro.7.ibi: clericus autem. item in §. fornicatio. verſ. ſed quæro. 3. cum verſ. ſequente. item in §. ſtuprum.verſ.ſed quæro.3.

XXXII. Regula, De pœna mulieris cum præſbytero fornicantis diſſeritur apud Iul. Cla.in §.fornicatio.verſ.cum præſbytero.18.

XXXIII. Regula, Si quis cum mortua rem habuerit, punitur.d.§.fornicatio.verſ.cum mortua.

XXXIIII. Regula, Si ſacerdos cum filia ſua ſpirituali ſeu pœnitentiali rem habuerit, punitur. M. I. P. d. quæſt. 3. reg.7. Accedit Viu. lib.2.clericus ob fornicationem, num.3.

Decla-

Declaratur ibid.num.4.

XXXV. Regula, Si sacerdos commatrem suam cognouerit, punitur.d.vers.clericus ob fornicationem, num.5.

XXXVI. Regula, De pœna Sodomiæ, & de non naturalib.luxuriis, habetur M.I.C.lib.23.cap.19.reg 10.& M.I.P. lib.5.cap.8.reg.48. Accedit Viu.lib.1.Sodomiæ.& lib.2. Sodomita.Iul.Cla.in §.Sodomia. Huc pertinet itẽ s̃. reg.8. Plures huiusmodi pœnas vide s̃.sub.singulis causis huius iudicij.

## ACTVS ET ADIVNCTA huius iudicij.

XXXVII. Regula, De dilationibus in hoc iudicio non facilè dandis cauetur M.I.C. d.cap.28.quæst.8.reg.3. Quod immutatum dicitur consuetudine apud Iul. Clar. §.fin.q.48. vers.sed nunquid.

XXXVIII. Regula, de probatione stupri. An per testes domesticos probetur, differit Iul. Clar. in §. stuprum. vers.quæro nunquid.2.

XXXIX. Regula, Si stuprator dicat puellam non fuisse virginem eo tempore, quo cum ea rem habuit: in dubio virgo fuisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Iul. Clar.in §.stuprum.vers.sed pone.4.

## ADFINIA HVIVS IVDICIJ remedia.

XL. Regula, Alij modi crimen adulterij in iudicium deducendi enumerantur apud Iul.Cla.in §.adulterium, in prin.

XLI. Regula, Videtur etiam actio ex stipulatu pœnalis competere, si adulter accusatori sub pœna promisit eum se non offensurum. Quod tamen remedium reprobatur apud Soarez A.92.

## VIII. DE FALSIS.

I. Regula, Falsi crimen publicum est. Hæc regula controuertitur apud Iul.Clar.lib.5.sentent.§.1.vers.sed nunquid. 4.item in §.falsum, in prin.

## EX QVIBVS CAVSIS FALSI accusatio competat?

II. Regula, Ex falsa commisso competit. M.I.C. lib.1. cap.19.q.in prin.& M.I.P.lib.1.cap.15.de falso, quęst.1.in prin. Quibus autem modis falsum committatur, definitur M.I.C. d.q.1.in prin.item definitur apud Iul Clar. in §.falsum vers.

ſciendum eſt.2. Planè propoſitæ regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſine dolo malo falſum ſit commiſſum. M.I.C. d. quæſt. 1.except.1.& M. I. P. d.quæſt.1.in fine. Accedit Iul.Clar.in d. §.falſum.verſ.excuſatur autem. 33. Altera exceptio eſt : Niſi falſum adiuuetur primordio veritatis. d.§.falſum.verſ.prætere a. 34. Tertia exceptio eſt : Niſi falſum commiſſum nemini obſit. Hæc exceptio eſt controuerſa, magis tamen approbatur apud Viu.lib.1.falſitas.item Teſtis falſum.verſ.vlt. item Teſtis vel notarij. Iul.Clar.in §.falſum.verſ.item excuſatur.35. Gabriel.lib.7.concluſ.5.num.1. Declaratur exemplis d.concluſ. 5. num. 2. vſque ad num.21. Replicatur d.num.21. vſque ad finem. Quarta exceptio eſt: Niſi in actu vel inſtrumento aliâs inutili falſum ſit commiſſum. Hæc exceptio præcedentis ſpecies eſt, & controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz. opin.80. Gabriel.lib.7.concluſ.5.nu.9. cum ſequentib.vſq; ad num.21. vbi etiam replicatur. Quinta exceptio eſt : Niſi in priuata ſcriptura falſum ſit commiſſum. Quæ controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib. 7.concluſ 5.num.2.cum duob.ſequentib. Sexta exceptio eſt: Niſi in ſuarum rationum libro falſum commiſerit. Quæ exceptio controuertitur & diſtinguitur d. concluſ.5. nu. 5.cum tribus ſequentibus. Iul. Clar. in §. falſum. verſ.item excuſatur.35.ibi:addit Socinus.

III. Regula : Falſum etiam committitur, ſi notarius in inſtrumento appoſuit quod verum non eſt : veluti numeratam eſſe pecuniam. Iul.Clar.in §.falſum.verſ.notarius autem, cum verſ.ſequente.

IIII. Regula, Item committitur falſum, ſi notarius ſolennitates requiſitas omiſit. d. §. falſum. verſ. pariter etiam.21. Gabriel.lib.6.de conſuetudiue, concluſ.3.num.7.& 8.

V. Regula, Si notarius ſuper re illicita inſtrumentum confecit, de falſo tenetur.d.§.falſum.verſ.adde quòd.22.

VI. Regula, Si notarius falsò negauerit ſe eſſe rogatum, de falſo tenetur.d.§.falſum.verſ.item notarius.

VII. Regula, Si raſit inſtrumentum, teneatur de falſo.d.§. falſum.verſ.abradens.25.

VIII. Regula, Si literas alienas aperit & reſignat, vt eas aduerſario oſtendat, de falſo tenetur. d.§.falſum. verſ. aperiens. 26.

IX Regula, Si falſo inſtrumento ſciens vſus ſit, de falſo tenetur.d.§.falſum.verſ.vtens falſo.18. Idem Clar.§.fin.q.62. verſ.

versi.sed quid si accusator.7.ibi; si tamen.

X. Regula: Si libros archiui publici corrupit, de falso tenetur. Vill.C.205.

XI. Regula, Scriptura multis modis de falso suspecta dicitur. Gabriel.lib.7.conclus.6.num.18.

XII. Regula, Si in testamento vel codicilis sibi aliquid adscripsit, de falso tenetur M.I.C.d.quæst.1.causa 14. Accedit Iul. Clar. in §.falsum.versi.adscribens.27.in princ. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi notarius per testes probauerit, legatum adscriptum sibi à testatore esse relictum.d.versi. adscribens.ibi: si tamen notarius. Cui videtur repugnare M.I.C. d. causa 14. except. 12. Altera exceptio videtur: Nisi in testamento nuncupatiuo sibi adscripsit. Sed reprobatur d. versi.adscribens.ibi: sed quid in testamento.

XIII. Regula, Si aliquem testari prohibuerit, de falso tenetur. Iul.Clar.in d.§.falsum.versic.prohibens.aliquem.28.

XIIII. Regula, Quot modis circa testes falsitas committatur, definitur apud Iul. Clar. in d. §.falsum versiculo sciendum.2.

XV. Regula, Falsi testimonij pœna definitur M.I.C. d.q. 1 causa 19. & M.I.P. d.cap.15.de falso, quæst.1. causa 5. Accedit Viu.libr.1. testis falsum. Gabriel.in §.falsum.versic.testis qui falsum.5. in princ. vsque ad verbum. Conuincitur. item versi.pœna autem.14.item.§.fina.quæst. 68. versic.falsum.13. Huius exceptio prima est: Nisi causa tantùm testimonij falsa sit, dictum verum. Gabriel.lib.7.conclus.33. num.8. Altera exceptio est: Nisi sine dolo malo, putans verum esse, falsum dixerit testimonium. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d. conclus.33. Tertia exceptio videtur: Nisi non iuratus testis falsum testimonium dixerit. Sed reprobatur apud Iul.Clar.in §.falsum.versi.tu scis.11. Quarta exceptio videtur: Nisi non probetur corruptus. Hæc exceptio reprobatur sub conditione d.§. falsum. versic. quæro. nunquid.12. Quinta exceptio est: Nisi extra articulos, seu extra negocium principale falsum deposuerit. Viu. lib.1.testis deponens extra.versi.vlt.item Testis falsum.versi.limitatúrque.Iul.Clar.in §.falsum. versi. sed quid si. 9. Sexta exceptio est in clericis & monachis, qui alia pœna ob falsum testimonium puniuntur. M.I.C. d.quæst.1. causa 19. in fine. & M.I. P. d causa 5. Accedit Iul.Clar. in §.falsum.versic. pœna. autem.14.in princ.

XVI. Regula, De falso etiam tenentur qui contraria testimonia deposuerint. M.I.C. d.quæstio.1. causa 20. Accedit Iul.Clar.in d.§ falsum.versi.testis.5.ibi : item si ipsemet contraria, cum sequentibus. Huius exceptio prima est: Nisi prius extra iudicium non iurati deposuerint, alterum in iudicio iurati. Hæc exceptio est controuersa per ea quæ tradit Viu.lib.1.testis dicens.Gabriel.lib 7.conclus.31.Iul. Clar. d.versi.testis.5.ibi : & in hoc proposito. Altera exceptio: Nisi non vnus sibi ipsi, sed plures testes sibi inuicem in testimonio contrarij sint. Iul.Clar.in d §.falsum.versi.conuincitur.6.

XVII. Regula, De falso etiam tenetur testis qui de negatiua deposuerit. Iul.Clar.in d.§ falsum versi.solet etiam.8. vbi etiam distinguitur.

XVIII. Regula, Si ob dicendum vel non dicendum testimonium pecuniã quis acceperit, de falso tenetur. M.I.C. d.quæst.1. causa 21. & M. I. P. d.quæst.1. causa 7. Accedit.Iul. Clar.in §. falsum. versic. sed qui econuersò. 13. vbi exceptio etiam ponitur talis : Nisi accipiens pecuniam verũ dixerit.

XIX. Regula, De falso etiam tenetur qui falsos testes produxit.d.§.falsum.versi.producens.4.

XX. Regula, Si sciens falso testimonio vtatur de falso tenetur.d.§ falsum.versi.vtens dicto.15.

XXI. Regula, de falso etiam punitur, qui falsam monetam cuderit, vel adulterauerit, vel alio modo circa monetam falsum commiserit. M.I.C. d. quæst.1. causa.23. Accedit Viu.lib.1.monetam falsam Imperatoris.Iul.Clar.in §.falsum. versi.dixi etiam.37. Quot autem modis circa monetam falsum committatur, declaratur d.versi.dixi etiam, in prin.

XXII Regula, Si falsam monetam expenderit, de falso tenetur.d.§.falsum.versi.expendens 38.

XXIII. Regula, Si nomen quis mutat, aut falsum nomen assumit: de falso punitur, M.I.C. d. quæst. 1. causa 27. Qua autem pœna puniatur, vide remissiue Viu.lib.2.nomina, num.1.ibi : & Bonifacius.Huius regulæ exceptio est:Nisi sine dolo malo nomen mutauerit. M.I.C. d. causa 27.except. 1. Accedit Viu.d.num.1.

XXIIII. Regula, Si illicitis insigniis vsus sit, de falsò tenetur. M.I.C.d.quæst 1.causa 28. Huius exceptio est: Nisi sine præiudicio alterius insigniis vsus sit. Viu. d. nomina, num.9.cum sequente. Hoc loco sciendum, quòd insignia adsumantur ad placitum.d. nomina, num.8.& 9. Nisi alterius

insignia

insignia in ipsius præiudicium, vt iam dictum est: vel nisi insignia dignitatis non habens dignitatem adsumat. d. nomina, num. 10.

XXV. Regula, Si eandem rem duobus separatim in solidum alienauerit, de falso tenetur. Iul. Clar. in §. falsum. vers. vendens. 29.

XXVI. Regula, Si aduocatus ab vna parte instructus, ad alteram transeat: de falso tenetur Soarez A. 107. Huius exceptio videtur: Nisi mutata instantia ad aliam partem transeat. Sed reprobatur Soarez A. 108.

## QVIBVS FALSI ACCVsatio competat?

XXVII. Regula, Cuilibet de populo falsi accusatio competit. de qua re vide s. reg. 1.

## QVID VENIAT IN FALSI accusationem, seu de pœna falsi.

XXVIII. Regula, Huius criminis pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio. M. I. C. d. cap. 29. quæst. 5. reg. 1. Cuius exceptio prima est: Si nummos aureos raserit, tinxerit vel finxerit: tunc enim ad bestias datur. M. I. C. d. reg. 1. except. 2. Accedit Viu. lib. 1. monetam radens. Altera exceptio, sumpta ex persona eius, cuius monetam cuderit, & ex materia monetæ, habetur apud Viu. libr. 1. monetam falsam Imperatoris, cum duobus sequentibus. & Iul. Clar. in §. falsum. versi. dixi etiam. 37. Tertia exceptio est: Nisi expenderit solùm falsam monetam. Viu. lib. 1. monetam falsam scienter. Planè pœna deportationis hodie non est in vsu: ideóque pro ea imponitur pœna statuti, vel arbitraria. Iulius Clar. in §. falsum. versi. sed quæro. 31.

XXIX. Regula, In iudicio falsum commissum punitur amissione causæ. Quæ regula approbatur & distinguitur d. §. falsum. versi. item propter. 32.

XXX. Regula, De pœna notarij falsum instrumentum conficientis, habetur d. §. falsum. versi. fabricans. 16.

## ACTVS ET ADIVNCTA huius iudicij.

XXXI. Regula, Quibus argumentis veritas vel falsitas inquirenda vel probanda sit, definitur. M. I. C. d. cap. 29. q. 7. reg. 2.

reg.2. Definitur item apud Iul.Clar. in §.falsum.versi.testis. §.ibi:conuincitur.item versi.conuincitur.6.& versi. pone.10.

XXXII. Regula, Sola suspicio sufficit ad falsum conuincẽdum. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. libr.7.conclus.6.& Iul. Clar.in § falsum.versic.tertia est.30. Vill.F.3.

XXXIII. Regula, Testibus dicentibus se precibus inductos falsum testimonium perhibuisse, credendum. Quæ regula est controuersa d.§.falsum.versi.subornans.3.

## IX. DE MALEFICIS & sortilegis.

I. Regula, Sortilegi & malefici puniuntur vltimo supplicio. M.I.C.lib.1.cap.30. quæst.1.causa 1. Accedit Iul.Clar.in §.fin.quæst.68. versi.sortilegi. 40. vbi dicitur, hanc pœnam hodie non esse in vsu. De his vide item infra eodem cap. de hæresi, reg.6.

## X. DE SIMONIA.

### EX QVIBVS CAVSIS competit hoc iudicium?

I. Regula, Prima atque generalis causa huius iudicij est, Simonia. M.I.P. lib.1.cap.16.quæst.1.causa 1. Declaratur hæc causa definitione Simoniæ d.causa 1. Accedit Iul.Clar.in §. Simonia,in prin. Simonia autem est ex criminibus exceptis. Iul.Clar.d.§.Simonia.versi.scias autem.11. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi Papa Simoniam commiserit. Vill. P.20.Iul.Clar. in d.§. Simonia.versic.quæro etiam.5. Huius replicatio est: Nisi talis sit species Simoniæ, quæ de iure diuino est prohibita.d.versic.quæro etiam. ibi: aut loquimur. Altera exceptio est: Nisi precibus saltem vel fauore quis ad sacros ordines sit promotus, nulla pecunia interueniente. Hæc exceptio est controuersa M.I.P. d.q.1.causa 9. Eius replicatio est: Nisi notoriè indignus digno sit prælatus. Iul. Clar.in d §. Simonia, in prin.ibi: illa verò. Tertia exceptio est: Nisi ministris vel notariis datum sit. Quæ tamen reprobatur M.I.P. d.q 1. except.3. Accedit Gabriel. lib.6 de legib. conclus.3.nu.23. Quarta exceptio est: Nisi in curia Romana datum sit. Iul.Clar.in §.Simonia.versi.item quæro.6. Quinta exceptio est: Nisi modicum quiddam datum sit. M.I.P. d. quæst.1.

quæst.1. except.7. Accedit Vill.S.62. in fine.& Iul. Clar. in d. §.simonia.versic.quæro nunquid 2. Sexta exceptio videtur: Nisi pro officio procurationis vel propositurae, non pro sacro ordine datum sit. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.P.d.quæst.1.exceptio.20. Accedit Clar.in d.§.simonia.versic. præterea quæro.4. vbi distinguitur. Septima exceptio est: Nisi pro concessione licentiæ docendi datum sit. Iul.Clar.d. §.simonia. versic.vlterius.3. Octaua exceptio est: Nisi spontè, non ex pacto aliquid datum sit. M.I.P. d.quæst.1. except. 28. Accedit Iul.Clar.. d §. simonia. versic.quæro nunquid.2. Gabriel.lib.6. de legibus, conclus.3. num.23. Vill.S.62.& 63. Nona exceptio est: Nisi statutum vel consuetudo loci aliquid dari permittat. Sed reprobatur M.I.P. d.quæst.1.excep. 29. Accedit Viu.lib.1.statutum,pactum,vel consuetudo.

II. Regula, Competit etiam iudicium Simoniæ, si precibus quis vel fauore ad sacros ordines sit promotus. Quæ regula controuertitur & distinguitur s.reg.prox.except.2.

## ADVERSVS QVOS ACCVsatio Simoniæ competat?

III. Regula, Tam dans quàm accipiens proposita accusatione tenetur. M.I.P. d.cap.16. quæst.3. reg.1. Accedit Viu. lib.2.simonia,num.3 ibi: statuentes insuper.

## APVD QVEM COMPETAT?

IIII. Regula, Apud iudicem Ecclesiasticum, non ciuilem competit.Iul.Clar.in §.simonia.versi.hoc crimen.7.

## QVID VENIAT, SEV DE pœna Simoniæ.

V. Regula, Is qui dedit deponitur, & sacerdotij honore priuatur. M.I.P. d.cap.26. quæst.4.reg.1. Accedit Iul.Clar.in §.simonia.versi.sed quæro. 9.cum versi.sequente. Huius exceptio est: Nisi pactio tantùm facta sit, re non secuta.d.§.simonia.versi. item clericus. 10.ibi: scias tamen.

## ADIVNCTA HVIVS IVDICII.

VI. Regula, Ex quibus præsumatur vel probetur simonia, definit Iul. Clar. in dicto §. simonia. versic. item scias. item Gabriel.libro primo, de præsumptionibus. conclus.13. num.13.& 15.

ADFINE

## AD FINE REMEDIVM huius iudicij.

VII. Regula, Simoniacus ipso iure & facto priuatus est beneficio, & excommunicatus. Viu.lib.2.simonia.

# XI. DE HÆRESI.

## EX QVIBVS CAVSIS HÆC accusatio competit?

I. Regula, Principalis atque generalis causa est, hæresis. M.I.P.lib.1.cap.17. quæst 3. causa 1. Declaratur definitione hæresis d.causa 1. Accedit Iul.Clar.in §.hæresis. versi 1. cum sequente. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi reus fuerit mortuus. Sed reprobatur M.I.P. d.quæst.3.except.gener.1. Accedit Iul. Clar.in d § hæresis. vers.item de crimine. 21. Secunda exceptio est: Nisi reus pœnitentiam agat, & ad fidem redeat. M.I.P.d.quæst.3.except.2. Accedit Iul.Clar.in d.§.hæresis.vers.sed quæro.8.ibi:cæterùm si hæreticus. & §. fin.quæst.60.vers.fui quandoque.21.ibi:sed neque ad euitandam. Huius replicatio prima videtur, quoad bona, quæ ipso iure confiscata sunt, recipienda. Sed reprobatur d. vers.sed quæro, in fine. Altera replicatio est: Nisi cum reus hæresin antea abiurasset, postea in hæresin sit relapsus: hoc enim casu pœnitentiæ amplius locus non est. M. I. P. d. except. 2. repl.1. Accedit Iul. Clar.d.vers.sed quæro. ibi: item intellige nisi esset. Tertia replicatio est, quòd etiam pœnitens hæreticus ad perpetuos carceres dãnetur.d. vers. sed quæro. ibi: cæterum si hæreticus. Quarta replicatio videtur: Nisi post sententiam dictam pœnitere incipiat. Hæc replicatio est controuersa apud Iul. Clar.in d.§.hæresis.vers.sed vsque. 9. Quinta replicatio est: Nisi conuictus de hæresi negauerit. se ita credidisse.d.§. hæresis. vers. & nota.10. Sexta replicatio est: Nisi pœnitens nolit ea præstare, quæ ei per sententiam sunt iniuncta. d. §. hæresis vers.idem etiam.11. Huius duplicatio est: Nisi non sæpius monitus sit, vt ea præstet quæ ei sunt iniuncta.d.§ hęresis.vers.vnum tamen.12. Septima replicatio videtur: Nisi apostata pœnitentiam agat. Sed reprobatur Soarez A.190. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi reus non sit pertinax in suo errore.d.§. hæresis. vers. ad hoc autem. 2. ibi: item quòd sit pertinax Quarta exceptio est: Nisi reus sit occultus hæreticus. d.§. hæresis.

hæresis.vers.quæro an 23. Quinta exceptio est: Nisi reus sit Iudæus, Paganus, vel similis non baptizatus. d. vers. ad hoc autem. 2. in prin.

II. Regula, Apostata etiam hoc iudicio tenetur, & qui Christum abnegauerit. M.I.P.d.quæst.3. causa 2.& causa 18. Cuius exceptio est: Nisi suppliciis victus, ore quidem neget, corde verò credat. M. I. P. d.causa 18.except. 1. Accedit Iul.Clar. in §.hæresis.vers.sed nunquid.3.

III. Regula, Hoc iudicio tenetur excommunicatus, qui ob suam contumaciam per annum in excommunicatione perseuerauerit. M.I.P.d.quæst.3. causa 5. Accedit Viu. lib.2. excommunicatus pro quacunque.

IIII. Regula: Si de fide dubitat, tenetur. Cuius exceptio est: Nisi non sit pertinax in sua dubitatione. Iul. Clar. in §.hæresis.vers.ad hoc autem, in fine.

V. Regula, Si imagines baptizauerit, si rebaptizauerit pueros, &c. tenetur. d.§.hæresis.vers.sed hic incidenter. 24.

VI. Regula, Si inuocat dæmones, si sortiligus sit diuinator, vel maleficus. Quæ causa approbatur & distinguitur d.§.hæresis.vers.successiuè.25.

## ADVERSVS QVOS HÆC ACcusatio competat?

VII. Regula, Aduocati quoque & procuratores hæreticorum puniuntur. M.I.P. d. cap.17.quæst.8.reg. 17. Accedit Soares A. 95. Iul. Clar.in §. hæresis. versic. vlterius. 19. vbi etiam distinguitur.

## APVD QVEM COMPETAT?

VIII. Regula, Ecclesiasticus, non laicus iudex competens est. M.I.P.d.cap.17.quæst.5.reg. 1. Accedit Vill. A. 42. & Iul. Clar. in d.§.hæresis.vers. hoc crimen. 4.

IX. Regula, Episcopo loci regulariter inquisitio hæreticæ prauitatis competit. M.I.P.d.q.5.reg.2. Accedit Iul.Clar. d.§.hæresis.vers.sed quis inter.6.

## QVID VENIAT, SEV DE pœna hæresis.

X. Regula: Vltimo supplicio hæretici afficiendi non sunt. M.I.P.d. cap.17.quæst.6.reg.3. Sed hodie comburuntur Iul.Clar.d.§.hæresis.vers.sed quæro.8.

XI. Regula, Excommunicati traduntur iudici sæculari

arbitrio eius puniendi. M.I.P.d.q.6.reg.7. Accedit Iul. Clar. d. §.hæresis.vers.ſcias tamen.7.

XII. Regula, De quadruplici pœna hæreticorum diſſeritur apud Villal.H.42.in adddit.

## ADIVNCTA PROPOSITÆ ACCVſationis & inquiſitionis.

XIII. Regula, De modo procedendi in hoc iudicio canetur M.I.P.d.ca.17.quæſt.7.reg.3. De eodem habetur apud Iul. Clar. in §.hæreſis.verſ.ſed quis inter.6.

XIIII. Regula, Hæreſis per duos teſtes probatur. Vill. H 40.Iul.Clar.in d.§.hæreſis.verſ. habet etiam.20.vbi plura de probanda hæreſi adfert.

## EVENTVS HVIVS IVDICII.

XV. Regula, Iudex ſæcularis, cui executio mandatur, denuò de cauſa hæreſis cognoſcere non poteſt. Quæ regula eſt controuerſa apud Turz. opin. 175. Vill. H.41.& 42.in addit.ibi: quo verò. item l. 110. cum addit. Iul. Clar. in §. hæreſis.verſ. & ſcias.5.

XVI. Regula, Confiſcantur bona damnati. M. I.P.d.ca. 17.q.8.reg.3 Accedit Viu.lib.2.confiſcari,num.1.ibi;ac etiam in crimine. Huius exceptio prima eſt: Niſi ſententia de hęreſi nondum lata ſit. Viu. d. confiſcari.2. Altera exceptio videtur: Niſi damnatus filios habeat catholicos. Sed reprobatur apud Iul. Clar.in §.hæreſis.verſ.& ſcias.14.

XVII. Regula, Cui bona damnati cedant, & quorum expenſis inquiſitio facienda, cauetur M.I.P.d.q.8.reg.4. De eadem re diſſerit Iul. Clar.in §. hæreſis. verſ. item bona. 13.

XVIII. Regula, Filij hæreticorum illis non ſuccedunt: auis tamen Catholicis ſuccedunt. Vill.F.127.in addit. Hæc regula & aliæ ſimiles, quibus filij hæreticorum puniuntur, exceptionem videntur recipere in filiis ante hæreſin natis. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Iul.Clar.in d. §. hæreſis.verſic.quæro nunc.17.

XIX. Regula, Hæreticis non eſt ſeruanda fides. Iul. Clar. in §. hæreſis.verſ.præterea hæreticis.18. Plures huiuſmodi euentus & pœnas hæreticorum vide remiſſiuè in d.§. hæreſis.verſ.vlterius. 19.in fine.

## DE IVDÆIS SPECIALIA.

XX. Regula, Iudæorum filiis inuitis parentibus baptizandi non ſunt. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur

approbatur apud Viu. lib. 2. Iudæorum filij.

XII. DE BLASPHEMIIS.

I. Regula, De blasphemiis cauetur M.I.C.lib.23.cap.vlt. reg. 9. Accedit Iul. Clar. in §. blasphemia. & Soarez B. 26. cum num. sequente.

XIII. DE VSVRIS.

I. Regula, Vsura vtroque iure prohibetur. M. I. P. lib.1. cap. 19. in prin. Accedit Iul. Clar in § vsura.vers. sciendum est.3. An autem iure ciuili sit prohibita,controuertitur d.§. vsura vers. difficultas.4. Villal. V.67.

EX QVIBVS CAVSIS ACCVSATIO proposita competit?

II. Regula, Si quis vsuras exerceat,hoc iudicio tenetur. M.I.P.d.cap.19.quæst.2.causa 1 Declaratur definitione vsurarum d.causa 1. Alia definitio habetur apud Iul. Clar. in §. vsura.vers.1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi Iudæus vsuras exerceat. Sed reprobatur M.I.P.d.quæst.2. except.1. Accedit Iul.Clar.in d.§.vsura.vers.hæc autem. Altera exceptio est:Nisi census annuus in prædio emptus sit cum pacto de retrouendendo M.I.P d.q.2.except.8.Accedit Vill. A.103. & Soarez A. 180. Tertia exceptio est: Nisi creditor sortem non possit repetere quando velit. Viu.lib.1.vsurarius.ibi: & accedit quoque prædictis. Quarta exceptio videtur.Nisi statutum vel cõsuetudo loci vsuras permittat. Sed reprobatur M.I.P.d.q.2.excep.11.Admittitur tamen,si pro dote,donec ipsa restituatur,vsuras stipulari permissum sit. Quæ tamen distinctio controuertitur, sed magis approbatur apud Viu.libro 2. consuetudo seu statutum. Quinta exceptio est: Nisi pro dote non soluta vsuras exegerit. Quæ exceptio est controuersa apud Viu. d.consuetudo.vers.vlt.

III. Regula,Si quis plus iusto pretio rem suam vendiderit ob dilatam pretij solutionem,hoc iudicio tenetur.M.I.P. d. quæst. 2. causa 4. Accedit Viu. lib.1 .vsurarius. vers. item occurrit quod.

IIII. Regula,Si mercator ante moram restituendæ pecuniæ de interesse pactum fecerit,hoc iudicio tenetur. Viu. d. vsurarius. vers.& vlterius nota.

APVD QVEM HÆC ACCVsatio competat?

V. Regula, Apud iudicem Ecclesiasticum, non ciuilem

 competit.

competit. Quæ regula approbatur sub conditione apud Vill. V.72.Viu.lib.1.iudex laicus. Controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. fin. quæst. 37.vers.quæro igitur. Excipitur apud Iul.Clar.in §.vsura.vers.hoc crimen.¥.

## QVID VENIAT, SEV DE pœna vsurarum.

VI. Regula: Vsurarius criminaliter puniri non potest. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.7.conclus.20.Iul.Clar.in §.vsura.vers. & ex hoc. 5.

VII. Regula. Vsurarius punitur extra ordinem arbitrio iudicis.Iul.Clar.in d.§.vsura.vers.sed quæro. 10.

## EVENTVS.

VIII. Regula: Vsurarius testamentum facere prohibetur.M.I.P.d.cap 19.q.6.reg.2.De qua re vide j.lib.4.cap.2. reg. 7. except. 14.

IX. Regula, Vsurarius bona sua omnia,vel pro maiore parte donare non potest, nisi cauerit de restituendis vsuris. Vill.V.70 Cuius exceptio prima videtur: Nisi mortis causa donauerit. Quæ tamen est controuersa apud Viu.libro 1. vsurarius.ibi:fallit ista. Altera exceptio est in donatione inter viuos pro minore parte facta.Viu.d vsurarius.ibi: limitatúrque quartò.Vide item de regula proposita j.d.except. 14. replic.5.

X. Regula, Vsurarius per Ecclesiasticum iudicem punitus,nihilominus per ciuilē iudicem puniri potest.Vill.V.71.

## ADFINIA REMEDIA HVius iudicij.

XI. Regula, Actio hypothecaria ex tacita hypotheca pro vsuris restituendis competit. Vill. V.69. Viu. libro 1. vsurarius. ibi: similitérque occurrit. Hæc de iudiciis publicis tam in genere,quàm in specie,sint dicta.

FINIS LIBRI PRIMI.

# METHODI IVRIS CONTROVERSI LIBER II.

## DE IVDICIIS PRIVATIS.

### *DESCRIPTIO IVdiciorum generalis.*

### *CAP. I.*

#### I. VBI EXERCENDA iudicia.

PRIMA regula: Vbi iudex voluerit, exerceri possunt. M. I. P. lib. 2. cap. 1. quæst. 2. reg. 2. Accedit Villal. D. 31.

II. Regula: Non nisi in sua diœcesi prælatus iudicia exercere debet. M. I. P. d. q. 2. reg. 3. Cuius exceptio est: Nisi aliquis beneficio sit priuandus: hoc enim casu etiam extra suam diœcesin constitutus prælatus iudicare potest. Vill. E. 100.

#### II. QVANDO EXERCENda iudicia?

I. Regula, Diebus feriatis iudicia non exercenda. M. I. C. lib. 2. cap. 1, quæst. 2. reg. 1. & M. I. P. lib. 2. cap. 1. quæst. 3 reg. 1. Cuius exceptio prima videtur: Nisi libellus offeratur diebus feriatis. Quæ exceptio reprobatur sub conditione Fichard. in addit. 1. ad Baptist. à Vill. L. 122. Altera exceptio videtur in caussis, in quibus statuto permissum est, nulla iuris solemnitate seruata procedere. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. statutum disponens vt per iudicem, opin: 271.

## III. QVAMDIV EXERcenda iudicia?

I. Regula, Causæ intra triennium finiri debent. M. I. C. d. cap. 1. quæst. 3. reg. 2. Quod iure pontificio mutatum est. M.I.P.d.cap.1.quęst.4.reg 2. Accedit Vill.I.60.cum addit.Iul. Clar. in §. fin. q.51. vers. alia etiam.8.ibi: & scias. Licet ergo vltra viginti vel triginta annos in vna causa procedere, secundum ius canonicum. Quo iure vtimur: quia prima iudicandi principia ignoramus. Planè mutatio hæc non habet locum in causis criminalibus, in quibus non vltra biennium licet procedere. de quo s. lib. prox. cap. 6. reg. 23. dictum est. Quod iure pōtificio non est immutatū: vt testatur Iul.Clar.in d.vers.& scias. Et aduersus cursum instantiæ non admittitur exceptio hæc, Si per iudicem steterit. Vill. I. 61. Pars tamen restituitur. d.61. plura de cursu instantiæ vide apud Villal. I. 60. in addit. in fine.

## III. CAVSÆ EX QVIBVS IVDIcium soluitur vel finitur.

I. Regula: Finitur iudicium per cursum instantiæ. de quo iam dictum est.

II. Regula: Non finitur per mortem litigatoris, sed continuatur in hæredem: nisi hæres clericus sit. Fichard. in addit. ad Vill.I.61.

## V. ANTECEDENTIA ET ADiuncta iudiciorum.

I. Regula: Lite pendente nihil est innouandum. M.I.P.d. cap.1. quæst.5. reg. 1. Declaratur definitione litis pendentiæ d. reg.1. Accedit Turz.opin.128. Vill.C.52. in addit. Fichard. ibi: nec tamen. & L. 131. in addit. Fichard. Gabriel.lib. 5. de adquir.possess.conclus.6. vbi etiam distinguitur.

II. Regula: Quæ causæ ante alias sint agendæ, vide j. lib. eod. de ordine cognition.

## VI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: adfine iudiciorum remedium videtur esse priuata vindicta, & quòd quis propria authoritate rem occupare possit. Quod tamen reprobatur l.nullus. 13. C. de Iudæis & cœlicolis. Huius reprobati remedij exceptio prima est: Nisi statuto permittatur. Viu. libro 1. statutum disponens

quòd

quòd bannitus non possit. ibi : & nota quod præfatum. Altera exceptio est : Nisi pacto conuenerit, vt liceat rem propria authoritate occupare. Cuius replicatio est: Nisi singularis successor vi huius pacti rem occupare vellet. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5 de adquir. possess. conclus. 8. Tertia exceptio est : Nisi testator in testamento hanc facultatem legatario dederit, vt posset rem propria authoritate occupare. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 68. Quarta exceptio videtur : Nisi ipso iure res commissa dicatur, vel ad dominum reuerti. Hæc exceptio reprobatur teste Fichard. ad Villal. I. 96. in addit. quæ incipit, ipso iure De qua re vide j. lib. vltimo. cap. penul. in verbo Ipso iure.

II. Regula: Ad fine quoque iudiciorum remedium videtur ius repressaliarum. de quo apud Villal. R. 30. Viu. lib. 2. captus. & in verbo Nomina, num. 1. ibi : & Aduerte hic.

## DE IVDICE ET NOTARIIS.

## CAP. II.

### I. DIVISIO IVDICVM.

Prima regula. Diuiduntur iudices in ordinarios & delegatos. de qua diuisione cum differentia ordinariorum & delegatorum annotatum s. libr. prox. cap. 5. reg. 17. Ordinatus iudex est Dominus inter vasallos. Iul. Clar. in §. feudum, quæ. 90. vers. sed nunquid.

Delegatus iudex est arbiter statuarius. Viu. lib. 2. arbitri statuarii.

### II. DE COMPETENTIA IVdicis, & exceptionibus aduersus iudicem.

Regulariter quidem iudex competẽs præsumitur, nisi probetur incompetens. Qui ergo iudicem incompetens dicit, ei necessitas probandi incumbit. Quæ probatio consistit in exceptionibus sequentibus, quas ad tria genera redigit Iul. Clar. in §. fin. q. 35. in prin.

I. Exceptio : Nisi iudex minor sit ætate. M. I. C. libro. 2. cap. 2. quæst. 1. except. 6. & M. I. P. lib. 2. cap. 2. q. 2. exceptione 3. Accedit Viu. libro 1. pupillus, numero. 12.

II. Exceptio Nisi causa ipsum iudicem vel eius domesticos contingat. M.I.C.d.quæst.1.except.10. & M.I.P. d.quæst. 2.except.7. Accedit Iul. Clar.in §.fin.quæst.35.vers.vltim.ibi: & in omnem casum. Huius replicatio prima est: Nisi iudici facta sit iniuria tanquam iudici, non tanquam priuato: tunc enim de ea potest cognoscere. Iul. Clar. d. vers. vlt. in princ. Altera replicatio est: Nisi iniuria iudici illata esset notoria. d.vers.vlt.ibi: bene verum est. Cuius duplicatio est: Nisi iniuriæ non ordinaria, sed arbitraria pœna imposita esset. d. vers. vlt. ibi: quod intellige.

III. Exceptio: Nisi prælatus in causa suæ Ecclesiæ iudex sit. Viu.lib.1. suspectus allegari. item in verbo Testes de collegio.vers. vlt.

IIII. Exceptio: Nisi causa vasallum vel suffraganeum iudicis contingat. dicto suspectus. vers. item potest repelli.

V. Exceptio: Nisi iudex inimicus sit rei conuenti. M. I.P. d. q. 2. except. 9. Accedit Villal. I. 47. vbi etiam replicatur.

VI. Exceptio: Nisi iudex sit criminosus. Quæ exceptio controuertitur M. I.P.d. q.2. except.10. Accedit Iul.Clar.§ fin. quæst. 43. vers.item quæro. vbi magis reprobatur.

VII. Exceptio: Nisi causa alij sit commissa: hoc enim casu iudex ordinarius se intromittere non debet. Cuius replicatio est: Nisi declarando, non definiendo se intromittat. Gabriel.lib.6.de regulis iur.conclus.3.num.44.

VIII. Exceptio, Nisi Ecclesia vel clericus agat: hic enim ad suum iudicem reum in ius vocare potest. Quæ exceptio est controuersa M. I. P. d.q.2.except.19. Accedit Iul. Clar.in §.fin.quæst.36.vers.quæro quid si.

IX. Exceptio: Nisi pœnitens agat vel conueniatur: hic enim ad Ecclesiasticum iudicem pertinet. M. I. P.d.quæst.2. except.20. Accedit Iul.Clar.§.fin quæst.35.vers. fuit aliquando.vbi etiam replicatur.

X. Exceptio: Nisi reus conuentus non ibi, vbi conuenitur, domicilium habeat.M.I.C.d.quæst.1.except.15. & M.I.P. d. quæst. 2. except. 21. Cuius replicatio prima est: Nisi ibi, vbi conuenitur, contractum sit, vel negocium ex quo agitur, gestum. M. I. C. d. except. 15. repl. 6. Accedit Turz. reg. 89. Altera replicatio est: Nisi reus ibi, vbi conuenitur, se soluturum constituerit. M.I.C.d.except.15.repl.7.& M.I.P. d.exce. 21.repl.3. Accedit Viu.lib.1.debitor promittens. & Vill. S. 85. Cuius duplicatio videtur: Nisi non ibi deprehendatur. Sed reproba-

reprobatur d. S. 85. Tertia replicatio est: Nisi debitor promiserit se soluturum certo loco & die: tunc enim non soluens potest vbique conueniri. Viu. d. debitor promittens. Quarta replicatio videtur: Nisi arbitraria actione agatur. Quæ replicatio est controuersa, magis tamen reprobatur apud Villal.A.42.in addit.ibi:& nota.

XI. Exceptio: Nisi reus pari vel maiori dignitate præditus sit quàm iudex. M.I.C. d.quæst.1.except.22. & M.I.P. d. quæst. 2. except. 22. Accedit Vill. I. 172. Huius replicatio est: Nisi reus vltrò se ipsius iurisdictioni subiiciat. M. I. C. d.except.22.repl.1. Accedit Vill.P. 355. Huius duplicatio est in iis quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, Vill. M. 1.

XII. Exceptio: Nisi Papa conueniatur: hic enim apud concilium est conueniendus. Iul.Clar.in §.fin.quæst.35.vers. sed retenta.

XIII. Exceptio: Nisi Imperator cōueniatur.d.quæst.35. vers.successiuè quæro,cum vers.sequente.

XIIII. Exceptio: Nisi Rex conueniatur,vel alius Princeps qui superiorem non recognoscit.d.quæst. 35. vers. item quæro, cum vers.sequente.

XV. Exceptio: Nisi Cardinalis conueniatur. d. q.35. vers. quæro etiam.

XVI. Exceptio: Nisi Patriarcha, Archiepiscopus vel Episcopus conueniatur.d.q.35.vers.vlterius quæro.

XVII. Exceptio: Nisi famuli, domestici, familiares ac subditi Cardinalium conueniantur, hi enim ad domini sui iuridictionem pertinet.d. quæst.35.vers. excipiuntur tamen.

XVIII. Exceptio: Nisi familiares seu famuli clericorum vel aliorum priuilegiatorum conueniantur: hi enim ad priuilegiatam iurisdictionem pertinent. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d. quæst. 35. vers. quæro nunquid.Vill.F.13.

XIX. Exceptio: Nisi is qui bona sua monasterio vel alij loco religioso dedit, conueniatur: hic enim ad Ecclesiasticum iudicem pertinere videtur,quamuis habitum non mutauerit. Sed reprobatur d.q.35.vers.sed pone.

XX. Exceptio: Nisi reus officialis sit, seu in aliquo officio constitutus. d.quæst.35. vers. prætereaquæro. Huius replicatio prima est: Nisi ex alia causa,quàm quæ ad officium eius pertinet, agatur. Quæ replicatio reprobatur consuetudine d.quæst.35.vers.sed hic incidenter.Altera replicatio est:

Nisi ex eo quod ante vel post officium commissum est, agatur.d.vers.sed hic.ibi:cæterum de his.

XXI. Exceptio: Nisi scholaris conueniatur. d. quæst.35. vers.quæro nunc quis.

XXII. Exceptio: Nisi Iudæus conueniatur: hic enim ad Ecclesiasticum iudicem pertinere videtur. Sed reprobatur d.q.35.vers.modò quæro.

XXIII. Exceptio: Nisi miles conueniatur: hic enim apud magistrum militum est conueniendus.M.I.C. d.quæst. 1.except.36.Accedit d.q.35.vers.quæro modò.Huius replicatio videtur: Nisi de crimine agatur.d.except.36. repl.6. Sed reprobatur d. vers. quæro modò. Plures huius exceptionis replicationes vide d.vers.quæro modò.

XXIIII. Exceptio: Nisi causa de qua agitur, sit Ecclesiastica: hæc enim ad ciuilem iudicem non pertinet. M.I.P. d.quæst.2.excep.27.Accedit Viu.lib.1.iudex laicus.vbi etiam species Ecclesiasticarum causarum enumerantur. Sed & eius species est, causa vsurarum. Quæ tamen controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.§.fin.quæst.37. vers. quæro igitur. De qua re vide item s̃.lib.proximo.ca.vlt.de vsuris, reg. 5. Item eius species est, causa adulterij. d.q.37. vers. quæro nunquid. Quæ tamen species ibidem dicitur esse vtriusque fori. Item Ecclesiastica causa dicitur esse concubinatus. Sed & hæc species controuertitur d.quæst.37.vers.quæro etiam. Item crimen Sodomiæ Ecclesiastica causa dicitur d. q.37. vers.item quæro. Item crimen sacrilegij. Quæ tamen species est controuersa d. quæst. 37. vers. vlterius quæro. Item crimen sortilegij: quod tamen est vtriusque fori. Iul. Clar. in §.hæresis.vers.succesiuè quæro.Item Ecclesiasticæ causæ species est, si bona ecclesiæ dicantur occcupata.Gabriel.lib. 5.de restitut.spoliator. conclus. 1. num. 118. Planè propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in ciuilem iudicem sit compromissum.Viu.lib.2.compromitti possunt.

XXV. Exceptio: Nisi quantitas petita minor sit, vel excedat iurisdictionem iudicis apud quem reus conuenitur. M. I. C.q.1. except. 47. Cuius replicatio est: Nisi quantitas non vnius sit actionis, sed plurium.d.except.47.repl.4. Accedit Villal.C.108.

XXVI. Exceptio: Nisi alibi contractum sit, vel crimen commissum. M. I. C. d.q.1. except. 48. de quo annotatum s̃. except.10.repl.1.& s̃.lib.prox.cap.6.reg.15.except.3.

XXVII.

XXVII. Exceptio: Nisi causa alij sit delegata. de qua vide s. lib. prox. cap. 5. regu. 26. except. 15. Cuius replicatio est: Nisi ante citationem ab ordinario factam delegatio iudici delegato non fuerit præsentata. Turz. reg. 44. Plures replicationes vide d. except. 15.

XXVIII. Exceptio: Nisi in Ecclesia crimen sit commissum: hoc enim casu tanquam Ecclesiastica causa non videtur pertinere ad ciuilem iudicem. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. in §. fin. quæst. 38. versi. vidi etiam.

## REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Hactenus exceptiones enumeratæ sunt, quæ ad forum declinandum & iudicem recusandum à reo conuento possunt opponi. Sed & eædem actori replicanti aduersus iudicem, ad quem reus in sua fori præscriptione prouocat, competere possunt. Quarum supersunt aliquot replicationes generales hoc loco subiiciendæ.

I. Replicatio: Nisi plures sint rei diuersi fori: hoc enim casu omnes ad vnum iudicem pertinent, quamuis singulis non competentem. M.I.C. d. quæst. 1. repl. gener. 1. & M.I.P. d. quæst. 2. repl. gener. 1. Hoc autem casu ad digniorem sunt vocandi: veluti si clerici & laici sint, omnes ad Ecclesiasticum iudicem pertinent. M.I.P. d. repl. 1. Accedit Iul. Clar. §. fi. q. 36. versi. euenit plerunque. vbi tamen subiicitur, quòd consuetudine diuidantur quilibet ad suum iudicem.

II. Replicatio: Nisi is qui fori præscriptionem opponit, non principaliter conueniatur, sed ad defendendum reum iudicium suscipiat: veluti si venditor in rem suam procurator factus emptorem defendat. M.I.C. d. quæst. 1. replic. gener. 2. Accedit Fichard. in addit. 3. ad Baptist. à Vill. N. 14.

III. Replicatio: Nisi reus lite pendente alterius fori esse cœperit. M.I.C. d. quæst. 1. repl. generl. 3. & M.I.P. d. quæst. 2. replic. gener. 2. De qua vide plura apud Gabriel. lib. 2. de iudiciis, conclus. 1.

IIII. Replicatio: Nisi is qui fori præscriptionem obiicit, reo conuento successerit. M.I.C. d quæst. 1. repl gener. 4. Huius duplicatio prima est: Nisi clericus vel Ecclesia reo successerit. Quæ duplicatio est controuersa apud Vill. C. 70. in addit. & 72. in addit. Fichard. Viu. libr. 2. clericus Ecclesia. vbi magis approbatur. Altera duplicatio est: Nisi fiscus reo successerit.

ſucceſſerit. Et hæc duplicatio eſt controuerſa apud Viu.lib. 2. his inchoata.

V. Replicatio: Niſi in cauſa reconuentionis actor reconuentus fori præſcriptionem obiiciat. M.I.C. d. quæſt.1.repl. gener.5.& M.I.P. d.quæſt.2.repl. 3. Accedit Vill.C. 72. Huius duplicatio prima videtur: Niſi lis in cauſa conuentionis fuerit conteſtata. Sed reprobatur Viu.libr.1.reconuentioni. ibi: & aduerte quòd. Altera duplicatio eſt: Niſi clericus apud ciuilem iudicem reconueniatur. Iul. Clar. §. fin.quæſt. 36.verſi.& hæc quidem.

VI. Replicatio: Niſi teſtis apud non ſuum iudicem falſum dixerit teſtimonium: de eo enim ab eo, quamuis non ſuo iudice, puniri poteſt. M.I.C. d.quæſt.5.repl.6.& M.I.P.d. quæſt.2.replic. 4. Cuius duplicatio prima eſt: Niſi clericus apud ciuilem iudicem falſum dixerit teſtimoium. Quæ duplicatio eſt controuerſa apud Viu.lib.2.clericus productus. & Iul.Clar.§.fin. quæſt.38. verſi.ſed hic quæro.14. Approbatur apud Viuium lib.2.teſtem exemptum;num.4. Altera duplicatio eſt: Niſi apud delegatum iudicem falſum dixerit teſtimonium. tunc enim ad ordinarium remitti debet puniendus. Approbatur & diſtinguitur apud Viu.lib.2.teſtem exẽptum. Iul. Clar. §.fina.quæſt.38.verſic.ſed quæro. ibi: aut eſt iudex delegatus. Tertia duplicatio eſt quoad pœnam ordinariam, qua teſtis ille puniri non poteſt à non ſuo iudice.d. verſic.ſed quæro, in princ.& in fine. Quarta duplicatio videtur: Niſi laicus apud Eccleſiaſticum iudicem falſum dixerit teſtimonium. Sed reprobatur d.quæſt.38.verſi.quæro nunc.

VII. Replicatio: Niſi iudex ordinarius cauſam ſuſcipere nolit, vel iuſtitiam denegauerit. M.I.C. d.quæſt.2.replic.5. Cuius duplicatio eſt: Niſi ordinarius non fuerit requiſitus. Villal. A. 108.

VIII. Replicatio: Niſi apud iudicem Eccleſiaſticum quis conueniatur: apud hunc enim fori præſcriptioni locus eſſe non videtur. M.I.P. d.quæſt.2.repl.gener.6. Contradicit Viu.lib.1.ſuſpectus allegari.

IX. Replicatio: Niſi quæſtio cui iudex non competenti quæſtioni incidat. M. I. C. d.quæſt.1.repl.13. & M.I.P. d..q.2. repl.7. Accedit Villal.P. 291. in addit.ibi: & nota vnum. Huius replicationis duplicatio prima eſt: Niſi cauſa eccleſiaſtica ciuili incidat: hæc enim quamuis apud ciuilem iudicem incidat, tamen ad eius cognitionem nõ pertinet. M.I.P.

d.repl.

d.repl.7.duplic.1. Accedit Turz.opin.90. versic. si verò spiritualem. Huius triplicatio est: Nisi causa Ecclesiastica in facto, non in iure consistat.d. opin.90.in princ. Villal.C.124.in addit.ibi; & nota etiam item Villal.I.107. item 108. cum addit. Huius quadruplicatio prima est: Nisi ciuili iudici ab Ecclesiastico fiat inhibitio.dict. 107. Altera quadruplicatio est: Nisi facti quæstio vlteriore discussione opus habeat. Villal.I.108.

X. Replicatio: Nisi causa sit connexa causæ competenti. Viu.lib.1.iudex laicus, in fine.

XI. Replicatio: Nisi in præparatoriis iudicauerit: hoc enim casu etiam in causa principali potest iudicare. Villal. I.104. Cuius exempla sunt apud Viu.lib.lib.1.iudex si aditus.

XII. Replicatio: Nisi reus fori præscriptioni renunciauerit. M.I.C.d.quæstio.1.replic.14.& M.I.P. d.quæst.2.replic. 8. Cuius duplicatio est: Nisi renunciantem pœnituerit. Villal. P.351.

XIII. Replicatio: Nisi reus promiserit vt posset conueniri vbicunque locorum. Viu.lib.1.debitor promittens.vers. sed vbicunque. vbi videtur reprobari.

XIIII. Replicatio: Nisi fori præscriptio ante litem cõtestatam non fuerit opposita. M.I.C. d.quæst.1.replic.gener. 15. Accedit Vill.E. 109 Viu. libr.1. suspectus. ibi: tamen nisi allegaretur.

XV. Replicatio: Nisi reus in non competentem iudicem consenserit. M.I.C. d.quæst.1.repl.gener.16. & M.I.P. d.quæst. 2.repl.9. Accedit Vill.P.355. Huius duplicatio prima est: Nisi in eum consenserit, qui nulli præest iurisdictioni. M.I.C. d. replic. 16. dupl.1. Accedit Villal.P. 355. Altera duplicatio est: Nisi priusquam iudex adiretur, voluntatem mutauerit. M.I.C. d.repl.16.dupl.5. Cuius triplicatio est: Nisi iuramento interueniente consenserit. Vill.I.159. Gabriel.lib.2.de iureiurando, conclus.9.num.12. vbi controuertitur. Tertia duplicatio est: Nisi diuisa iurisdictione in ciuitate per quarterios, homines vnius quarterij in iudicem alterius quarterij consenserint. Vill.P.356. Quarta duplicatio est: Nisi Papa se alterius iurisdictioni subiecerit. Iul. Clar. §. fin. quæst. 35. versi. sed hic quæro.5.

XVI. Replicatio: Nisi alia exceptio ante fori præscriptionem fuerit opposita. per hoc enim reus in iudicem consensisse videtur. Cuius duplicatio est: Nisi reus contestatus

fuerit

fuerit de non consentiendo. Vill.P.372. item R.66. Huius triplicatio est, quòd iudex nihilominus reum tanquam contumacem punire possit. Quæ triplicatio approbatur simul & distinguitur apud Vill.P.373.

XVII. Replicatio: Nisi iudex incompetens declaret, non definiat, Gabriel. lib.5 de reg iuris, conclus.3. num.44.

XVIII. Replicatio: Nisi statuto loci mercatoribus specialis iudex sit destinatus. Cuius duplicatio est: Nisi de alia re quàm mercatili agatur. Vill.S.104.

XIX. Replicatio: Nisi reus de fuga sit suspectus: tunc enim à non competente iudice capi potest. Villal. F.176. & Viu. lib.1. debitor capi. vbi adiicitur conditio, sub qua potest duplicari. Hæc de competentia iudicis.

## III. DE OFFICIO IVDICIS.

I. Regula: Quamdiu sedebit iudex, definitur M. I.C. d. cap.2. quæst.2 reg.3. Ad quam notandum, quòd noctu sedere iudex, ac in publicum prodire non cogatur. Viu. libro secundo, sententia lata, numero 4. Plura de officio iudicis, vide infra cap.15.

## IIII. DE NOTARIIS.

I. Regula: Pupillus notarius esse nequit. Viuius lib.1. pupillus, num.11.

II. Regula: infamis potest esse notarius. Viu. libr.2. notarius infamis, in princ. cum num.1. sequente. Excipitur notarius principis, d. notarius infamis, in princ.

III. Regula: De notario recusando, Vill. S.161. in addit. ibi: item nota quòd.

IIII. Regula: De officio notariatus, Viu. d. notarius infamis, num.2.

V. Regula: Notarius condemnatus ob id quod circa officium deliquit, censetur eo priuatus. Iul. Clar. §. fina. quæst. 73. versi. notarius 4.

VI. Regula: Notarius non computatur inter testes, nisi à iudice sit examinatus. Villal. N.25. Plura de notariis passim suis locis sunt incerta: veluti, de pœna notarij falsum conficientis instrumentum; supra libro proximo, cap. vltim. de falsis, reg 30.

DE

# DE POSTVLANTIBVS, *aduocatis & procuratoribus.*

## CAP. III.

### I. DE POSTVLANTIBVS.

### QVI POSTVLARE NON possint in iudicio?

PRIMA regula: Excommunicatus postulare non potest in iudicio. M.I.P.libr.2.cap.9. de excommun. exceptione. Accedit Vill.E.123. cum num.sequente.

II. Regula: Minor annis postulare prohibetur. M.I.C. libr.2.cap.4. de postulantibus, quæst.2.reg.3.& M.I.P. libr. 2. cap.3 quæst.2.reg.3. Accedit Viu.lib.1.pupillus,nu. 17.& Vill. M. 92. vbi dicitur, quòd minor viginti quinque annis non possit esse procurator in iudicialibus; in extraiudicialibus, minor decem & septem annis.

III. Regula: De filiofamiliâs, habetur apud Viu. libr.1. filiusfamiliâs non potest.Iul.Clar.in §.fin.quæst.14.versic.sed quidquid in filiofamiliâs. De qua re vide item J. de actionibus, Quibus competant.

IIII. Regula: Contra eum, pro quo antea postulauit, in eadem causa postea postulare prohibetur. M.I.C. d.quæst.2. reg.14.& M.I.P. d.quæst.2.regu.10. Cuius exceptio videtur: Nisi alia sit instantia. Sed reprobatur Vill.A. 62.

### EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM regularum generalis.

Planè regularum iam enumeratarum & similium exceptio generalis hæc est: Nisi postulare prohibitus,pro se postulare vellet. M.I.C. d. quæst. 2. except. gener.1. & M.I.P.d. quæst.2.except.gener.1. Cuius replicatio est: Nisi postulare prohibitus, in illustri vel insigni loco sit constitutus. M.I.C. d.except.1.repl.3. Accedit Vill.E. 123.

### II DE ADVOCATIS.

I. Regula: De dando aduocato non habentibus cauetur M.I.C. d.cap.4.de aduocatis, quæst.4. Accedit Viu. libr.2.aduocatus, num.2.

II. Regu

II. Regula, Aduocatus qui fuerit præuaricatus, punitur. M.I.C. lib.1.cap.17.de præuaricatione. Cuius exceptio videtur: Nisi cliens non soluat salarium. Quæ exceptio est controuersa apud Viu.lib.2.aduocatus,num.8.

III. Regula, Si aduocatus vnius partis rationibus instructus, ad alteram se contulerit: pœna falsi coercetur. de quo vide s̄.lib.prox.cap.vlt.de falsis,reg.26.

IIII. Regula, Aduocatus causam agere, non decipere debet. Soarez A.98.

V. Regula, Aduocatus ad consulendum litigantibus cogi potest. Viu.lib.2.aduocatus,num.2. Soarez A.93. Cuius exceptio est: Nisi necessitas non vrgeat:d.aduocatus,num.3.

VI. Regula, Aduocati immunes sunt à functionibus publicis. M. I. C. d.cap.4.de aduocatis, q.7.reg.1. Cuius exceptio est in delegationibus causarum, quas aduocati suscipere coguntur, l.sancimus.6.in fin.C.de aduocatis diuersor. iud. Accedit Viu.lib.2.aduocatus potest,num.1.

VII. Regula, Honorarium aduocato promissum exigi potest. M.I.C.d.cap.4.de aduocatis,q.6.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi promissio licitam quantitatem egrediatur Quæ exceptio declaratur M. I. C. d.reg.1.except.2. Accedit Viu.lib.1.aduocati.vbi etiam distinguitur definitio liciti honorarij Altera exceptio videtur: Nisi de lite sit transactum Sed reprobatur apud Viu.lib.2.aduocatus,num.6. Soarez A. 105. Tertia exceptio est: Nisi lis nondum sit finita: hoc enim casu honorarium peti nondum potest. Soarez A.106. & Vill. A. 61. Cuius replicatio est: Nisi aduocatus sit mortuus. de quo vide j̄.reg.11.

VIII. Regula, Etiam ipso iure honorarium aduocatis debetur quamuis promissum non sit. Cuius exceptio prima est: Nisi in rem suam aduocatus fuerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill.P.330.in addit. De qua re vide item j̄.c.18.reg.22.except.1. Altera exceptio est in procuratore, qui officio iudicis salarium petere nõ potest. Quæ tamen exceptio cõtrouertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.2.de procuratoribus, conclus. 5.

IX. Regula, Quantum honorarij nomine à iudice definiendum sit, cauetur M. I. C. d. quæst. 6. reg. 2. Accedit Viu. libro 2. aduocatus, num. 4. & 5. Huius exceptio est in causis criminalibus: in quibus maius honorarium à iudice potest definiri. Quæ exceptio est controuersa apud

Soarez

Soarez A. 101.

X. Regula, Officio iudicis mercenario honorarium petitur. Viu.lib 2.aduocatus,num.7.

XI. Regula, Si aduocatus lite nondum finita decesserit: honorarium eius hæredibus non est auferendum. M. I.C.d. quæst. 6. reg. 4. Accedit Viu. libro 1. doctor vel aduocatus. Soarez A. 102.

## III. DE PROCVRATORIBVS.

I. Regula, Inuitus nemo cogitur procuratorem cõstituere. Quę regula cõtrouertitur, magis tamẽ approbatur apud Turz. opin. 126. Cuius exceptio est in bannito, Turz. reg. 69. Sed & eius exceptiones sunt M.I.C.lib.2.cap.4.de postulantibus, except. gener.1.replic. 1.cum sequentibus.

II. Regula, Procuratoris officium vilissimum. Viu. lib 1. procuratoris officium, in prin.

III. Regula, De exceptionibus procuratoriis. Regulariter quidẽ procurator iustus præsumitur, nisi contrarium probetur. quæ probatio consistit in exceptionibus sequentibus, quarum prima est: Nisi mãdatum non habeat. M.I.C. lib.2.cap.5.quęst 4.except.1.& M I.P.lib.2.cap.4.q.1.excep.1. Huius replicatio prima est: Nisi ad defendendũ procurator interueniat: huic enim mandato non est opus. M.I.C.d.except.1.repl.2. Accedit Iul.Clar.in §.fin.q.32.vers.item quęro. 16. ibi: bene verum. Controuertitur tamen & distinguitur apud Vill.A.12.in addit. Huius duplicatio prima est in ciuilibus. in his enim defensor sine mãdato non admittitur. Vil. A.12.cum addit. Altera duplicatio est: Nisi defensor non satisdet de iudicato soluendo, vel reo sistendo. M.I.C.d.repl.2. dupl.2. Accedit Iul.Clar.in § fin.q.33.vers.quæro nunquid.4. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi absentiæ causa reddatur: hæc enim etiam per nõ habentẽ mandatum reddi potest. Vill.A.11.cum addit.& Soarez A 12. Planè replicatio hæc controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar.d.q. 33.vers.se nunquid.3.& Gabriel.lib.2. de exceptionibus conclus. 3. Huius duplicatio prima est: Nisi velit tanquam procurator defendere. Vill.A.12. Soarez A.13.& Iul.Clar.d. vers. quęro nunquid, in fine. Altera duplicatio videtur: Nisi excusator non satisdet. Quæ reprobatur apud Iul. Clar.d. vers. quæro nunquid. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi filius pro patre agat: huic enim mandato non est opus. M.I.C.d.except.1.repl.3. Cuius duplicatio prima vide-

tur: Nisi filius sit naturalis. Quæ tamẽ reprobatur apud Vi-uium lib.1.filij naturales.vers. hinc præcitati. Altera duplica-tio est: Nisi filius sit ex damnato coitu. Vill.F.129. Quarta re-plicatio est: Nisi maritus pro vxore agat. nam & huic man-dato non est opus. M.I.C.d.except.1.repl.5. Cuius duplicatio est: Nisi maritus semel mandatũ receperit: tunc enim postea sine mandato non auditur. Vill.A. 12.in fine. Quinta replica-tio est: Nisi instrumenta causę penes se habeat, qui sine man-dato agere volet. Vill.I. 81. Sexta replicatio est: Nisi is qui mandatum non exhibet, de rato caueat. M. I. C. d.except.1. repl.6. Accedit Viu.lib.1.amicus, num.2.item Procurator in capitalibus. vers. & his vtiliter. Septima replicatio est: Nisi dominus quod sine mandato gestum est, ratum habuerit. M.I.C. d. except. 1. repl. 7. Accedit Turz.reg.16.Vill. M.10. ibi: & nota vnum singulare. Huius duplicatio prima est: Nisi in cõsistorio principis aliquid sine mandato gestum sit. Quæ duplicatio est controuersa apud Gabriel. libro 2. de procu-rator.conclus 4. Altera duplicatio est: Nisi eo tempore do-minus ratum habuerit, quo actus principalis amplius non deberet fieri. M.I.C.lib.2.cap.13 quæst.3.except.4.repl.1. Ac-cedit Vill.R.2.Viu.lib.2.ratificatio. Tertia duplicatio est: Ni-si absente aduersario ratum habuerit. Sed reprobatur apud Viu. lib.1.absente. Plura de replicatione proposita vide M. I. C. lib. 2. cap. 13. quæst. 3. except. 4.item lib.9.cap.13.except. 177. repl.18. item lib. 11. cap.4.except.32. Octaua replicatio est: Nisi postea mandatum superuenerit: per hoc enim rati-ficantur antea gesta. Quæ replicatio controuertitur & di-stinguitur apud Gabriel. lib.2. de iudiciis, conclus.3.num. 16. cum tribus sequentibus. item eod.lib.de executione rei iu-dicatæ, concl. 3.num.28.cum quinq; sequentib. Nona repli-catio videtur: Nisi amicus pro amico agat. Quæ tamen re-probatur apud Viu.lib.1.amicus, nu.1. Admittitur ex specia-li statuto loci, d. amicus, num. 3. Decima replicatio videtur: Nisi canonicus pro canonico agat. Sed reprobatur apud Vill. C.13. Vndecima replicatio videtur: Nisi consors litis in solidum agat. Sed reprobatur apud Fichard.in addit.suis ad Villal. S. 66. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio procuratoria: Nisi mandatum non plenè probetur. Villal.P. 334. cum num. sequente. Tertia exceptio: Nisi mandatum non habeat clausulam ratihabitionis. Cuius replicatio est: Nisi nihil ante mandatũ sit gestum: tunc enim clausula ista est

est superuacua. Villal. P.330. Quarta exceptio: Nisi clausula ratihabitionis ita sit adiecta, Quidquid legitimè factum erit. Vill. P.332. Quinta exceptio: Nisi in causa vniuersitatis, quæ est magni præiudicij, non singulorum nomina in mandato contineantur. Turz. opin. 65. Sexta exceptio: Nisi ad aliam causam procurator datus sit, quàm de qua agitur. M. I P. d. quæst. 1. except. 2. & 3. Huius exemplum habetur apud Vill. P.328. Huius replicatio prima est: Nisi libera administratio procuratori sit concessa. M. I. P. d. except. 3. repl. 1. dupl. 1. tripl. 1. Declaratur definitione liberæ administrationis concessæ per Fichard. in addit. 2. ad Villal. L.122. & Vill. P. 333. Huius replicationis exemplum est, quòd procurator ad recipiendam à debitore pecuniam cum libera administratione datus, possit debitori tempus solutionis prorogare. Turz. opin. 16. & opin. 82. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi generale sit mandatum, quod causam de qua agatur, sub se comprehendat. M. I. P. d. except. 3. repl. 1. Cuius duplicatio prima est: Nisi talis sit causa, quæ speciale requirit mandatum: ad hanc enim generale mandatum non sufficit. M. I. P. d. repl. 1. dupl. 1. Accedit Viu. lib. 1. mandatum. §. exceptio ibi: & exemplum. Huius exemplum est acceptatio beneficij nomine absentis: quo casu requiritur speciale mandatum. Vill. M. 10. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi speciali mandato non subintellecto, generale redderetur frustratoriũ: tunc enim generale istiusmodi causas sub se comprehendit. Vill. M. 6. Altera triplicatio est: Nisi quibusdam quæ speciale mandatum exigunt, enumeratis, generalis clausula de iis quæ speciale mandatũ exigunt, sit subiecta: hæc enim clausula etiam ad alia non specificata extenditur. M. I. P. d. dupl. 1. tripl. 2. Accedit Gabriel. libro 6. de statutis, conclus. 10. num. 2. Tertia triplicatio est: Nisi generali mandato subiecta sit exceptio alicuius, quod speciale mandatum requirit: hoc enim casu cætera, quę speciale mandatũ requirunt, sub generali mandato cõtinentur. Viu. lib. 1. mandatum. §. exceptio. ibi: si verò facerem. Quarta triplicatio est: Nisi ea quæ speciale mandatum exigunt, consuetudine loci plerúnque fieri solent. Gabriel. lib. 6. de consuetudine, concl. 1. num. 21. vsq; ad num. 29. Hæc de prima duplicatione. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi causa post datum mandatum emerserit. ad hanc enim mandatum generale in dubio datum non pręsumitur.

Turz.opin.93 num.3. Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio: Nisi non dominus litis, sed alius procuratorem dederit M. I. C. d. q. 4. except. 6 & M. I. P. d. quæst. 1. except. 7. Cuius replicatio prima est: Nisi pater tutor filij sui post litem à filio contestantem procuratorem dederit. Vill. P. 50. Altera replicatio est: Nisi procurator alium procuratorem substituerit. M. I. C. d. except. 6. repl. 2. & M. I. P. d. except. 7. repl. 1. Cuius duplicatio est: Nisi ante litem contestatam procurator alium procuratorem substituerit. M. I. C. d. replic. 2. dupl. 1. & M. I. P. d. repl. 1. dupl. 1. Accedit Turz. opin. 87. Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi disceptatio sit de persona substituentis, an sit procurator. d. opin. 87. ibi: primò quādo. Altera triplicatio est: Nisi procurator rei post satisdationem iudicatum solui substituit. d. opin. 87. ibi: secundò. Tertia triplicatio est: Nisi ad excipiendum tantùm datus substituerit. d. opin. 87. ibi: tertiò. Quarta triplicatio est in causis in quibus lis nō contestatur, d. opin. 87. ibi: quartò. Quinta triplicatio est: Nisi generaliter sit datus procurator ad omnia negotia. Turz. opin. 88. num. 1. Sexta triplicatio est in extraiudicialibus nogociis. Quæ triplicatio subsistit ratione superioris quartæ triplicationis. Accedit Turz. opin. 88. num. 3. Cuius quadruplicatio est: Nisi certa & limitata forma in mandato non sit expressa. d. opin. 88. num. 2. Octaua exceptio: Nisi minor 25. annis procurator sit datus. M. I. C. d. q. 4. except. 12. Accedit Turz. reg. 68. Vide item §, eod. cap. de postulantibus, reg. 2. Nona exceptio: Nisi procurator datus sit infamis. Reprobatur M. I. C. d. quæst. 4. except. 13. Accedit Turz. opin. 85. Approbatur M. I. P. d. q. 1. except. 10. Accedit Turz. opin. 85. in fine. Decima exceptio: Nisi in ministerio Ecclesiastico procurator sit datus. M. I. P. d. quæst. 1. except. 16. Accedit Turz. reg. 74. Vndecima exceptio: Nisi alius postea procurator sit datus: hoc enim ipso prior mutatus censetur. M. I. C. d. quæst. 4. except. 37. & M. I. P. d. quæst. 1. except. 21. Cuius replicatio est in vicario, Villalob. V. 35.

IIII. Regula, De procuratore mutando. Causas ex quibus procuratorem mutare liceat, exposui M. I. C. lib. 1. cap. 5. quæst. 5. Quarum exceptio generalis prima videtur: Nisi procurator cum iuramento datus sit, quòd velit causam expedire. Sed reprobatur apud Vill. P. 322. Altera exceptio est: Nisi dominus iurauerit se procuratorem non mutaturum.

Quæ

Quæ exceptio eſt controuerſa apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, concluſ. 1. num. 9. cum num. ſequente. Admittitur exceptio hæc in duobus caſibus, ſed æquè controuerſis, d. concluſ. 1. num. 11. cum duob. ſequentibus. Tertia exceptio eſt: Niſi conſuetudo ſit, ne reuocetur procurator. d. concluſ. 1. num. 10.

V. Regula, Cauſam peragere vſque ad finem procurator tenetur. M I.C.d.cap.5.quæſt.6.reg.1.& quæſt.7.de tertio effectu, q. 1. cauſa 4. Cuius exceptio eſt: Niſi in cauſa ſit prouocatū: hoc enim caſu primæ inſtantiæ procurator cauſam appellationis peragere non tenetur. M. I.C.d.reg.1.except.2.& M.I.P lib.2.cap.4.q.4.reg.1.except.1. Accedit Turz. opin.93. in prin.& Soarez A. 99. Vill. A. 63. P.323. cum addit. Contradicit l. vlt. in prin. ff. an per alium cauſa appell. Proinde controuerſa eſt hæc exceptio apud Turz. opin. 93. num. 1. Diſtinguitur ibidem num. 2. & opin. 94. Sed & eius replicatio eſt: Niſi procurator ſit generalis omnium bonorum. Turz. d. opin. 93. num. 2. Item replicatur: Niſi ab interlocutoria ſit appellatum. Villal. A. 63. & P 323. Cuius duplicatio eſt: Niſi tribunal longè ſit remotum Soarez A. 100. Villalob. A. 64. & P. 323.

VI. Regula, Procurator intentionem domini declarare non poteſt, nec dominus procuratoris. Quæ regula eſt controuerſa apud Gabriel. lib.6 de reg. iuris, concluſ. 3. num. 8. Diſtinguitur ibidem num. 81. cum duobus ſequentibus.

VII. Regula: Procurator actoris dominum in reconuentione defendere tenetur. M.I.C.d.cap.5.q.6.reg.10. Cuius exceptio videtur: Niſi reus non ſtatim poſſit reconuenire actorem. Sed reprobatur apud Vill. P.324.

VIII. Regula, Geſtum per procuratorem regulariter valet, atque ex eo tam domino quàm contra dominum datur actio & exceptio. M.I.C.d.cap.5. quæſt.7. de ſecundo effectu. Cuius exceptio prima eſt: Niſi procurator ſuo, non domini nomine geſſerit: ex eo enim dominus non tenetur, nec acquirit, ſed ipſe procurator. Viu. lib. 1. procurator diligenter. Altera exceptio eſt: Niſi deliquerit procurator: ex eo enim dominus non tenetur. Turz. opin. 66. Vill. P. 221. Tertia exceptio eſt: Niſi procurator ignorans ſibi mandatum eſſe, geſſerit. Vill. P.329. Plura de regula propoſita vide apud Gabriel. lib.3. de verb. obligat. concluſ. 1. num. 110. cum tribus ſequentib. item num. 115. cum ſequente.

IX. Regula, Si sententia contra dominum lata, procurator non appellauit, vel dominum non certiorauit: tenetur. M. I. P. lib. 2. cap. 4. quæst. 4. reg. 2. Accedit Turz. opin. 93. in princ.

## *DE ACTORE ET REO, item de re litigiosa.*

## *CAP. IIII.*

PRima regula, Actor vel reus qui iudicem corrumpit, perdit litem. M.I.C. lib.2.cap.6.de actore, reg.7. Approbatur simul & distinguitur apud Iul. Clar.§.fin.q.73.vers.iudex. ibi: pars autem iudicem.

II. Regula, Res litigiosa prohibetur alienari, & pœna, si contrà fiat, constituitur M. I. C. d.cap. 6.de re litigiosa non alienanda, reg. 1. & M. I. P. lib.2. cap.5.de re litigiosa, reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi alienatio, antequam res in iudicium deducta sit, fuerit facta. M. I. C. d.reg.1.except.1. Cuius replicatio est: Nisi debitor rem alij pignori obligatam alienauerit. Sed reprobatur M. I. C. d.except.1. repl.3. Accedit Turz.opin.144. Altera exceptio est: Nisi de possessione tantùm lis sit. Hæc exceptio est controuersa Villal. L.131.& P.174. Tertia exceptio est: Nisi ante litem contestatam facta sit alienatio. Hæc exceptio est controuersa, magis tamen reprobatur apud Fichard.in addit. ad Villal.L.131.vbi etiam distinguitur. Quarta exceptio est: Nisi personali, non reali actione agatur. Quæ exceptio est controuersa apud Turz.opin.104.

III. Regula, De re litigiosa alienata vindicanda differitur apud Turz.opin.52.ibi:& licet.

IIII. Regula, De re litigiosa sequestranda. Regulariter quidem res litigiosa sequestranda non est. M.I.C.d.cap.6.de re litigiosa sequestranda, reg 1.& M.I.P.d.c.5.de re litigiosa reg.2. Cuius exceptiones remissiuè vide apud Viu.lib.1.sequestrum regulariter.ibi: similitérque nota. Harum exceptionum replicatio generalis prima hæc est: Nisi intra triennium causa possessionis non finiatur: tunc enim finitur sequestratio. M. I. C. d.reg.1.replic.gener. 1. Accedit Viu.lib.1. sequestrum regulariter.ibi: item contumacia. Altera replicatio generalis est: Nisi satisdatio offeratur. Vill. S. 51. Viu.

lib.1.

lib.1.sequestrum regulariter, in prin.vbi etiam subiiciuntur duplicationes.

V. Regula, Sequestratio permitti potest non citato aduersario, & sine ordine iudiciario. Viuius lib.1. sequestrum regulariter. vers.vlt.

## *DE IN IVS VOCANDO ET citationibus.* CAP. V.

HActenus, de personis iudiciorũ, necnon de re litigiosa actum est. Sequuntur nunc actus iudiciales, & primum quidem ij qui litis contestationem præcedunt; inter quos primum locum obtinet citatio.

. Regula, Actus in ius vocandi primus est, & initium actionum instituendarum. M.I.C.lib.2.c.7.quæst.1. Accedit VII.C.3.7. cum num. sequente. Viu.lib.1. sententia non potest, num.2.

II. Regula, Iure diuino hic actus subsistit. Viu.d.sententia non potest, num.8.

III. Regula, Causa citationi inseri debet. Quæ regula aprobatur simul & distinguitur apud Iul. Clar. in §.fin.q.31. vers.quæro num.5.

IIII. Regula, Non est opus vt totus tenor libelli citationi inseratur, licet aliud consuetudine sit receptum. d. q.31. vers.quæro nunquid.7.

V. Regula, De forma citationis & libelli inserendi disseritur d. quæst.31. vers. quæro quæ sit forma 8.cum sequentibus, vsque ad vers. dictum est de forma. vbi etiam singulæ citationis clausulæ declarantur.

VI. Regula, In citatione potest adiici pœna contumaciæ, non tamen confiscationis bonorum. d. quæst. 31. vers. item quæro 6.

VII. Regula, Reus de domo sua vi trahi non debet in ius. M.I.C. d.cap.7.quæst.3.reg.1.excep.1.repl.1 Accedit Viu. lib.2.capi non potest, nu.1.cum duob.sequentibus. Gabriel. lib.7.conclus.10.nu.1. Cuius exceptio prima est: Nisi deprehendatur in porticu domus suæ. Viu. d.capi non potest, nu. 4. Altera exceptio est: Nisi causa criminalis sit, ob quam in ius vocetur. d. capi non potest, num. 5. Cuius replicatio est: Nisi pena criminis sit pecuniaria, seu bannum. d. capitulo, versi.iti. Tertia exceptio est: Nisi reo mulcta indicta

 sit.

sit. applicanda fisco, nisi venerit: tunc enim occasione istius mulctæ extrahi de domo sua potest. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur d. cap. non potest, num. 6 Soarez C. 18. Plures exceptiones vide apud Gabriel. d. conclus. 10. per totum.

VIII. Regula: De pœna per vim extrahentis reum disserit Iul. Clar. in §. fin. quæst. 68. vers. extrahens. 12.

## QVI IN IVS VOCANDI, vel non?

IX. Regula: Furiosus non citatur. M. I. C. d. cap. 7. q4. reg. 1. Accedit Vill. F. 183.

X. Regula: De parentibus & aliis quibus reuerentia debetur, sine permissu prætoris in ius non vocandi, cauetur M. I. C. d. quæst. 4. reg. 5. Accedit Viu. lib. 2. filius vocare, n. 1. Huius exceptio prima hæc videtur: Nisi actor quinquaginta aureorum pœnam soluerit. Sed reprobatur d. filius vocare, num. 3. Controuertitur apud eundem Viu. lib. 1. emancipationis. ibi: & his accedit. Altera exceptio est: Nisi ex re proposita non fuerit exceptio opposita: hoc enim casu nihilominus valet processus, etiam permisu Prætoris non impetrato. dict. filius, num. 4. & d. vers. & his accedit. Plures exceptiones remissiuè vide d. filius. vers. vltimo.

XI. Regula, De patre & matre spirituali sine permissu in ius non vocandis, d. filius. num. 2.

XII. Regula, De vniuersitate à ciue suo in ius sine permissu non vocanda, d. filius. num. 5.

XIII. Regula, De procuratore & domino: vter sit citandus, differitur apud Turz. opin. 121. Item de vniuersitate & eius syndico differitur apud Vill. A. 45. cum addit.

XIIII. Regula: Vtrum personaliter, an ad domum citandus sit reus, cauetur M. I. P. lib. 2. cap. 6. quæst. 3. Accedit Turz. opin. 131.

## DE CONTVMACIA citati.

XV. Regula: An contumacia sit delictum, controuertitur apud Iul. Clar. lib. 5. senten. §. 1. vers. quæro etiam. 12.

XVI. Regula: Contumax litis damno coercetur controuertitur M. I. C. lib. 2. cap. 8. q. 6. reg. 4. Cuius exceptio prima est quoad hæredis personam, cui contumacia defuncti non præiudicat. Turz. opin. 177. num. 1. Altera exceptio est quoad

aliam causam, quàm in qua contumax fuit. d. opin. 177. nu. 2.

XVII. Regula: Actore latitante, reus absoluendus est. M.I.C. lib. 2 cap. 8. quæst. 6 reg. 5. Quod intelligendum, vt absoluatur ab instantia, non definitiuè. Quod approbatur & distinguitur apud Vill. R. 61. cum num. sequente.

XVIII. Regula, De reo contumace capiendo & custodiendo cauetur M.I.C. d. quæst. 6. reg. 11. Accedit Vill. F. 176. cum addit. De qua re vide plura j. cap. 18. reg. 16.

XIX. Regula: Alias contumaciæ pœnas enumeraui. M. I.C. d. quæst. 6. Quarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi non legitimè fuerit citatus absens. M. I. P. d. cap. 6. q. 4. except. gener. 8. Accedit Villal. C. 196. & Viu. lib. 1. notorium ibi: quia citatio. Huius replicatio prima est: Nisi citatio non fuerit necessaria, sed superuacua. Vill. C 51. Altera replicatio est: Nisi semel fuerit citatus ad omnes actus. Vill. C. 52. Tertia replicatio est: Nisi citandus fuerit præsens, vel sponte adfuerit. Vill. C. 56. cum num. sequente. & P. 188. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 31. vers. sed hic quæro. Altera exceptio generalis est: Nisi non dominus, sed procurator sit citatus. Sed reprobatur Vill. C 53. Admittitur in vniuersitate, quæ primò citanda est, non syndicus. Vill. C. 54. Tertia exceptio est: Nisi citatio in criminalibus non sit facta de comissione iudicis. Vill. C. 55. & 104. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 31. vers. vnum autem. Quarta exceptio videtur: Nisi iudex delegatus originale suæ delegationis cum citatione non transmiserit. Sed reprobatur Villal. D. 31. in addit. Quinta exceptio est: Nisi citatio personalis, non realis facta sit à delegato. Hæc exceptio approbatur & dist. apud Vill. D. 26. cum duobus sequentibus. Sexta exceptio est: Nisi quis vltra duas diætas extra suam diœcesin in ius sit vocatus, M. I. P. d. quæst. 4. except. 2. Declaratur hæc exceptio Vill. D. 68. cum addit. Septima excep. est: Nisi citato, citatio non fuerit insinuata M. I.P. d. q. 4. except. 6. Huius replicatio prima est: Nisi ad domum vel Ecclesiam, absente citato, citatio fuerit proposita. M.I.P. d. except. 6. regl. 1. Cuius duplicatio prima est in criminalibus. Quæ duplicatio est controuersa apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 31. vers. dictum est. Altera duplicatio est: Nisi reus non fuerit prius perquisitus. Quæ duplicatio iure communi approbata, reprobatur consuetudine, d. q. 31. vers. sed nunquid. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi reus sit vacabundus, nullum habens domicilium d. quæst. 31.

verſ. ſed quid ſi reus. Octaua exceptio: Niſi reo copia citationis non ſit data. d.q.31. verſ. ſcias tamen. Nona exceptio Niſi reus extra territorium iudicis ſit citatus. Quæ exceptio approbatur M.I.P.d.quæſt.4.except.3.Controuertitur & diſtinguitur d.quæſt.31.verſ.ſed hæc quidem. Cuius replicatio eſt: Niſi vtrumque territorium & iudicis & citati ſit ſub eodem Principe. Quæ replicatio eſt controuerſa d. q. 31. verſ. poſſet fortè. Decima exceptio: Niſi reus ſemel tantùm, non ter fuerit citatus. Quæ exceptio eſt controuerſa & diſtinguitur d. q.31. verſ. quæro modò. Vndecima exceptio: Niſi iuſta & neceſſaria cauſa impeditus reus non venerit. M.I.C. d.quæſt.6.except.4.Cuius replicatio prima eſt: Niſi non fuerit ingreſſus iter, ſitque conatus parere citationi. Vill. C.58. Huius duplicatio eſt: Niſi impedimentum fuerit notorium. Villal. C.59. Altera replicatio eſt: Niſi excuſatorem non miſerit. Quæ replicatio ſubſiſtit iure regio Vill.C.58. in addit. Duodecima exceptio: Niſi citatus procuratorem miſerit. M. I. C. lib.2 cap.32.quæ.3.except.4. Accedit Villal.C.50. Cuius replicatio prima eſt: Niſi procurator non comparuerit. Vill. P.327. Altera replicatio eſt: Niſi in criminali cauſa procuratorem miſerit. Viuius lib. 1. procurator in capitalibus. Decimatertia exceptio: Niſi ad non competentem iudicem ſit vocatus, M.I.C.d.q.6.except.9.& M.I.P.d.q.4.exce. 5.Huius replicatio prima eſt: Niſi reus cum proteſtatione de non conſentiendo in iudicem exceptionem oppoſuit: hoc enim caſu ab eo tanquam contumax puniri poteſt. Quæ replicatio approbatur & diſtinguitur apud Vill. P.373. Altera replicatio eſt: Niſi exceptio incompetentiæ non fuerit oppoſita. M. I. C. d.except.9.repl.1.& M. I. P.d.except.5.repl.1. Cuius duplicatio eſt in clerico ad laicum in ius vocato. Iul. Clar.§.fin.q 36.verſ.eſt autem hæc.

## *DE EDENDO.*

## *CAP. VI.*

PRima regula, Nomen actionis edi non eſt neceſſe: ſed factum ita exponendum, vt inde actio iudici conſtare poſſit. M.I. P.lib.2.cap.7.in prin. Accedit Soarez A. 49. Vill. 35.cum addit.& L.118.

II. Regula, Per poſitiones accuſatio criminalis edenda, non autem defenſio. Iul. Clar.in §.fin. quæſt.45.verſ. ſed hic incidenter.

III. Re-

III. Regula: Non quemadmodum actor reo, ita contrà quoque reus instrumenta sua edere tenetur. M.I.C. lib.2.cap. 10.de actione edenda, quæst.3.regu.1.& M.I.P. d.cap.7.de instrumentis edendis, reg.1. Accedit Villal.E.16. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fiscus agat: huic enim reus sua instrumenta edere tenetur. M.I.C. d.reg.1. except.3. Huius replicatio est: Nisi de capitali causa agatur. M.I.C. d.except.3. repl.2. Accedit Iul.Clar.in §.fin.quæst.27. versi. sed hic incidenter. Huius duplicatio videtur: Nisi ex crimine ad mulctam agatur. Sed reprobatur d.versic. sed hic incidenter. & Vill. E.16. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi fiscus reus sit. Sed reprobatur Vill.E.16. Tertia exceptio est: Nisi Ecclesia agat. Vill.E. 17. Quarta exceptio est: Nisi pro matrimonio, pro dote, pro alimentis, vel pro libertate agatur. Vill.E.18. Quinta exceptio est: Nisi reus sit mercator, vel similis, qui de necessitate officij tenetur conficere librum. Vill.E. 19. Sexta exceptio est: Nisi reus sit vsurarius, & causa respiciat vsuras. Viu.libr.1.vsurarius. versi.item nota vlterius. Septima exceptio est: Nisi ad fundandam replicationem actoris. Fichard.in addit.ad Vill.A.47.

IIII. Regula: Omnia quæ quis apud iudicem editurus est, aduersario suo edere tenetur. M.I.C. d.cap.10.de actione edenda, quæst.4.reg.1. Accedit Vill.E.15.

V. Regula: Quibus quis in iudicio vsurus non est, & & quę ad causam non pertinent, ea edere non tenetur. M.I.C. d.quæst.4 reg.3 & 6. Accedit Fichard. in addit.ad Vill.I.81.& Turz.opin.113.

VI. Regula: Si minus aptè actio edita sit, ob id libellus non vitiatur. Vill.A.35.L.117.& A.354.

VII. Regula: Dies contractus vel delicti commissi necessariò non edendus. Viu.lib.1.accusator. ibi: & hoc idem habet locum. De qua re vide item s̃.lib. prox.cap.9. reg.3.& 4 Plura de iis quæ in actione sint edenda, vide j̃.lib.5.cap.1. reg 51.cum tribus sequentibus.

VIII. Regula: Non est necesse vt in scriptis edatur actio, nisi reus petierit. Vill.L.114.cum duob.sequentibus.

IX. Regula: Expensis rei, non actoris, libellus edendus. Vill.E.21.

X. Regula: Si actio edita sit, nihilominus emendari ac mutari potest. M.I.C. d.cap.10.de actione edenda, quæstio.7. reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi lis sit contestata. Vill. L.120.

L.120. Quæ tamen exceptio est controuersa, vt apparet ex glossa Institut. de actionibus. §. si minus. in verbo, In eodem iudicio. Planè huius replicatio videtur: Nisi clausula sit adiecta hæc, Saluo iure addendi, &c. Sed reprobatur Villal. C. 63. & L.121. Altera exceptio est: Nisi in integrum restitutio non sit petita. Quæ tamen est controuersa apud Gabriel. lib. 2. de actionibus, conclus. 2. num. 15.

XI. Regula: Editio instrumentorum petitur non iure actionis, sed officio iudicis. Vill. E. 20.

XII. Regula: Mercatores ad edendas rationes suas tenentur. Quæ regula est controuersa apud Vill. M. 83. in addit. 2. item R. 4.

## *DE DILATIONIBVS ET exceptionibus dilatoriis, necnon de reconuentionibus.*

## *CAP. VII.*

### CAVSÆ EX QVIBVS dilatio danda?

PRIMA regula: Dilationes sunt arbitrariæ. M.I.C. lib. 2. cap. 11. in princ. & M.I.P. libr. 2. cap. 8. in princ. Accedit Iulius Clarus. in §. fina. quæst. 48. versic. quæro. 2. ibi: in hac prouincia.

II. Regula: Reo ad respondendum de proprio facto dilatio non est danda in criminalibus. Iul. Clar. d. §. fin. quæst. 45. versi. sed hic quæro.

III. Regula: Si reus possessor nominet authorem vel dominum domus, dilatio ei est danda ad denunciandum. M.I.C. d. cap. 11. quæst. 2. causa 1. & M.I.P. lib. 2. cap. 8. quæst. 2. causa 1. Cuius exceptio prima est: Nisi reus non tam alieno quàm suo nomine possideat. Villal. N. 14. in addit. 2. Altera exceptio est: Nisi possessorio recuperandæ agatur. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. lib. [illegible]. de restitut. spoliatorum, conclus. 1. num. 94. cum duob. sequentibus.

IIII. Regula: Reo ad excipiendum dilatio danda. M.I.C. d. quæstio. 2. causa 3. & M.I.P. d. quæst. 2. causa 2. Accedit Vill. P. 288.

V. Regula: Probationum & instrumentorum adferendorum

rum causa dilatio est danda. M.I.C. d.quæstio.2. causa 4. & M.I.P. d quæst.2. causa 3. Accedit Iul. Clar. in § fina.quæst. 48.versi.sed pone.

VI. Regula: Dilationes vni parti concessæ, alteri non sunt denegandæ. Iul.Clar.d.q.48.versi.vltim.

## QVANTA DILATIO DANDA?

VII. Regula: De dilatione legitima à iudice proroganda & arctanda differitur apud Vill. D.70. cum addit. De qua re vide item J.in actione iudicati.

## QVOTIES DILATIO DANDA?

VIII. Regula: Non nisi semel dilatio danda. M.I.C. d. cap.11.quæst.4.reg.1. & M.I.P. d.cap. 8. quæst.4.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi causa sit capitalis. M.I.C. d reg.1. exceptio.1. Accedit Iul.Clar.in §.fina.quæst.48.versic.quæro quot.2. Altera exceptio videtur: Nisi iudex primam dilationem coarctauerit. Sed reprobatur apud Vill.D.72.

## EVENTVS DATÆ DILATIONIS.

IX. Regula: Dilatione data iudicis officium interim conquiescit. M.I.C. d.cap.11.quæst.7.reg.1. Accedit Gabriel. lib.2.de dilationibus, conclus.1.vbi etiam distinguitur.

## DE EXCEPTIONIBVS dilatoriis.

X. Regula: Exceptio dilatoria ante litem contestatam, non post opponenda. M.I.C. d. cap.11.de except. dilatoriis, reg.1. & M I.P. libr.2.cap.9.in princ. Quæ autem sint huiusmodi exceptiones impedientes litis ingressum, vide remissiuè apud Viu.lib.1.exceptis opposita, in fin. Inter has etiam numeratur temporis præscriptio, Viu.lib.1.exceptio spoliationis, num.4. Planè quod dictum, exceptiones dilatorias post litem contestatam opponi non posse, eius exceptio prima hæc videtur: Nisi in secunda instantia opponatur. Sed reprobatur apud Vill. E.103. cum addit. Altera exceptio est: Nisi exceptio procuratoria contra monachum opponatur. Vill.E.104. Tertia exceptio est: Nisi reus ignorauit vel errauit, vel causa exceptionis nondum fuerit orta. Vill. E.105.

XI. Regula: Exceptiones dilatoriæ omnes simul intra certum tempus à iudice statuendum sunt obiiciendæ.

M.I.P.

M.I.P. dicto cap.9. in princ. regul. 2. Accedit Villalob.C.16. cum addit.

## DE RECVSATORIA IVDICIS.

XII. Regula: Iudex potest ex causis s. cap.2. enumeratis tanquam suspectus recusari. M.I.C. d.cap.11. de recusatoria iudicis, quæst.1. & M.I.P. d cap.9 de recusatoria iudicis, quæst.1. Cuius regulæ præter replicationes d.cap.2. enumeratas, exceptiones hæ sunt. Prima exceptio: Nisi iudex sit ordinarius: hic enim tanquam suspectus recusari non potest. Quæ exceptio approbatur iure ciuili, & reprobatur iure Pontificio, vt refert Fich. in addit. ad Vill. I.111. Altera exceptio videtur: Nisi prælatus tanquam suspectus recusetur. Quæ videtur approbari M.I.P. ca.2.q.2.repl.6. Sed reprobatur apud Viu. libr.1. suspectus allegari. Tertia exceptio est: Nisi plures sint iudices qui tanquam suspecti recusantur. Viu. libr.1. suspecti de iure. vbi in fine replicatur in collegio. Quinta exceptio videtur: Nisi in criminalibus iudex tanquam suspectus recusetur. Sed reprobatur apud Iul.Clar. §. fin. quæst. 43. in princ. Quinta exceptio est: Nisi ante litem contestatam iudex non fuerit recusatus. M.I.C.d.q.1. except.5. Sed est controuersa, vt refertur apud Villal. S.161. in addit. versi. & cum differentia. vbi etiam distinguitur. Sexta exceptio: Nisi causa recusationis non fuerit allegata. Quæ exceptio reprobatur iure ciuili, & approbatur iure Pontificio apud Vill. d.S.161. cum addit. in princ. Septima exceptio videtur: Nisi mandatum sit, vt absque recusatione procedatur. Sed reprobatur apud Vill. C.68. Admittitur, si Papa hoc modo causam commiserit. Vill. P.21. & 22.

XIII. Regula: Apud quem fori præscriptio & recusatoria iudicis sit opponenda? Regulariter quæstio competentiæ iudicis ad cognitionem iudicis recusati pertinet. Cuius exceptio est: Nisi eius personam contingat: puta, si dicatur infamis, vel excõmunicatus, &c. tunc enim de huiusmodi exceptionibus superior debet cognoscere, vel alium iudicem dare. Iul.Clar. in §. fin. q.43. versi. vlt. Aliam huius loci regulam vide recusatoria iudicis, quæst.2.

XIIII. Regula: Recusatio vt appellatio iurisdictionem suspendit. Vill. R.10.

XV. Regula: Iudice recusato, arbiter ad dirimendam litem eligendus. M.I.C. d.cap.11. de recusatoria iudicis, q.4.

Vel

Vel ad superiorem causa transmittenda. M.I.P. d. cap.9.de recusatoria iudicis, quæst.3.reg.2. Accedit Vill.E.101. Sed & potest iudex recusatus alium sibi integræ opinionis adiungere, & cum eo litem dirimere. Vill.S. 161.in addit.vers.item in quantum.

## DE EXCOMMVNICATIO-nis exceptione.

XVI. Regula: Excommunicato actori obiici potest excommunicationis exceptio. M.I.P.d.cap.9.de excõmunicat. except.reg.1.Accedit Viu.lib.2. excommunicatus agendo,in princ.Sed etsi à reo non fuerit opposita, officio iudicis actor repelli potest. M.I.P. d.reg.1. repl.5. Accedit Viu. d. excommunicatus agendo. ibi: & excommunicatus iste. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi exceptionem, non actionem opponenti excommunicationis exceptio opponatur. M.I.P. d.reg.1.repl.8. Accedit d.excommunicatus agendo. ibi: sed defendendo.vbi tamen additur conditio hæc,quòd per procuratorem excommunicatus se defendere debeat.Est igitur huius exceptionis replicatio prima: Nisi excommunicatus per seipsum exceptionem opponat, non per procuratorem. Accedit Villal.E.123. Altera replicatio est: Nisi de nullitate sententiæ opponat. Villal.E.125. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi excommunicatus ex l.diffamari,agat. Sed reprobatur apud Vill.E.124.

XVII. Regula: Excommnnicationis exceptio ipsi excommunicato, non ei cui excommunicatus actionem suam cessit, datur. Viu.lib.1.cessionarius,in fine.

## DE EXCEPTIONE SPOLII.

XVIII. Regula: Spoliatus reus in iudicio respondere non cogitur,nisi fuerit restitutus.M.I.P.d.cap.9.de exceptione spolij,reg.1. Accedit Viu libr.1.exceptio spoliationis, nu. 1.item Spoliatus sua,in prin.& Spoliatus non. Gabriel.libr.5. de restitutio.spoliator.conclus.1.num.1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ab alio quàm actore spoliatus fuerit reus: hoc enim casu aduersus actorem proposita spolij exceptione non adiuuatur. M.I.P. d.reg 1.replic.1. Cuius replicatio est in criminalibus causis,in quibus nihil interest à quo reus fuerit spoliatus. M.I.P. d. repl.1. dupl. Accedit Viu.lib.1. spoliatus nõ tenetur.ibi:& dicit Angelus,vbi tamen loquitur

etiam

etiam in ciuilibus causis, & ita proposita exceptio videtur esse controuersa. Accedit item replicationi propositæ Gabriel lib.5.de restitut.spoliator.conclus.3. vbi etiam duplicatúr. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi à iudice reus fuerit spoliatus. Vill.S.87. Tertia exceptio est: Nisi per sententiam constet de dominio spoliatoris. Fichard.in additio. sua ad Vill.S.87. Quarta exceptio est: Nisi ante litem contestatam spolij exceptio non fuerit opposita. Viu.lib.1.exceptio spoliationis, numer 2. & Spoliatus non tenetur. ibi: sed huiusmodi.vbi controuertitur item Gabriel lib.5. de restitu. spoliator.conclus.2 num.29. Quinta exceptio videtur: Nisi reus iusiurandum præstiterit de soluendo debito Sed reprobatur d.exceptio spoliationis, num 3 Sexta exceptio videtur: Nisi non ciuiliter, sed criminaliter agatur Quæ tamen reprobatur apud Viu.lib.1 spoliatus non tenetur, in prin. Septima exceptio videtur: Nisi ex inquisitione conueniatur reus. Sed reprobatur d. spoliatus.vers.vlt. Octaua exceptio est: Nisi notorius defectus tituli spoliato obiiciatur. Quæ exceptio est controuersa, magis tamen approbatur apud Viu. lib.2.spoliatus num.1. Nona exceptio videtur: Nisi reus spoliatur prædo fuerit. Sed reprobatur d.spoliatus, num. 2. Gabriel.lib.5.de restitut.spoliator.conclus.4. cum duob. sequentib. Admittitur, si manifestè constet spoliatum prædonem esse. d. spoliatus, num.3. & d.conclus. 1. num.7.& 8. Contradicit tamen d. conclus.1. num. 10. Decima exceptio est: Nisi ex restitutione spolij irreparabile damnum sequi posset. d.spoliatus, num.4. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Gabriel. d. conclus. 1. cum conclus. sequente 2. item j. lib. prox.cap.14.reg.30.

XIX. Regula: Vis exceptionis spolij hæc est, vt reppellat agentem, non etiam vt agens ad restitutionem condemnetur. M. I. P.d. cap.9. de exceptione spolij, reg. 2. Accedit Iul. Clar. §. fin.q.19. vers. per exceptionem. Cuius exceptio est: Nisi excipiendo simul petatur, vt actor de crimine, ex quo excipitur, puniatur d.q.19.vers. criminaliter, vsque ad vers. vltimo.

## DE EXCEPTIONE CAVtionis præstandæ.

XX. Regula: Cautionis etiam occasione reo datur exceptio dilatoria, item actori replicatio M. I. C.lib.2. cap.12. q. 8. Des.

q. 8. Definitur autem cautio M. I.C.d.c.12.q.1.& lib.vlt.c. 18. in verbo Cauere. Accedit Turz.opin.165. Vill.C.29.& 30.vbi distinguitur. item Soarez C.34.vbi etiam distinguitur. Cautionis autem vocabulum sub se continet satisdationem, quæ definitur M.I.C.d.q.1. Accedit Vill.O.17. & 18. De qua vide item M.I.C.lib.16.c.vlt.q.5. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui cauere tenetur, res immobiles habeat: hoc enim casu ad cautionem præstandam non tenetur. M.I.C.d.cap.12.q.2.except.1. Accedit Viu.lib.2.fideiussionē, cautionem. Cuius replicatio est: Nisi non is qui cauere debet, sed pater eius res immobiles possideat. Fichard. in addit.ad Vill. P. 177. Altera exceptio est: Nisi cautionem obtulerit vel prçstiterit is qui cauere debet. M.I.C.d.q.2.except.2. Huius replicatio prima est: Nisi per non idoneum fideiussorem caueatur. M.I.C.d.excep.2.repl.1. Declaratur definitione non idonei fideiussoris M.I.C.d.cap.12.q.4.in prin. Accedit Vill. F.33. cum additionib. Viu.lib.2. fideiussor non est idoneus, num. 1. cum duob. sequentib. Iul. Clar. in §. fin. q.46.vers cæterùm.12.ibi: dicitur autem. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi creditor fideiussorem probauerit. M.I.C.d.except 2.repl.8. Accedit l.si arbitro.10.§.multóque magis.ff.qui satisdare cogantur. Altera duplicatio est: Nisi principalis per se sit diues & idoneus. Viu. libr. 2. fideiussor non est idoneus, num. 4. Tertia duplicatio est: Nisi reus è carcere sit liberandus: tunc enim pro eo, ne incarceretur, quilibet fideiussor admittitur. Vil.O.18.in addit.1.vers.& nota quòd. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi fideiussor desierit esse soluendo. M.I.C.d.except.2.repl.2. Cuius duplicatio est in fideiussore conuentionali, Vill. F.32. Tertia replicatio est: Nisi alterius loci hominē, quàm in quo agitur, fideiussorem offerat. M.I.C.d.c.12.q.4.in prin. Accedit Viu.lib.2.fideiussorem dare. Iul.Clar.in §.fin.quæst.46. vers.pone quòd.13. Vide item M.I.C.d.cap.12.quæst.5.

XXI. Regula, Per fideiussores regulariter cauendum, non pignorib.nec nuda repromissione. M.I.C.lib.16. cap. 12. quæst.5. Contradicit M.I.C.lib.2.cap.12.quæst.1.in prin. ibi: planè si cui. item Vill. O. 17.& 18. cum addit. Viu. libro 2. fideiussores dare promittens. Ex quibus patet, regulam propositam esse controuersam. Planè eius exceptio prima est: Nisi fideiussores habere non possit: tunc enim sufficit iura-

toria cautio vel pignus. M. I. C. d. quæst. 5. except. 4. Accedit Vill. O. 18. in addit. 1. ibi: sed tamen. Altera exceptio est: Nisi is qui cauere tenetur idoneus sit facultatibus. Viu. lib. 2. fideiussionem, cautionem. vbi tamen controuertitur, sed magis approbatur.

RATAM REM HABERI.

XXII. Regula, Cautio de rato committitur, si dominus non habuerit ratum. M. I. C. lib. 2. cap. 13. quæst. 3. in prin. Cuius exceptio est: Nisi dominus ab instituta actione destiterit. M. I. C. d. quæst. 3. except. 12. Contradicere videtur Villalob. P. 349.

XXIII. Regula, Itē cōmittitur de rato cautio, si dominus eo tēpore ratū habuerit, quo amplius agi non possit. M. I. C. d. q. 3. except. 4. replic. 1. Cui accedunt ea quæ habentur s. cap. 3. de procuratoribus reg. 3. except. 1. replic. 7. duplic. 2.

IVDICIO SISTI.

XXIIII. Regula, Cautio iudicio sisti adimpletur, si reus sistatur. M. I. C. lib. 2. cap. 14. quæst. 5. except. 1. Accedit Viu. lib. 2. fideiussor datus, num. 4. Cuius exceptio prima est: Nisi non iusto tempore sistatur. M. I. C. d. except. 1. replic. 10. Hoc loco controuertitur, Vtrum dies termini in termino sit computandus, nec ne? Vill. D. 66. in addit. Altera exceptio est: Nisi postea reus abesse cœperit. Quæ exceptio ipso quidem iure reprobatur; admittitur autem primum quidem, si pro reo præsente iudicio sisti cautum sit. tunc enim non sufficit semel stitisse, sed durat hæc cautio vsque ad sententiam. Viu. d. fideiussor datus, num. 5. Deinde admittitur, si iudicio sisti cautum sit toties quoties iudici visum fuerit: tunc enim durat cautio etiam post sententiam. d. fideiussor datus, num. 6. Cuius replicatio est: Nisi bis reum stiterit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 7. conclus. 15.

XXV. Regula, Iudicio sisti cautio committitur, si reus non sistatur. M. I. C. d. quæst. 5. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi reus semel sistatur d. quæst. 5. except. 1. de qua vide s. reg. prox. Altera exceptio est: Nisi reus sisti promissus postea sit bannitus, vt in iudicio stare non possit. Iul. Clar. §. fin. quæst. 46. versi. quæro pone. Tertia exceptio est: Nisi sex menses ab interpellatione non præterierint. d. q. 46. vers. sed hic quæro. Quarta exceptio videtur: Nisi fisco pœna ob contumaciam rei sit soluta. Sed reprobatur apud Viu. lib. 2.

fideiubens.

fideiubens. Quinta exceptio est: Nisi cum in prima instantia iudicio sisti cautum esset, in causa appellationis non sistatur. Viu.lib.2.fideiussor datus,num.3.

XXVI. Regula, Si non sistatur reus, ex cautione iudicio sisti datur actio in id quod actoris interest. M.I.C.d.cap.14. in fine, quæst. 4.reg.1. Declaratur definitione eius quod interest apud Viu. libro 1. moræ purgatio. vers. vlt. Huius etiam loci est, quòd si statuto pro vulnere imposita sit pœna centum, & pro homicidio pœna mille: próque reo de vulnere conuento iudicio sisti cautum sit, posteáque moriatur vulneratus: siquidem vulnus fuit læthale, iudicio sisti cautio in mille committatur: aliàs in centum. Iul. Clar. in §. fin. quæst.46.vers.sed quæro. 21.

XXVII. Regula, Si in causa criminali iudicio sisti cautum sit: pœna ex hac actione fisco applicatur. Iul. Clar. in §. fin. quæst 46.vers.vlt.

XXVIII. Regula, Adfine cautionis iudicio sisti remedium est, vt reus apprehendatur & custodiatur. M. I. C. d. cap.14.in fine, quæst.6.reg.1. De qua re agitur apud Viu.lib. 1. debitor capi.

## IVDICATVM SOLVI.

XXIX. Regula, Committitur iudicatum solui stipulatio, si iudicatum non soluatur, vel res non defendatur, vel dolus in causa defendenda committatur. M.I.C.lib.2.c.15.q. 5. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi apud alium iudicem causa agatur, quàm cuius respectu iudicatũ solui cautum est. M.I.C.d.q.5.except.5. Accedit Gabriel.lib.3.de fideiussoribus, concl.4.vbi etiam replicationes huius exceptionis subiiciuntur. Altera exceptio est: Nisi cũ in prima instantia satisdatum esset, ac reus absolutus, per appellationis iudicem contrà fuerit iudicatum. M.I.C.d.quæst.5. except. 6. Accedit Viu.lib. 2.fideiussor datus, num.1. Iul. Clar. in §. fin. quæst.46.vers. sis tamen. Cuius replicatio est: Nisi appellatio sit deserta. Viu.d.fideiussor datus, num. 2.

## DE RECONVENTIONIBVS.

XXX. Regula, Reus actorem in eodem iudicio reconuenire potest: quo acto, conuentio & reconuentio paribus passibus ambulare debent. M. I. P.lib.2.cap.10.reg.2. Cuius exceptio prima est: Nisi interdicto recuperandæ possessionis agatur. d. reg. 2. except. 1. Accedit Turzæ reg. 17. Altera exceptio est: Nisi apud arbitros causa agatur. M.I.P.d.reg.2.

except.4. Accedit Vill.R.8. Tertia exceptio est: Nisi vna causa sit summaria, altera plenaria. Viu. lib. 1. reconuentioni. Quarta exceptio est: Nisi in causa conuentionis lis sit contestata: tunc enim non amplius admittitur reconuentio. d. reconuentioni. ibi: & aduerte.

## *DE LITIS CONTESTATIONE, déque iureiurando ob calumniam dando, & de alijs huiusmodi iuramentis.*

## *CAP. VIII.*

### DE LITIS CONTESTATIONE.

PRima regula: Omissa litis contestatione, processus est nullus. M. I.P.lib.2.cap.11.de litis contest. reg. 2. Accedit Vill. L. 128. cum addit. Cuius exceptio prima est: Nisi non iure actionis, sed officio iudicis procedatur. M. I. P. d. reg. 2. except. 1. Accedit Iul. Clar. in §.fin. quæst. 45. versic. & in primis. ibi: secus autem. Huius exemplum est in integrum restitutionib. in quibus litis contestatio necessaria non est. Vill.L.130. Altera exceptio est in causis matrimonialib. Quæ tamen est controuersa apud Villal. L. 129. Tertia exceptio videtur in possessorio iudicio esse. Sed reprobatur apud Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 115. cum num. sequente. & Villal. L. 124. Admittitur tamen in causa beneficiali, d. conclus. 1. num. 117. Item admittitur in possessorio edicti Carboniani, Vill. L. 125. Tertiò admittitur, si est periculum in mora. Vill.L.126. Quarta exceptio videtur esse in criminalibus. Sed reprobatur & distinguitur apud Iul. Clar. in d. vers. & in primis. Plures exceptiones vide remissiuè apud Fichard in addit. ad Vill. L.126.

II. Regula, Litis contestatio non fit per exceptionem peremptoriam oppositam. M. I.P.d.cap.11.de litis contestat. reg.1. in fine. Accedit Turz. opin.15.num.7 Cuius exceptio prima est: Nisi exceptionem peremptoriam opponens, simul ad eam probandam se offerat, vel testes induxerit. d. num.7. ibi: quod tamen. Altera exceptio est: Nisi exceptionem peremptoriam opponens simul etiam libello respondeat. d. opin.15. in fine.

III.

III. Regula, Si reus respondeat libello, per hoc fit litis contestatio.M.I.P.d.reg.1.Cuius exceptio prima est:Nisi dicat se non animo litem contestandi respondere. Quæ exceptio est controuersa apud Turz. opin.137.in prin.Altera exceptio videtur: Nisi affirmatiuè, non negatiuè libello respondeat.Quæ exceptio reprobatur apud Villal.L.127.Controuertitur apud Tiraquell. libro 1. retractatus. §. 15. glossa 2. num. 1.& 2.

IIII. Regula,Si reus nolit litem contestari,præcisè cogendus ad litem contestandam.Turz.d.opin. 137.

## DE IVRAMENTO CALVMNIÆ, ET aliis huiusmodi iuramentis.

V. Regula,Iusiurandum in litem statim post litem contestatam pręstandum.M.I.C.lib.2.cap.16.de iuramento calumniæ, quæst. 1. & M. I.P.lib.2.cap.11.de iuramento calumniæ, reg.1. Huius exceptio prima est:Nisi notorium sit id de quo iurandum est. Viu. lib. 1. notorium. vers.sed Bald. ibi dicit. Altera exceptio videtur esse in criminalibus causis, in quibus reo nō est deferendum iusiurandum de veritate dicenda. Sed est controuersa hæc exceptio apud Iul.Clar.in §.fin. quæst.45.vers.sed quæro.9.

VI. Regula, Iuramentum calumniæ etiam sine speciali mandato præstare possunt tutor, curator, & alij similes. Fichard. in addit.1.ad Vill. I. 159.

VII. Regula, Aduocati vtriusque partis iurare etiam coguntur.M.I.C.d.c.16.de iuram.calumniæ,q.4.reg.4.Quod hodie dicitur consuetudine sublatum apud Villalob.A.65.& Soarez. A.110.

VIII. Regula,Iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iustitiam & iudicium. Vill. I.119.

IX. Regula,Per procuratorem ad hoc specialiter constitutum iurari potest.Fichard.in addit. ad Vill.I.119.

## *DE PROBATIONIBVS, & præsumptionibus.*

## *CAP IX.*

PRima regula: Probatio non est de substantia iudicij. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz. opin. 160.

II. Regula, Lite contestata, probatio eius de quo inter partes controuertitur, alterutri parti est iniungenda. M.I.C. lib.2.cap.17.quæst.1.reg.1.& M. I. P. lib.2.cap.12.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi id de quo quæritur, sit notorium. M.I.P. d.reg.1. except.1. Accedit Viu. lib.1. notorium. Villal. P. 291. vers. de iure regio. De qua re vide plura s. lib. prox. cap.6.reg. 28. Altera exceptio est: Nisi aduersarius promiserit se staturum dicto aduersarij. Fichard. in addit. ad Vill. P.351. Tertia exceptio videtur: Nisi mulier dixerit se prægnantem. Sed reprobatur Fichard. in addit.1. ad Villal.M.145. Quarta exceptio est: Nisi stante statuto, quòd non purè respondens positionibus habeatur pro confesso, aduersarius qui negauit, superaddat exceptionem, qua se defendat: hic enim pro confesso habetur. Viu. lib. 1. statutum disponens quòd positionibus. Quinta exceptio est: Nisi id quod negatum est, sit impertinens. Quæ exceptio approbatur exemplo l. ad probationem. 21. vers. nam res vindicantem. C. de probationib. Cuius replicatio est: Nisi positio impertinens pertinenti sit coniuncta. Viu.lib.2.positio.

## VTRI PROBATIO incumbat?

III. Regula, Ei qui affirmat, vel se in controuersa quæstione fundat, probatio incumbit: seu actori suæ actionis & replicationis, reo contrà suæ exceptionis & duplicationis probatio incumbit. M. I. C. d.cap.17.q.2.reg. 1. cum duabus regulis sequentibus.& M. I. P. d.cap.12.reg.2. Accedit Villal. P. 315. Turz. reg. 55. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in negatiua quis se fundet: huius enim probatio per rerum naturam nulla est.M.I.C.d.reg.1.in prin.& d.q.2.reg.3.excep. 2. Accedit Iul. Clar. in fin. q.2.52. vers. scias autem. 4. in prin. item in §.emphyteusis, quæst.10.vers.vlt.vbi ponitur exemplum in domino prædium emphyteuticum repetente ex hac causa, quòd emphyteuta intra triennium non soluerit canonem. Cui accedit Gabriel.lib.1.de probationibus, concluf.6.num. 21. Aliud exemplum habetur apud Turz. opin. 116.vbi excipiens contra vendicantem dominium, quòd venditor siue author eius non fuerit dominus rei, probandi onere releuatur, idque in aduersarium transfertur. Idem etiam dicitur de actione hypothecaria, in qua negatur is, à quo debitor rem habuit, dominus eius rei fuisse. Vill.P.185.

Planè

Planè exceptio proposita controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de probationib. conclus. 6. & reprobatur apud Vill. N. 1. item Viu. lib. 2. negatiua. Et exemplum quo neganti imponitur probatio, habetur apud Vill. T. 15. Aliud habetur apud Soarez B. 36. vbi neganti bona esse soluendo, probatio iniungitur. Quod exemplum controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de probationibus. conclus. 7. Modus item probandi bona non esse soluendo, habetur d. B. 36. Sed & alius modus probandi negatiuam habetur apud Vill. N. 2. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi negatiua coarctata sit loco & tempore. Iulius Clarus. in d. vers. scias autem. 4. ibi: si tamen coarctetur. Altera replicatio est: Nisi contra negantē sit præsumptio: tunc enim negatiuam in qua se fundat tenetur probare. Gabr. dict. con clus. 6. num. 4. De qua re vide item j. except. prox. Tertia replicatio est: Nisi quis negauerit, pecunia quam accepit, se factum esse locupletiorem. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de probationibus, conclus. 7. num. 16. vsque ad finem. Quarta replicatio est: Nisi quis in solutione non facta se fundet. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur à Gabriel. d. conclus. 6. nu. 14. cum sequentibus. item à Villal. S. 82. Quinta replicatio est: Nisi iure factum esse negetur. M. I. C. d. reg. 1. except. 4. & M. I. P. d. reg. 2. Accedit Gabriel. d. conclus. 6. num. 6. item Vill. D. 16. Huius duplicatio prima est: Nisi solennitas interuenisse negetur: hoc enim casu affirmanti, non neganti probatio incumbit. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de præsumptionib. conclus. 1. Altera duplicatio est; Nisi negatiua iuris sit de genere prohibitorum, non permissorum. Gabriel. d. conclus. 6. num. 7. Huius triplicatio videtur: Nisi instrumento contineatur licitè esse gestum, quod aliàs est illicitum. Quæ triplicatio reprobatur apud Turz. reg. 28. Hæc de prima exceptione. De qua tamen vide plura apud Gabriel d. conclus. 6. item in exceptionib. sequentib. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi pro eo qui se fundat in quæstione controuersa, sit præsumptio: propter hanc enim onus probandi transfertur in aduersarium. M. I. C. d. reg. 1. except. 3. & M. I. P. d. reg. 2. except. 1. Accedit Vill. P. 175. & 314. Viu. lib. 1. feudalis res, num. 2. Gabriel. d. conclus. 6. num. 4. Tertia exceptio est: Nisi aduersarius anteà contrariū in scriptis vel sine scriptis confessus sit:

hoc

hoc enim casu aduersario erroneæ confessionis probatio incumbit. M.I.C.d.reg.1.except.1.& M.I.P.d.except.1. Accedit Viu.lib.1.testis vnus de veritate.ibi: si verò nota. Vill.M.132. Gabliel.lib.1. de confessis,conclus.4. Cuius replicatio prima videtur: Nisi confessionem aduersarius non acceptauerit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.d.testis vnus.vers.vbi asserit quod vltra. Altera replicatio videtur: Nisi confessio fuerit extraiudicialis sine scriptis facta. Hæc reprobatur apud Vill. C 139. De qua re plura dicentur j. in cap. de confessis. Tertia replicatio est in confessione dotis receptæ à marito facta: hæc enim marito postea neganti dotem se recepisse, non præiudicat. De qua replicatione vide j.lib.prox. cap.9.reg.16.except.6.repl. 2. dupl.1. Sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide apud Gabriel.libro.1.de confessis,conclusone.4. Quarta exceptio est: Nisi aduersarius qui propter possessionem subterfugit onus probandi, vitiosè possideat ab actore. M. I.C.lib.6. cap.10. quæst. 1. reg.1.excep.1.item reg.2. except.1. Accedit Vill.P.175. Quinta propositæ regulæ excep.est: Nisi is qui negat crimen, de eo transegerit: hoc enim casu crimen videtur confessus. Quæ exceptio approbatur & distinguitur à Gabriel.lib.7. conclus.23. De qua re vide item s. lib.prox.cap.7.in fine, replic.gener.2. Sexta exceptio videtur Nisi accusatione instituta, bona rei contumacis fuerit annotata: hoc enim casu reo reuerso videtur probatio iniungenda, non accusatori. Sed hæc exceptio reprobatut à Iul. Clar.§.fin. quæst.44.vers.quæro quando. Septima exceptio videtur: Nisi reus non purè negauit factum, sed adiecit: Et si feci, feci tamen iure. Sed reprobatur apud Iul. Clar.§.fin. quæst.55.vers. cautius igitur. Octaua exceptio est in exceptione falsi procuratoris, cuius probatio excipienti non incumbit, sed aduersario.verùm hæc exceptio controuertitur & distinguitur à Turz.opin.92. Nona exceptio est: Nisi vasallus domino obiecerit vi metúsve causa exceptionum in præstatione seruitiorum: hoc enim casu domino, non excipienti vasallo probatio incumbit. Villal.D.113. Hæc de exceptionibus propositæ regulæ: quibus connumerari possent omnes regulæ præsumptionum.de quibus j.cap. prox. dicitur. Siquidem præsumptio (vt s. except. 2. dictum) probationem in aduersarium transfert.

Quando

QVANDO PROBANDVM?

IIII. Regula, Post terminum probationi præstitutum probatio non amplius est admittenda. Turz.opin.25. Huius exceptio est: Nisi iudex ciuilis terminum statuerit exceptioni Ecclesiasticæ probandæ. Villal.I.109.

V. Regula, Post conclusionem in causa probatio non est admittenda. Cuius exceptio prima est: Nisi instrumenta sint de nouo reperta. Approbatur certo modo apud Viu.libro 2.instrumenta de nouo. Altera exceptio est in causis criminalib. Iul.Clar.§.fin.quæst 61.vers.vlt.

VI. Regula, Renunciationis exceptio in causa spolij opposita non antè probanda, quàm spolium fuerit restitutum. Gabriel.lib.5.de restitut.spoliat.conclus.4.num.3.

EVENTVS.

VII. Regula. Si fuerit probatum, regulariter obtinet is qui probauit, & punitur aduersarius. M.I.C. d. cap.17.q.5. reg.1. & M. I. P. d.cap.12.reg. 25. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi aduersarius certius probauerit, vel probaturus sit contrarium. M. I. P. d.reg.25.except.1. Accedit Gabriel.lib.1. de præsumptionibus, conclus.1.num.62. item Turz. reg.70. Huius replicatio prima est: Nisi probatio sit facta per confessionem aduersarij iudicialem, per rem iudicatam, vel similia argumenta, quæ ius faciunt: aduersus hæc enim non admittitur probatio in contrarium. M.I.P.d.except.1.repl.5. Accedit Gabriel. lib.1. de testibus, conclus. 4. num. 77. Cuius duplicatio est: Nisi is pro quo istiusmodi probatio est, postea confessus sit contrarium: hæc enim confessio derogat isti probationi. Approbatur & distinguitur apud Turz. opin.5.& Vill.C.148.cum duob.sequentibus. Altera replicatio videtur: Nisi per testes iuratos sit probatum. Sed reprobatur apud Vill.E.28. Altera exceptio est: Nisi semiplenè, non plenè probatum sit. Cuius replicatio prima est: Nisi in summario iudicio, cuius præiudicium reparabile sit in alio iudicio, semiplenè sit probatum. Turz.reg.96. Altera replicatio est: Nisi exceptio semiplenè sit probata, vel dubiè: hoc enim casu reus est absoluendus propter istam probationem. Vill. R.63. Tertia replicatio est: Nisi plures semiplenæ & imperfectæ probationes concurrant. Viu. lib.1.testis vnus & confessio facta. item Testis vnus de veritate. Gabriel. lib. 1. de probationib.conclus.1. vbi etiam duplicationes annotantur. Sed & eius duplicatio est in criminalibus. Quæ tamen con-

trouertitur & distinguitur apud Iul. Clar. §. final. quæst.63. vers.tu scis.9,cum vers. sequente. Tertia exceptio est: Nisi post terminum elapsum sit probatum. De hac exceptione vide s̃. reg.4. Quarta exceptio est: Nisi post conclusionem in causa sit probatum.de qua vide s̃.reg.5.Quinta exceptio est: Nisi variatio probationis circa confinia generet incertitudinem. Villal. P. 310. Sexta exceptio est: Nisi aduersus alium agatur, quàm contra quem probatum est.l.idem est. 12.ff.de iureiurando. Septima exceptio est:Nisi iudici causa cognita aliter videatur.l.quæsitum.13.in fine.ff.de testib.Accedit Vill.P.313. Octaua exceptio videtur: Nisi iudex aliunde sciat contrarium esse verius. Quæ tamen reprobatur apud Iul.Clar.§.fin.quæst.66.vers.scias autem, in prin.& ibi: sic etiam.Nona exceptio est:Nisi nō omnes qualitates facto adiectæ sint probatæ. Quæ approbatur, distinguitur,& tandem consuetudine reprobatur d. quæst. 66. vers. sed quid si pro parte. Villal.C.200. Controuertitur in die adiecto apud Iul.Clar.d.§.fin.quæst.12.vers.sed quid si accusator.14. Decima exceptio est: Nisi in criminalibus probatio non sit meridiana luce clarior. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur s̃.lib.prox.cap.9.reg.36.

VIII. Regula, Si rei vendicatione conuentus,de dominio actoris, vel de sua possessione, quam negauerat, fuerit conuictus: possessio ad actorem transfertur. M. I. C.d.reg. 1.except.6.Accedit Turz.opin.174.

IX. Regula,Si nō probauerit is cui probandi onus incumbuit, succumbit,siue actor sit, siue reus, & obtinet aduersarius.M.I.C.d.quæst.5.reg.2.& M.I.P. d.cap.12.reg.26. Accedit Vill.A.47.Iul.Clar.§.fin.q 62.in prin.ibi:& inprimis.Soarez A.65. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iudex probaturum suam intentionem noluit admittere. Quæ tamen reprobatur apud Turz.opin.30.Altera exceptio videtur: Nisi is qui in petitorio non probat, in possessorio antea obtinuerit. Sed reprobatur apud Vill. A. 46. & 75. Tertia exceptio videtur: Nisi actor qui non probat, sit possessor. Villal. A.47. in addit.1. Quarta exceptio est: Nisi successor singulari ab authore suo eiúsve hæredibus rē vindicet: hoc enim casu,quamuis non probet dominium,tamen obtinet. Villal. D. 112. Quinta exceptio est: Nisi præsumptio sit pro eo qui non probauit. M. I. C. d. reg. 2. except. 4. Accedunt ea quæ habentur s̃.reg.3.excep.2.Huius replicatio est:Nisi præsum-

ptio

ptio non fuerit allegata. Villal.P.291.in princ. Sexta exceptio est: Nisi id de quo quæritur, sit notorium. De hac exceptione vide s̃.reg.2.except.1.item s̃.lib. prox.cap.6.reg.28.Septima exceptio videtur: Nisi iudex id de quo quæritur, suis oculis viderit. Sed reprobatur apud Iul.Clar.§.fin. quæst.8. versi.vlt.& quæst.66.versi.scias.2. Octaua exceptio est: Nisi iudex probationes ex officio induxerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul.Clar.§.fin.quæst 44.versic. quæro etiam.& quæst.61.versi. sed hæc quidem, cum versic. sequente. Soarez A.6. Nona exceptio videtur: Nisi is cui probatio incumbit, offerat se ad torturam. Sed reprobatur à Iul.Clar.in §.fin.quæst.63.versi.sed quæro.5. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s̃.regu.2.

## *PER QVÆ QVODQVE probetur vel præsumatur.*

## *CAP. X.*

HVIVS loci regulas per ordinem alphabeti, tum eorum quæ probanda vel præsumenda sunt, tum eorum per quæ probentur vel præsumantur, digeremus.

A.

Absentia, an præsentia in dubio præsumatur, controuertitur apud Viu.lib.1.donationem stipulans, in fine. vide remissiuè Vill.A.1.in addit.versi.sed an & quando.

Absentia necessaria præsumitur. Vill.D.41.

Absentia canonicorum ex ciuitate non præsumitur. Turz. opin.154.num.2.

Absolutio in criminalibus præsumitur, facta ratione defectus probationis, & non defectus criminis. Iul. Clar.in §.fi. quæst.57.versi.sed hic quæro.

Acta causæ. Hæc regulariter vim probandi habent. Cuius exceptio prima videtur: Nisi in alia instantia producantur. Sed reprobatur Villal.A.49.Soarez A.39. Secunda exceptio est, Nisi in ciuili iudicio collecta, in criminali producantur. Vill.A.47.in addit.vers.acta facta.Iul. Clar.§.fin.q.54. vers.item si producantur, cum versic. sequente. Soarez A.41. Tertia exceptio est: Nisi inter alios, quàm inter quos sunt acta. Vill.A.48.Soarez A.38. Quarta exceptio est: Nisi non essent publicata. Vill.A.50. & 157.Soarez A.40.& 285.cum nu. sequente

sequente. Vide item j. cap.12.except.76. Quinta exceptio est: Nisi contrarium certius probetur. Villal.A.52.& Soarez A.45. Sexta exceptio est: Nisi nullis testibus adhibitis sint confecta.Soarez A.35. Cuius replicatio est: Nisi acta sint curiarum. Soarez A.36.& 37. Septima exceptio est: Nisi apud Ecclesiasticum iudicem acta confecta, apud ciuilem producantur: vel contrà. Soarez A.42.cum num.sequente,item Iul.Clar.§.fin.quæst.36. versi.vltimò.Vide item j.cap.18,reg. 7.except.2.

Additio hæreditatis præsumitur ex cursu longi temporis, quo hæres inhabitauit domum defuncti. Gabriel.libr.1. de præsumptionib.conclus.1.num.43.

Animus reuertendi in fugiente vnde præsumatur, definitur apud Viu.libr.1.fuga.§.quærit Bartol.num.9. cum tribus sequentibus.

Antiqua leuibus probationibus egent, nisi cum iustitia facit pro reo & possessore Soarez A.189.

B.

Beneficium præsumitur reale, nisi probetur personale. Vill.B.11.Soarez.B.17.

Benemerita in donationibus vnde præsumantur, vide infra Merita.

Bonorum appellatione in dubio præsumitur de præsentibus,non de futuris actum. Iul. Clar.in §.donatio. quæst.19. versi.idem dicendum.4.cap.11.reg.8.except.6.repl.1.item lib. vlt.cap.penult.in verbo Bona.

Bona fides in dubio præsumitur.Quæ regula approbatur & distinguitur apud Vill B.40.cum tribus num.sequentibus. M.3.in addit.1.cum duab.sequentibus. Soarez B.28.Gabriel. lib.7.conclus.2.num.27.cum sequent.vsque ad num.47.

Bona fides præsumitur etiã ex temerariis & iniustis caussis.Gabriel.lib.7.conclus.8.num.33. cum sequente.item num. 54. Item ex temporis spacio. Viu.libr.2. mala fides. Gabriel. lib.1.de præsumpt.conclus.1. num.41. Item ex decreto interposito.Gabriel.lib.2.de sententiis,conclus.5.num.8.

Bonus quilibet præsumitur,nisi probetur malus,Gabriel. lib.7.conclus.2.num.9. cum num. sequente. Cuius exceptio prima est: Nisi agatur de præiudicio alterius. d.conclus.2. num.11. Altera exceptio est in fauore animæ.d.conclus.2.nu. 12. Tertia exceptio est: Nisi talis præsumptio vergeret in damnum eius, pro quo præsumitur. d. conclus.2. numer.13.

Quarta

Quarta exceptio est: Nisi semel deprehensus sit malus: tunc enim semper præsumitur malus in eodem genere delicti. M.I.P. lib.5.cap.vlt.reg.88. Quinta exceptio: Nisi quis in regula proposita intentionem suam fundet: hoc enim casu ad euitandam probationem proposita præsumptione non adiuuatur. Soarez B.33. Plures exceptiones remissiuè vide apud Gabriel.d.num.11.

C.

Calumnia præsumitur eo ipso quia non probatur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur s. lib. proxi. cap.11. regula 1.

Capitalis pœna in dubio non accipitur de vltimo supplicio, sed de mitiori pœna, per ea quæ s lib. proxi. cap.8. quæst. 2.reg.3. in fine habentur.

Casus fortuitus & impedimentum probatur iuramento, concurrente qualitate personæ iurantis. Viu.lib.2. impedimentum.

Casus fortuitus & sterilitas, ob quam merces vel pensio sit remittenda, vtrum opinioni vulgi, an arbitrio iudicis permittatur æstimandus, controuertitur apud Viu.libr.2. sterilitas.

Causa iusta præsumitur in statuto vel rescripto Principis. Fichard.in addit.vlt.ad Vill.P.291. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.3. de iure quæsito, conclus.3. Planè huius exceptio prima est. Nisi non motu proprio, sed ad instantiam partis princeps statuat vel rescribat.d. addit. vlt. in fine. Altera exceptio est: Nisi contra ius naturale vel gentium, non positiuum, princeps aliquid statuat.d. addit.vlti.in princ.& Vill.C.24 Gabriel.libr.3.de iure quæsito, conclus.3.in princ. Soarez C.31. Plures exceptiones vide apud Gabriel. d.conclus.3.

Census & monumenta publica vim habent probandi.M. I.C.lib.2.cap.17.quæst.3.reg.6. Huius exceptio prima est: Nisi liber censualis non reperiatur in eo loco, quo alij libri cēsuales habentur, sed penes producentem. Gabriel.libr.1.de probatio. conclus.5.num.11. Fichard.in addit.ad Vill.L.113.in fine. Altera exceptio est in libro censuali alicuius monasterij vel Ecclesiæ, Fichard.in d.addit.

Census an emphyteusis in dubio præsumatur, differit Iul. Clar.in § emphyteusis, q.1.versi.sed pone.

Citatio facta præsumitur. Vill.C.47.cum duob.sequentbus

Contradi.

Contradicit Turz.opin.70.num.2.

Clericatus quomodo probetur, differit Viuius lib.2.testimonium vnius,num.2.cum duobus sequentibus.

Clericus in dubio bona ex rebus vel intuitu Ecclesiæ adquisiuisse præsumitur.Iul. Clar.in §.testamentum,q.27.vers. sed quid dicẽdum.ibi:sed quid si nihil. vbi etiã distinguitur.

Commissio.vide Mandatum.

Compromisso in arbitrum & arbitratorem facto, in dubio præsumitur processisse vt arbitrator. Vill.C.115.

Conditio impleta non præsumitur, nisi probetur. Villal.A. 73.Cuius exceptio est: Nisi conditio sit negatiua. Quæ exceptio approbatur exemplo apud Vill.F.num.58.

Confessio præsumitur ex contumacia. M.I.P.lib.2. cap. 12.reg.1. Accedit Gabriel.libr.2.de exceptionibus conclus. 2.num.11.

Confessio criminis præsumitur ex fuga è carcere facta. Quæ regula controuertitur apud Iul.Clar.§.fin.q.21.versi.3. autem.Viu.lib.1.fugiens.§. quærit Bart.de qua re s̃.lib.prox. cap 10.reg.14.copiosius dictum.

Confessio præsumitur, si officialis post finitum officium accusatus non stetit per quinquaginta dies in loco officij. Iul.Clar.d.q.21.versi.præterea etiam.

Confessio criminis præsumitur ex transactione. De qua re s̃.cap.prox.reg.3.except.5.est annotatum.

Confessio non præsumitur ex gratia delicti petita. Gabriel.libr.7.conclus.23.num.15. Excipitur apud Iul. Clar.§. fin.quæst.49.versi.vlt.

Confessio in scriptis facta, probat contra confitentem. Quæ regula approbatur simul & distinguitur s̃.cap.prox. reg.3.except.3.

Confessio non probat pro confitente nec eius hæredibus, quãuis in mortis articulo sit facta. Quæ regula est controuersa apud Viuium libro primo testis illud. versi. vbi responsum est.

Confessio non numeratæ dotis vel pecuniæ præsumitur donandi animo facta. Villal. C.156. D.175. cum tribus sequentibus.

Confessio dotis receptæ inducit præsumptionem, quòd in continenti, non ex interuallo dotem receperit. Vill.C.153.

Confessio de dote numerata præsumitur simulata: contra quam præsumptionem non admittitur probatio in contrarium

trarium, nisi confessio aduersæ partis. Viu.lib.2.confessio de dote, num.7.

Consensus præsumitur ex receptione literarum: qui enim recipit literas, præsumitur ea quæ in iis continentur approbare. Gabriel.lib.1.de præsumptionibus, conclus.2. vbi etiam subiiciuntur exceptiones.

Consensus præsumitur ex subscriptione. d.libr.1.de præsumpt.conclus.3. vbi etiam distinguitur.

Consensus præsumitur ex consignatione.d. libr.1.de præsumpt.conclus.4.vbi etiam distinguitur.

Consensus eius cuius est sigillum, id instrumento præsumitur appositum. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.conclus.4.num.12.vsque ad num.17.

Consensus pręsumitur ex diuturnitate temporis. Gabriel. lib.1.de præsumpt.conclus.1.num.7.38.& 48.

Consuetudo probatur testimonio Doctoris attestantis esse consuetudinem. Quæ regula est controuersa apud Vill. C.180.cum addit. Viu.lib.1. doctori famoso. Gabriel.lib.1.de probationibus, conclus.4.

Consuetudo non probatur per testes singulares. Villal.C. 174.Viu.lib.1.testes singulares, num.4.

Consuetudo vt probetur, requiritur quòd testes deponant de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & quòd deponant de frequẽtia, & temporis diuturnitate, & actus tales factos fuisse, vt appareat interuenisse tacitum consensum populi. Vill.C.181.

Continuatio actuum facit vt alter alterius gratia factus præsumatur. Gabriel.libr.1.de præsumpt. conclus.13. num.4. Excipitur ibid.num.5. vsque ad num. 16. Vel vt præsumatur vnus.d.conclus.13.num.16.cum tribus sequentibus.

Contractus præsumitur pignoraticius vel vsurarius ex modicitate pretij & pacto de retrouendendo. Fichard. in additio.ad Villal.C.194. & Villal.V.68. Vide item j.in verbo Vsurarius.

Contumacia inducit præsumptionem confessionis. Vide s.in verbo Confessio.

Corruptela testis non præsumitur ex falso ipsius testimonio. Viu.lib.1.testium solam. Iul.Clar.in §.falsum.versi.12.

Culpam iis præsumitur, quæ sine culpa non facilè solent euenire. Turz.opin.185. num.13.in fine, cum num.sequente. Huius exemplum est in incendio. de quo vide j. in verbo Incendium.

incendium. In aliis autem secus.d.opin.185.num.15.

Culpa magis præsumitur quàm dolus. Vide J. in verbo Dolus.

D.

Damnum non præsumitur, nisi probetur. Vill.V.36.

Decretum interpositum inducit præsumptionem bonæ fidei & liberæ voluntatis.Gabriel.lib.2. de sententiis,conclu. 5.num.8. Item contractum in vtilitatem Ecclesiæ vel minoris celebratum esse.d.conclus.5.num.2.

Delegatus ex quibus causis præsumatur ordinarius, disserit Viu. libr.1. iudex ordinarius, in princ. vsque ad versic. vtilitas tenc.

Delictum non præsumitur, nisi probetur. Gabriel. libr. 7. conclus.2.in prin. Excipitur d. concl.2. num. 47. cum sequentibus, vsque ad finem.

Delictum per instrumenta non probatur. Quæ regula approbatur simul &.disting.apud Iul. Clar.fin.quest.54.in prin.

Dispensatio præsumitur ex eo, quòd Princeps inhabilem sciens promouerit. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.1.de præsumptionib.conclus.8.

Diues quis præsumitur. ideo dicenti pauperem, probatio incumbit: & contrà: Vill.P.309.

Diuisio præsumitur ex diutina possessione separata. Turz.opin.172. Villal. D.83.& 84.cum addit.Gabriel.lib.1.de præsumptionib.conclus.1.num.28 cum duobus sequentib.

Diuisio non inducitur ex petitione & solutione partis. Villal.D.85.

Dolus non præsumitur,nisi probetur. Viu. libr.1. metus. Gabriel.lib.7.conclus. 2.num. 5. Cuius regulæ exceptio prima est in delictis, in quibus dolus præsumitur. Turz. opin. 154.num.3.Viu.lib.2 homicidium deponens,num.5.Gabriel. d. conclus. 2. num.65. Altera exceptio est: Nisi enormis ad sit læsio Vill.D.91. Quæ tamē exceptio controuertitur apud Gabriel.lib.2.de arbitris, conclus.3.num.49. Tertia exceptio videtur: Nisi quæratur, vtrum dolo, an iuris errore quid factum sit:hoc enim casu potius dolus quàm error iuris præsumitur.quę exceptio est controuersa apud Gabriel.lib.6.de reg.iuris.conclus. 7.num. 2.& 3.

Dolus colligitur ex eo quod in continenti fit Gabriel.lib. 1.de præsumpt.conclus.14.num.7.

Domicilium pręsumitur ex habitatione continua decem annorum.

annorum. Viu.lib.2.domicilium.

Dominium probatur communi opinione & fama. Vill. D. 107. cum addit. & F. 11. cum num. seq. Contradicit. Villalob. F. 8. cum addit.

Dominium non probatur ex locatione. M. I. C. lib. 2. cap. 17. quæst. 3. de dominio probando, reg. 2. Accedit Vill. D. 111. item I. 83. Huius exceptio est: Nisi non reali, sed personali actione agatur ex locato aduersus inquilinum. Villal. I. 83. ibi: secus tamen.

Dominium non probatur sola possessione, nisi etiam probetur titulus. Viu. lib. 2. possessionis probatio.

Dominium præsumitur ex loco seu situ rei, si in alicuius territorio res sita sit. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de præsumptionib. conclus. 9.

Si dubitatur cuius territorij sit locus, præsumitur eius territorij, cui magis est propinquus. d. conclus. 9. num. 16.

In probatione dominij requiritur etiam probare venditorem dominum fuisse. Quæ regula controuertitur apud Turz opin. 116.

Dominium non probatur contra tertium ex inuestitura. Vill. I 82. Cuius exceptio est: Nisi probetur dominium inuestientis. Fichard. in addit. 3. ad Vill. I. 96. Plura de probando dominio vide remissiuè apud Vill. D. 107. in addit.

Donatio non pręsumitur, nisi probetur. Vill. D. 3. item 153. & P. 58. Huius exceptio prima est in exiguis ac non preciosis, Vill. D. 4 & V. 32. Altera exceptio est: Nisi filius emancipatus res paternas diu possederit. Gabriel. lib. 1. de præsumptionib. concl. 1. num. 33. Tertia exceptio videtur: Nisi filius pro patre soluerit: hoc enim donandi causa factum videtur. Sed reprobatur apud Turz. opin. 89. Quarta exceptio videtur: Nisi maritus eiúsve pater aliquid sponsæ vel vxori dederit: hoc enim donatum præsumitur. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Iul. Clar. in §. donatio, q. 10. in prin. Admitti videtur in annulis, iocalibus & vestibus, quas maritus facit vxori. Sed & hęc distinctio reprobatur in preciosis, admittitur autem in necessariis ad vsum apud Iul. Clar. d. q. 10. vers. successiuè quæro. & Vill. V. 31. cum num. sequente. Quinta exceptio est: Nisi quis non numeratam pecuniam se recepisse confessus sit. hoc enim præsumitur donandi animo factum. de quo vide s̃. in verbo Confessio.

Donatio facta sponsæ à consanguineis viri, præsumitur

viri, non vxoris contemplatione facta: secus si facta sit à consanguineis vxoris Iul.Clar.d.q.10.vers.sed nunquid.2.

Donatio in contractu matrimonij vel dotis facta præsumitur facta cogitatione liberorum. Quę regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.3.de donationib. conclus. 2.num.51.cum tribus sequentibus.

Donatio simulata non præsumitur ex eo, quòd donans in possessione permanserit. Approbatur & distinguitur apud Villal. D.151.

Donatio non præsumitur ob merita facta. Vide ī. in verbo Merita.

Donatio facta ab infirmo sine mortis mentione, non pręsumitur mortis causa donatio Vill. D.133. Viu.lib.1.donatio censetur. vers. & hinc nota, cum sequentibus. Iul. Clar. in §. donatio, quæst.4.vers. & hæc quidem. 3.

Dos data non præsumitur fratris filiæ ex bonis communibus. Villal. F.165.

Doti data non præsumuntur bona mulieris simpliciter nubendo Vill. M.134.

E

Emancipatio non præsumitur. Fichard. in additionib. ad Villalob. E.34.

Emphyteusis, an census in dubio præsumatur, vide s̄. in verbo Census.

Emphyteusis, an locatio simplex sit, ex quantitate pensionis præsumitur.d.q.1.vers.& aduerte.cum vers.sequente.

Emphyteusis præsumitur ex solutione certi canonis triginta vel quadraginta annorum.M.I.C.lib.19.cap 9.q.7.reg. 1. Accedit Vill. E.46.& 47. cum addit. item Fichard. in addit. 1. ad Vill. E.90. Viu. lib. 1.emphyteuta eo ipso. vers. soluens.Gabriel.lib.1.de pręsumptionib.conclus.1.num 18. cum quatuor sequentib. Emphyteusis tamen Ecclesiastica ex hoc non præsumitur perpetua, sed tantùm ad tertiam vsque generationem. Vill.E.48.

Enunciatio. vide ī. Verba enunciatiua.

Epistola regulariter probat. M. I. C. d. q. 3.reg. 4. Cuius exceptio est: Nisi repræsentetur vel acceptetur post mortem scribentis. Gabriel. lib.1.de præsumptionib. conclus. 2. num. 16. cum sequente.

Error notarij in testamento commissus per quæ probetur tradit Vill. T.66.

Falsum

F

Falsum in dubio non præsumitur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur apud Gabriel.lib.7.conclus.2.num.21. cum tribus sequentibus.

Falsum præsumitur ex suspicione. Quæ regula controuertitur & distinguitur per ea quæ habentur s. libr. prox. cap. 15.de falsis,reg.32.

Falsum testimonium non probatur ex eo quòd testis sit corruptus.Viu.lib.1.testiũ solã. Iul.Clar.in §.falsum.vers.12.

Falsum rescriptum præsumitur ex nouis & insolitis clausulis. Villal. R. 36.

Falsę monetę reus vnde præsumatur,definitur apud Viu. lib.1.monetam falsam scienter.ibi: & his occurrit.

Fama semiplenè probat. M.I.C.d.quæst.3.reg.1. Accedit Turz.opin.57.Vill.F.6.Viu.lib.1.fama,num.1. Huius regulæ exceptio prima est in antiquis,in quibus fama plenè probat. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Viu. lib. 1. fama,num.2.cum duob. sequentib. Gabriel. lib.5 de præscriptionib. conclus. 1. num. 77. Villal. F. 9. & 11. cum num. sequente. Altera exceptio est in interdicto recuperandæ possessionis, in quo fama plenè probat. Gabriel.lib.5.de restitut.spoliator.conclus.1.num.124.

Fama probatur duobus testibus. Villal.F.9.Iul. Clar.in §. fin.quæst.6.vers.sciendum est.13.

Fama probanda est ita, vt testes deponant se à pluribus audiuisse, & nominẽt particulariter aliquas personas etiam non interrogati: item quòd audiuerint à maiore parte populi:quòd exprimant causam, ob quam fama sit orta: item quòd fama præcesserit accusationem. Vill. F. 7. in addit. & num.10.Turz.opin.43.Viu.lib.1.testes in his.ibi:quia ad probationem,vsque ad finem. Iul. Clar. §. fin. q. 6.vers.illud tamen.13.cum sequentibus.Alia de probanda fama habet Gabriel.lib.5 de præscript.concl. 1.num.78.cum tribus sequentibus & Iul.Clar.d.q.6.vers.item requiritur.15. cum sequentibus vsque ad vers. quæro.nunc.20.

Soli iudici asserenti in inquisitione famam publicã præcessisse, non creditur. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.in §.fin.quæst.31.vers. fama publica.10.

Fideicommissum in dubio præsumitur iniunctum non filio,cui debetur legitima,sed eius hæredibus. Quæ regula controuersa est Iul. Clar.in §. testam.q. 72. vers.tertius est.

Vill.F.39.in fine. Viu.lib.1.legitima non debetur,num.9.verf. ampliatur. Vide item J. lib. 4. cap.8.reg.6.except.17.repl.4. duplic.1. in fine.

Filiatio probatur præfumptionibus. Villal.F.62. Per contractum non probatur. Quæ regula controuertitur apud Villalob. F.152.

Filiatio probatur, fi nafcatur in domo ex vxore vel concubina alicuius Villal. F.153. Cuius exceptio videtur: Nifi vxor fit adultera. Quæ tamen exceptio reprobatur certis conditionibus apud Gabriel. libro 1. de præfumptionibus conclus.14.

Filiatio non probatur ex fola nominatione filij. Viu. lib. 2.filij fola,num. 1. Excipitur remiffiuè d. filij fola,num. 2. & Villal. F.152. ibi: vt in fimili. Replicatur in filiis fpuriis, d. filij, num.3.

Filiatio probatur ex eo, quòd quis vt filius fit tractatus. Quæ regula approbatur communi opinione, vt refert Fichard.in fua addit.ad Vill.F.153.Controuertitur tamen apud Viu.lib.2. filij fola, num.4.& 5.

In filiatione probanda inftruuntur aduocati. d. filij fola, num.3.ibi: ideo debent.

Matri neganti filium fui mariti effe,non creditur. M. I.C d. quæft 3.de eo an fit filius probando,reg. 3. Accedit Turz. opin.120. Vill. M 31 Viu.lib.2.matri.

Fructus qui feruãdo feruari non poffunt,non præfumuntur vltra triennium extare. Viu.lib.2.fructus.

Fuga regulariter quidem non probat delictum. Viu.lib.1. fuga.§.quærit Bartol.num.2. Cuius exceptio prima eft:Nifi tale fit crimen quod in fuga confiftit: veluti fugitiuum aut defertorem effe.d.§ quærit.num.1. Secundæ exceptionis loco notandum, quòd quamuis non probet delictum, tamen indicium faciat ad torturam d.§.quærit,num.3.Quę tamen exceptio eft controuerfa per ea quæ propofita funt s. libro prox.c.10.reg.14.in prin. Planè huius exceptionis replicatio prima eft: Nifi alia probabilis fugiendi ratio fubfit. d. §. quærit,num.13.Veluti quòd locus non fit fatis tutus, vel iudex crudelis. d. num. 13.& 17. item Vill.F. 175. ibi:vbi etiam dicit alias.De probãda hac replicatione differitur d.§.quærit,num.14. Altera replicatio eft: Nifi adfit aliqua præfumptio, quòd propter metum carceris, non delicti fugerit. d. §.quærit,num.7. Tertia replicatio eft: Nifi animo reuertendi

tendi fugerit.d.§.quærit,num.9. Quarta replicatio est: Nisi ad superiorem iudicem fugerit.d.§.quærit,num.18 Quinta replicatio est: Nisi fuga non sit legitimè probata.d.§.quærit,num. 19.in princ.Sexta replicatio est: Nisi fugiens esset bonæ famæ. d.num.19.ibi: octauo. Planè præcedentium replicationum duplicatio generalis est: Nisi fugiens fuerit citatus, & tanquam contumax bannitus. tunc enim postea deprehensus istis replicationib. non obstantibus potest torqueri. Villalob. F.175.ibi: & nota verbum. Septima replicatio est, quoad non fugientem. huic enim fuga socij non præiudicat. Quæ replicatio est controuersa d. §.quærit,nu. 4.cum sequente,& num.16. Hæc de secunda exceptione,de qua tamen vide plura s̃. d.reg.14. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi famulus fugiat: contra hunc enim fuga facit plenam probationem.d.§.quærit.num.19.ibi: septimò fallit.vbi etiam additur replicatio.Quarta exceptio est:Nisi incarceratus aufugerit: contra hunc enim plene probat fuga. d. §. quærit, num. 20. & 22. De qua re vide item s̃. libro prox. cap.7.in fine,repl. gener. 1. Quinta exceptio est: Nisi cùm quis contra statum loci rem aliquam deferret per locum prohibitum,deprehensus cum ea aufugerit.d.§.quęrit. vers. decimò posset. Sexta exceptio est: Nisi officialis vel iudex aufugerit ab officio suo. Quæ exceptio controuertitur d.§.quærit.vers.vndecimò limitatur.

Furiosus non præsumitur,nisi probetur.Viu.lib.1.furiosus.ibi:quia quis non præsumitur.Cuius exceptio est: Nisi iudex tanquam furioso curatorem decreuerit. Gabriel.lib. 2.de sententiis,conclus.5.num.3..

Furiosus vnde probetur, vide remissiuè d.furiosus.ibi: qualiter autem probetur. cum sequentib.

Furiosus præsumitur tempore furoris contraxisse, non in interuallo. Villal. F.180. Distinguitur ibidem in addit.

H.

Habitus pręsumitur,donec probetur priuatio.Gabriel.li. 1.de præsumption. conclus. 10.vbi etiam distinguitur. Eius exemplū est in eo qui semel possedit:is enim possidere præsumitur vsq; ad mortem. Vill.P.181. Vel ad tempus quo dicitur deiectus. Vil.P.182.Huius exceptio est in infirmo.Quę exceptio approbatur & distinguitur j̃.in verbo Infirmus.

Hæresis. Excommunicatus qui per annum in excōmunicatione permanet, de hæresi suspectus habetur.Viu.lib.1.

excommunicatus pro quacunq;,nu.1.cum tribus sequentib.

Homicidium probatur solis minis præcedentibus. Quæ regula controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. lib.2.homicidium commissum,nu.1.cum sequente.

I.

Idoneus præsumitur,qui nõ probatur nõ idoneus. Vill.I.1.

Ignorantia præsumitur,nisi probetur scientia.M.I.P.lib.5. cap.vlt.reg.89. Accedit Turz.opin.145. Huius regulæ exceptio prima est in ignorantia iuris, quæ non præsumitur.Gabriel.libro 6.de reg. iuris, conclus.7. Altera exceptio est in hærede scripto, qui se immiscuit hæreditati. hic enim contenta in testamento ignorare non præsumitur. Quæ exceptio approbatur & distinguitur in filio hærede apud Vill.I. 4. Tertia exceptio est in subscribente, qui non præsumitur ignorare ea quæ in instrumento continentur. Gabriel.lib.1. de præsumptionibus, conclus.3.num. 28. vsque ad num.31. Quarta exceptio est in municipibus, qui præsumuntur scire quod sciunt hi quibus summa Reipub. commissa est. l. municipes.14.ff. ad municipalem. Quinta exceptio est in filio hærede, qui præsumitur scire factum defuncti patris. Gabriel. lib. 5.de præscriptionib.conclus.1.nu.70. Sexta exceptio est in temporis diuturnitate, ex qua scientia præsumitur. Gabriel.d. conclus.1.num.62. Plura de regula proposita eiúsque exceptionibus vide apud Gabriel.libro 6.de regulis iuris,conclus.5.item J.in verbo Scientia.

Ignorantia proprio iuramento probari potest. Fichard. in addit.ad Vill.I.4.

Ignorantia falsæ monetæ vnde præsumatur; vide apud Viu.lib.1.monetam falsam scienter.vers.vlt.

Impedimentum probatur iuramento, concurrente qualitate personæ iurantis. Viu.lib.2.impedimentum.

Incendium præsumitur culpa inhabitantium factum. Fichard.in addit. ad Vill.I. 21. item Turz.opin.185. num.2.ibi: imò voluit. item num. 8. 11. & 13. Contradicit tamen d.opin. 185.num.17. Ex quo apparet regula hæc controuersa, licet magis approbetur. Huius regulæ exceptio est: Nisi pluribus inhabitantibus, certæ personæ culpa non probetur: hoc enim casu nemo de incendio debet damnari.d.opin.185.nu. 16.& 19. Planè hoc casu patrisfamiliâs culpæ incendium assignatur, quod replicationis loco notandum. Quæ tamen replicatio est controuersa d.opin.185 nu.9.&18.

Incendium præsumitur ex culpa leuissima.d.opin.185.nu. 11. Villal. I.20. Cuius exceptio est in culpa quæ consistit in committendo,non in omittendo.Villal.I.21.

Indicia quoque & alia argumenta,præter testes & instrumenta,probandi vim habent. M.I.C. d.quæst.3.reg.7. Cuius exceptio prima est: Nisi statuto probatio coarctetur. Villal. P.315. in addit. & S.125. in addit. Cuius replicatio est in clerico agente:hic enim non ligatur statuto modum probationis coarctante.Vill.S.125.Altera exceptio est: Nisi inter partes conuenerit, vt non nisi per testes vel instrumenta probatio fieret. Vill. P. 14. Controuertitur & magis reprobatur in solutione probanda,Viu.lib.2.pactum initum. Tertia exceptio est: Nisi inter partes conuenerit, vt contractus in scripturam redigeretur.Gabriel.lib.3.de pactis,conclus.3.nu.4.

Infirmus morbo caduco præsumitur durare in infirmitate: secus in alia infirmitate.Vill.I.32.

Insolita pacta alleganti probatio incumbit. Iul. Clar.in §. feudum,q.20.in prin.

Instrumentum præsumitur imperfectum, si nō contineat consuetum.Gabriel.lib.6.de consuetudine,conclus.3.nu.4.

Iuramentum operatur, vt videatur in genere cogitatum. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel.libro 6.de reg.iuris,conclus.4.nu.11.cum nu.sequente.

Ius. Tale quidq; præsumitur,quale iure esse debet,exemplo Turz.reg.5.& Vill.S.73.T.72.cum sequente. Cuius exceptio prima est: Nisi qualitas sit fundamentum intentionis; tunc enim probanda est. Vill. C. 1. Altera exceptio est: Nisi solennitas sit intrinseca materialis, vt pretium in venditione. Vill. S. 72. Tertia exceptio est in solennitate sententiæ partibus absentibus dictæ, Vill. S.73. Quarta exceptio est in notario,qui negatur ad instrumentum conficiendum rogatus.de quo vide ī.in verbo Rogatus.

L.

Lex vel statutum in vsu esse non præsumitur, nisi probetur. Quæ regula est controuersa apud Vill. A. 142. in addit. vers.& dicenti esse in obseruantia,cum sequentibus.

Liber mercatorum quatenus probet,vide ī.in verbo Priuata scriptura.

Liber censualis quatenus probet,vide s̄.in verbo Census.

Liberatio præsumitur, si creditor, cum sæpius debitori soluisset,suum debitum nō exegit.l.Procula.26.ff.de proba-

 tionibus.

tionibus. Accedit Fichard.in addit.ad Vill.D.149. vbi etiam distinguitur,& antinomiis non caret, vt apparet ex glossa d. l.16. Quibus respondet alia glossa in libertis.18.§.manumissis.in verbo Sed & eius.ff.de alimentis legatis.

M

Maior ætate an præsumatur, vide ĩ.in verbo Minor.

Malæ fidei præsumptio tollitur spacio triginta annorum. Vide s̃.in verbo Bona fides.

Mandatum non præsumitur, nisi probetur. Villal. C.104. cum addit.

Mandatum quibus probetur vel præsumatur, vide apud Viu.lib.1.mandatum.& in verbo Testis.§.mandatum. Villal. M.9.P.331.&334.S.69 cum duob.sequentibus.

Mandatum non præsumitur interuenisse ex temporis diuturnitate. Quæ regula est controuersa, vt refert Fichard. in addit.ad Vill.M.10. item controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de procuratoribus, cõclus.1. Approbatur apud Villal. M. 7. Distinguitur in his quæ sunt parui præiudicij Villal. M. 8.

Mandatum de occidendo ex quibus præsumatur, vide s̃. lib.prox.cap.13 de homicidio,reg.21.

Mandatum ei præsumitur, qui mandati instrumentum producit. Viu.lib.2.procurator.

Mandatum reuocatum quibus modis probari possit, vide apud Viu lib.1.testis.§.mandatum.vers.ampliatur.

Manifesta probatio quæ sit, definitur apud Viu.lib.1.iuramento necessario.

Matrimonium quomodo probetur, definitur. M. I. C.d. quæst.3. de matrimonio probando. & M. I. P.lib.4.cap.17.q. 3.reg.2. Definitur item apud Viu.lib.1. testificari. ibi: cæterùm vbi agitur. Turz.opin. 79. 108. & 113. Villal. C. 130 cum addit. Gabriel.lib.1.de testib. conclus.8.item de præsumptionib.conclus.1.num.40.

Matrimonium probatur consensu per traditionem annuli expresso. Vill.M.37.

Matrimonium præsumitur per cohabitationem quadragenariam. Vill.M.39.

Matrimonij causam impedientem probat fama publica. Vill. M.70. Item vnicus testis. Vill.M.71.

Matrimonium non probatur iuramento coniugum necessario. Vill.M.74. Nec per nominationem, quæ tamen inducit

ducit præsumptionem. Vill. M. 75. Nec probatur ex verbis narratiuis vel enunciatiuis instrumenti Vill.M.76.

Medium probatur, probatis duobus extremis. Vill P.153. cum addit. item 175. in addit. & 310. cum addit. & num.339. cum addit.

Memoriam operis extare quomodo probetur, definitur M.I.C. d.quæst.3. de eo memoriam operis extare. Tempus immemoriale quomodo probetur, definitur apud Villal.T. 14. Gabriel.lib.5. de præscriptionib. conclus.1.num.81. vsque ad finem.

Merita in donatione non præsumuntur: ideóque sunt probanda, non obstante testimonio donatoris dicentis ob benemerita se donasse. Quæ regula approbatur apud Vill. D.134.M.85. Viu.lib.2.donatori asserenti. vers. sed donatori. Iul.Clar.in §.donatio, quæst.3.vers.sed hic occurrit.2 Cuius exceptio prima est: Nisi non prohibita donatio sit facta: tunc enim creditur donatori asserenti ob benemerita se donasse. dict. §. donatori asserenti, in prin. Altera exceptio est: Nisi longum tempus excesserit. hoc enim casu merita præsumitur. Gabriel. lib.1. de præsumptionib. conclus. 1. num. 41. Plura de regula proposita vide j lib.4.cap.11.reg.8 excep. 2.repl.4.dupl.1.

Metus non præsumitur, nisi probetur. Viuius lib.1 metus. Huius exceptio prima est in seruitiis domino à vasallo indebitè præstitis: hæc enim metu præstita præsumuntur. Vill. D.113. Altera exceptio videtur in metu reuerentiali. quæ tamen exceptio reprobatur Viu. lib.1. contractus vers. & his accedit quòd. Tertia exceptio est: Nisi protestatio de metu interposita sit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Vill.P.366.

Metus magis probatur duobus testibus, quàm centum testib. libera voluntas. Viu.lib. 2. testibus duobus de metu. De qua re vide j.cap 12.reg.12.except.53.repl.7.

Minor, an maior ætate quis sit, cum quæritur, præsumitur contra eum qui se in hac quæstione fundat. Viu. lib.1.in litera E.in verbo Ætas. Villal. M. 61. Cuius exceptio prima est: Nisi fundans se in maiori ætate, iurasset se esse maiorem. d. ætas. vers. istáque communis. Altera exceptio est in pupillariter substituto, qui allegat institutum in pupillari ætate decessisse. Quæ tamen exceptio cõtrouertitur d.ætas. vers. limitatur secundò. Tertia exceptio est: Nisi non prin-

cipaliter allegetur ætas, sed per accessionem in aliquo actu, ad cuius validitatem ætas requiritur: hoc enim casu ætas idonea præsumitur. d. ætas. vers. limitatur postremò.

Minor præsumitur ex eo, quòd illi curator sit decretus, Gabriel. libro 2. de sententiis, conclus. 5. nu. 4.

Morbus præsumitur in equo tempore venditionis extitisse, si breui pòst decessit: secus si diu pòst decessit. Viu. lib. 2. conducens equum, nu. 2.

Mutuum præsumitur in dubio pecunia data magis quàm donatio. Villal. P. 58. De qua regula vide plura s̃. in verbo Donatio.

N.

Negatiua quomodo probetur, definitur apud Villal. N. 2. De eo, aliquem non esse soluendo, probando differitur apud Villal. B. 34. & in glossa l. cum de lege. 17. ff. de probationibus. De probando reum fideiussores inuenire non posse, differit Iul. Clar in §. fin. q. 46. vers. sed quomodo.

Negocium quis magis proprium quàm alienum in dubio gessisse præsumitur, exemplo Turz. regula 6. & reg. 77. item Villal. A. 1. in addit. ibi: si autem dubium.

Nomen interdum argumentandi materiam ac præsumptionem suppeditat. Viuius lib. 2. nomina, num. 1. cum quinque sequentibus. Nec tamen nomen quo quis Perusinus vocatur, probat eum esse Perusinum. d. nomina, num. 1. vers. & aduerte. Nec originem probat. de quo j̃. in verbo Origo,

Notarius non præsumitur, nisi probetur. Villal. N. 15. cum num. sequente. Viu. lib. 2. notarius quis, num. 1. Huius exceptio est in antiquis instrumentis: in quibus presumitur titulus notarij. Villal. N. 17. & Viu. d. notarius, num. 2. Huius replicatio est: Nisi instrumentum nõ excedat centum annos. Quæ replicatio est controuersa d. notarius, num. 3.

Notarius non præsumitur rogatus. Vide j̃. in verbo Rogatus.

Notorium probatur per duos testes. Viu. lib. 1. notorium. vers. & aduerte. Iul. Clar. in §. fin. q. 9. vers. quæro nunc.

O.

Opinio communis probatur testimonio vnius Doctoris. Fichard. in addit. ad Vill D. 89. vbi addit, hanc regulam non admodum controuerti. Viuius lib. 2. doctoratus, num. 18.

Origo non probatur nomine M. I. C. d. quæst. 3. de origine. Accedit Vill. O. 32. Vide item s̃. in verbo Nomen.

Pactum

P.

Pactum in dubio præsumitur nudum. Viuius libr.1. pactorum, num.3.

Pars. A parte ad totum valet argumentum. de quo libr.2. Dialectices meæ, cap. A parte, regu.1. disserui. Sic, pluribus partibus libri comprobatis, præsumitur totus liber comprobatus. Quod tamen exemplum controuersum est apud Gabriel. lib.1. de præsumptionibus. conclus.5. Sic instrumentum pro parte falsum, in totum præsumitur falsum. Sed & hoc exemplum controuertitur & distinguitur apud Gabriel. libr. 7. conclus.3. Item testimonium vnius testis pro parte falsum præsumitur. Quod exemplum approbatur & distinguitur apud Gabriel. d. lib.7. conclus.4. de quo vide j. cap.12. reg.12. except.55.

Partus an naturaliter viuere possit, in hoc statur iudicio obstetricum, Iul. Clar. in §. testamentum. q.45. versi. vlt.

Pauper quatenus præsumatur, vide s. in verbo Diues.

Perpetuum in dubio præsumitur, non temporarium. Fichard. in addit. ad Vill. R.11. ibi: cum ergo.

Possessio non præsumitur, nisi allegetur. Vill. P.183.

Possessio approbatur testibus singularibus. Quæ regula approbatur simul & distinguitur apud Gabriel. lib.1. de testi. conclus. 2. num.33. cum tribus sequentibus. Item probatur dicto rusticorum. Vill. P.152.

Possessio ex locatione non probatur. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.3. de locatione, concl.4.

Possessio probatur per receptionem mercedis. Vill. P.151.

Possessio præsumitur, si quis olim se possedisse probauerit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de præsumptionibus, conclus.10.

Possessio diutina seu præscriptio quibus modis probetur, vide apud Viu. libr.2. testes deponentes Titium. item Testis deponens Sempronium. item Testis productus. item apud Gabriel. lib.1. de probationibus, conclus.1. num.55. cum num. sequente.

Possessio præsumitur clandestina vel violenta, si aduersarius probauerit antiquiorem possessionem. Vill. P.154. Viu. lib.1. spoliatus. §. possessorio. ibi: nam intentans.

Possessio intermedia probatur, probatis duob. extremis. de quo vide s. in verbo Medium.

Possessio continuata quomodo probetur, vide remissiuè in addit.

item reprobatur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de sentent.conclus.5. Plures propositæ regulæ exceptiones vide apud Gabriel d.lib.2. de sentent.concl.4.& 6.itē J.c.17.reg.4.

Sententia in absentem lata præsumitur ex contumacia, non ob iniustam causam lata. Quæ regula approbatur simul & distinguitur apud Gabriel.d lib.2.de sentent. concl.3.

Seruitus quomodo probanda, vide apud Vill.S.58.

Signa quoque probandi vim habent. de quo vide s. in verbo Indicia.

Simulatio & fraus aduersus instrumentum quomodo probanda, vide Viu.libr.1.testes non requirunt.§.per testes.ibi: declaratur hoc.

Simulatio contractus quomodo probetur, vel quòd contractus in fraudem vsurarum sit factus, definitur M.I.P. lib. 5.cap.7.reg.14. Accedit Viu.lib.1.iuramentum super. versi.& ex quibus.item ver.vlt.item in verbo Venditio.§.contractus emptionis.Gabriel. libr.1.de præsumpt.conclus.13.nu.8.& 10.

Solennitas & præsumptio instrumenti quomodo probetur, definit Viu.lib.1.testes non requirūt.§. per testes, in prin.

Solennitas necessaria præsumitur spacio decem annorū. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.1.de præsumpt.conclus.1.

Solennitas extrinseca præsumitur ex tempore triginta annorum. Vill.S.78 cum num.sequente.& T.12. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex aspectu instrumenti appareret defectus. Villal.S.70.& T.13. Altera exceptio videtur in alienatione rei Ecclesiasticæ. Sed reprobatur apud Vill.S.71.

Solutio per vnum testem probari potest, debito per duos testes probato, éstque in supplemētum probationis reo iusiurandum deferendum. Viu.lib.1.testis.§.per duos.

Solutio canonis emphyteutici per duos testes probanda. Viu.lib.1.testes duo sufficiunt ad probandam.ibi:nota etiam.

Solutione trium annorū in annuo canone probata, etiam præcedentium annorum solutio facta præsumitur. M.I.C.d. quæst.3.de solutione probanda, reg.4. Accedit Viu.lib.1.emphyteuta eo ipso.Gabriel.libr.1. de præsumpt. conclus.11.vbi etiam huius regulæ exceptiones subiiciuntur. Sed & de hac re vide J.lib.5.cap.7.reg.19.except.13.

Solutio à patre pro filio habente aduentitium peculium facta, præsumitur de bonis filij, non de patris bonis facta. Viu.lib.1.statutum disponens quòd pater.versi.vlt.

Solutio præsumitur facta nomine proprio magis quàm alieno. vide s̃.in verbo Negocium.

Spolium prȩsumitur antiquiore possessione probata.vide s̃.in verbo Possessio præsumitur clandestina.

Stipulatio patris filiis facta, præsumitur vt hæredibus facta.Vill.P.38.

Stipulatio non præsumitur ex verbo Conuenit posito in instrumẽto.Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Viu.lib.1.verbum Conuenit.

Stipulatio præsumitur ex verbo Promitto. Viu.libr.1.verbum Promitto. De qua re vide j̃.in actione ex stipulatu.

Sumptus in alendo equo pignorato præsumitur de bonis creditoris factus. Vill.P.87.

Suspicio quomodo probetur, definit Villal.F.177.Viu.lib.1.debitor capi.

T.

Tabellio non præsumitur, nisi probetur titulus. Vill.T.1. vide s̃.in verbo Notarius.

Tempus non præsumitur,nisi probetur. Turz reg.27.

Tempus præsumitur cõtinuum,nisi vtile probetur. Turz. reg.39.Vill.A.1.in addit.ibi : sed an & quando.

Tempus inducit præsumptionem. Gabriel.lib.1.de præsumptionibus.conclus.1.

Tenor instrumenti amissi quomodo probetur, definitur apud Turz.opin.58.Viu.lib.1. testes non requirunt.§.per testes. ibi : declaratur etiam.

Testamentum cancellatum præsumitur voluntate testatoris.Vill.T.54.

Testamentum legitimè esse factum probatur per duos testes testamentarios.Vill.T.33.

Titulus præsumitur in annua præstatione ex decennio,& inducitur probatio obligationis.Vill.T.109.cum addit.&115. cum num.sequ. Cuius exceptio est: Nisi ius resistat, vel præsumptio iuris sit contra possessorem ; vt in domino qui præsumitur à vasallo extorsisse per metũ seruitia. Vil.T.117.V.8.

Titulus in seruitute ex sola patientia præsumitur. Vill.T. 110.Viu.lib.2.seruitutis temporis cursu.

Titulus ex diutina possessione non præsumitur. Fichard. in addit.ad Vill.T.110.Contradicit Viu.lib.1.prȩscriptionem. §. in prȩscriptione. Controuertitur apud Gabriel.libr.1.de prȩsumptionibus,conclus.1.num.10.& 17.

Totum.

Totum. A toto ad partem valet argumentum, exemplo Gabriel.libr.6.de clausulis, conclus.10.num.2. de quo etiam vide S, in verbo Pars.

Traditio. Si vtrique emptori res probetur tradita, & dubitetur de tempore traditionis: præsumitur primo emptori prius traditio facta. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel.lib 3.de empt.& vendit.conclus.2.num.51.cum duob.sequentibus.

V.

Venditio præsumitur facta ante litis contestationem, non post. Villal.V.15.

Verba enunciatiua non probant. M.I.C. d. quæst.3.reg.3. except.4. Accedit Vill.V.27.cum addit.ibi:cæterùm si essent. Viu.lib.1.verba enunciatiua, in prin. Cuius exemplum videtur apud Villal. P.335. Huius regulæ exceptio prima est in antiquis, Vill V.27.in addit. Viuius lib.2 instrumenta antiqua, num.1. Declaratur definitione antiquorum d. instrumenta antiqua, num.2. Quæ tamen definitio est controuersa. Huius exceptionis replicatio est quoad tertium: huic enim ne quidem in antiquis verba enunciatiua præiudicant. Vill.V.29.& Viu.d.instrumenta, num.3. Altera exceptio est in geminatis, Vill.V.28. Tertia exceptio est, quòd verba enunciatiua semiplenam faciunt probationem in fauorem tertij. Viu.lib.1.verba enunciatiua. ibi: limitatúrque primò. Quarta exceptio videtur quo ad fauorem piæ causæ. Quæ tamen exceptio est controuersa d. verba enunciatiua. ibi: claudicat secundò. Quinta exceptio est: Nisi verba enunciatiua sint iurata d.verba enunciatiua. ibi: coarctatur tertiò. Sexta exceptio est: Nisi principaliter disputetur de enũciato.d.verba enunciat. ibi: & his vtiliter. Septima exceptio est: Nisi causa eius de quo principaliter agitur, fuerit enunciata. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi causa sine qua actus non subsistit, fuerit enunciata: hoc enim casu præsumitur causa in fraudem legis adiecta, nec probat enunciatio causam. Soarez A.279. cum vers.sequente. Cuius exemplum est M.I.C.d.reg 3. except.2. Huius duplicatio est in iudice delegato causam delegationis enunciãte, Soarez A. 281. Plures propositæ regulæ exceptiones vide remissiuè apud Viu. d.verba enunciatiua. ibi: & in octo aliis.

Virgo præsumitur, nisi contrarium probetur Iul. Clar. in §.

in §.stuprum.vers.sed pone.4.

Vis nō præsumitur, nisi probetur. Vide s̄.in verbo Metus.

Viuere quis præsumitur vsque ad centum annos. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.1.de præsumptionib. conclus.16.& Viu.libr.2.viuere quilibet. Quia igitur regula hæc est controuersa, ideo alleganti vitam incumbit probatio, nisi possideat. Vill.V.43.

Viuere partum statur iudicio obstetricum. Vide s̄.in verbo Partus.

Voluntas testatoris præsumitur magis conformis statutis, quàm iuri communi. Iul. Clar. in §.testamentum, quæst. 76. vers. scias tamen.12.

Vsurarius contractus in dubio non præsumitur. Fichard. in addit. ad Vill. V.73. Huius exceptio videtur: Nisi pœna non soluenti sortem sit adiecta. hæc enim in fraudem vsurarum adiecta pręsumitur: ideóque contractus censebitur vsurarius. Quę exceptio est controuersa Vill. V.73. Plura de hac regula vide s̄. in verbo Simulatio.

Vsurarius quomodo probetur. disserit Viu. lib.1. vsurarius. ibi: & his accedit, cum sequentibus.

Vxor constante matrimonio quęsita pręsumitur ex bonis mariti quęsiuisse. Approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.1.de pręsumpt.conclus.15.

Hę sunt regulę probationum ac pręsumptionum speciales per ordinem alphabeti digestę. Quibus accedunt aliæ generales: veluti.

In re dubia id quod benignius & humanius est, pręsumitur. M.I.C.lib 2.cap.24.reg.24.cum reg. sequente. & M.I.P. lib.2.cap.17.reg.17. Accedit Gabriel.lib.7.concl.2.vbi etiam pluribus exemplis declaratur. Item quod est credibilius. de qua vide j̄.cap.12.reg.12.except.53.repl.7.

Quæ argumenta cuique rei probandæ sufficiant, nullo certo modo potest definiri, sed relinquitur arbitrio iudicantis. M.I.C. lib.2.cap.17.q 3.reg.8. Accedit Vill. P.313. Hęc de probationibus & præsumptionibus in genere sint dicta. Sequitur de iisdem in specie.

## DE INSTRVMENTIS. CAP. XI.

PRima regula: Instrumentorū appellatione larga etiam testes continentur. M.I.C.libro 2.cap.18.in prin. Accedit

Viu. lib. 1. verbum Promitto. vers. & nota cum eris. Huius exceptio est in odiosis, d. vers. & nota.

II. Regula: Priuata scriptura instrumēti appellatione cōtinetur in fauorabilibus: secus in odiosis. d. versic. & nota.

III. Regula, Eandem vim habent tam fides instrumentorum, quàm depositiones testium. M I.C.d.cap 18. quæst.3. Accedit Turz. reg 48. Contradicit Nouell.73.§.certè si tale. vbi maior fides tribuitur testibus quàm instrumentis. Cui accedit Viu. lib.1.testis.§ validior.

IIII. Regula, Plus valet in instrumentis subscriptio, quàm sigillatio. Quæ regula est controuersa apud Gabriel. lib. 1. de præsumptionibus, conclus.4 num.7.

V. Regula, Instrumenta vim probandi habent. M.I.C.d. cap.18 q.5.in prin. & M.I.P.lib.2.cap.13.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi instrumentum non sit solenniter factum testibus adhibitis & subscriptionibus subiectis. M. I. C.d.q. 5.except.1.& M.I.P.d.cap.13.reg.1.except 1. Accedit Vill. S.14. Viu.lib.1.testes in scriptura. item Verbum promitto. ibi: vbi ait quod. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in alio loco, quo solennitas non obseruari solet instrumentum sit factum. Vill. I.80.cum addit. Altera replicatio est in actis curiarum, in quibus solennitas instrumentorū non requiritur. Viu.lib.1.testes non requirunt. Tertia replicatio videtur in actis iudicialibus. Quæ tamen reprobatur d.testes.ibi:& quamuis. Quarta replicatio est in scriptura à partibus scripta vel subscripta. hæc enim testes non requirit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. libro 1. de probationibus, conclus. 9. Quinta replicatio est in scriptura priuata alicuius docti viri, Viu.lib.1.verbū promitto.ibi: vbi ait quòd. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi fœminæ testes in instrumento sint adhibitę. Vill. S.14. Viu.lib.1.testes in scriptura. Tertia exceptio est; Nisi testes in instrumento non sint denominati. Viu.lib. 1. testes instrumentis. ibi: & instrumentum ipsum. Quarta exceptio videtur; Nisi testes sua manu non subscripserint. Quæ tamen reprobatur d.testes instrumētis. Quinta exceptio est; Nisi instrumentū sit imperfectū, vel nō absolutum. M.I.C.d q.5.excep.2.& M.I.P.d.reg.1.except.3. Huius replicatio est, quod imbreuiatura notarij suppleatur ex clausulis cōsuetis. Gabriel.lib.6.de consuetudine, concl. 3.num.9. Sexta exceptio: Nisi vniuersitatis vel collegij bonis alienatis, non

omnium

omnium nomina, quos res ista contingit, instrumento sint inserta. Turz. opin. 53. num.1.& opin.65. Septima exceptio; Nisi notarius à partibus non sit rogatus. Villal. N. 18. & 19. Octaua exceptio: Nisi locus contractus vel dispositionis in instrumento non sit expressus. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Viu. lib. 1. instrumentum testamentum. Nona exceptio: Nisi instrumẽtum publicum ab alio, quàm à notario, sit confectum. Quæ exceptio approbatur certis conditionib. apud Viu.lib.2.instrumentum publicum. Gabriel.lib.1.de probationibus,conclus.8. num. 24. Huius replicatio est: Nisi ab eo sit confectum, qui publicè pro notario habebatur. Quæ replicatio est controuersa d. num.24.cum duob.sequentib.& Turz.opin.91. Decima exceptio: Nisi instrumentum non ab vno & eodem tabellione fuerit absolutum. M.I.C.d.q.5.except.3.& M. I.P.d. reg.1. excep.4. Huius replicatio prima est: Nisi notario mortuo alius authoritate ordinarij id absoluerit. M.I.P.d. except.4.repl.1. Plane quę requirantur ad ingrossationem instrumenti mortuo notario ab alio faciendam, vide apud Vill. I.33. cum addit. Sed & eius duplicatio est: Nisi ingrossatio instrumenti non habeat signum notarij defuncti. Vill. N. 27. Altera replicatio videtur: Nisi notarius instrumento ab alio absoluto subscripserit. Sed controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.1.de probationib.conclus.3.num.34.cum sequentib. vsque ad finem. Tertia replicatio est: Nisi propter infirmitatem vel alium casum notarius alteri commiserit ingrossationem instrumenti. Vill. N. 26. in addit. Cuius duplicatio est: Nisi sine authoritate iudicis alteri commiserit ingrossationem instrumenti. Vill.N.26. Vndecima exceptio: Nisi notarius excommunicatus confecerit instrumentũ. Vill.N.28. Duodecima exceptio: Nisi instrumentum confectum sit extra territorium eius qui notarium creauit. Fichard.in addit. ad Vill. N.31. Gabriel.lib.1.de fidę instrumentor.conclus. 1. vbi etiam replicatur. Decimatertia exceptio: Nisi instrumentum publicum non habeat signum notarij. Hæc exceptio est cõtrouersa, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 1.instrumentum publicum, in prin. Reprobatur apud Turz. opin. 28. & Vill. S. 59. Decimaquarta exceptio: Nisi instrumentum non contineat inuocationem Domini nostri Iesu Christi. Quæ tamen exceptio reprobatur d.instrumentum publicum. ibi: & licet in instrumẽto. Decimaquinta exce-

ptio: Nisi nomen Imperatoris vel Pontificis instrumento nõ sit præfixum. Quæ exceptio videtur approbari. M. I. C. d. cap. 18. quæst. 4. reg 3. Sed & approbatur & distinguitur d. instrumentum publicum. ibi: secus autem dicendum. Decimasexta exceptio: Nisi instrumẽtum falsum dicatur aliud actum, aliud scriptum. M. I. C. d. q. 5. except. 6. & except. 13. & M. I. P. d. cap. 13. reg. 1. except. 7. Accedit Turz. 69. Cuius replicatio prima est: Nisi is qui instrumento vtitur veritatem eius probauit. M. I. C. d. except. 6. replic. 1. Cuius duplicatio est: Nisi vnum tantùm, non omnes instrumenti articulos probauerit. Vill. I. 78. cum num. sequente. Altera replicatio est: Nisi in parte tantùm sit falsum: per hoc enim non præsumitur in totum falsum. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 7. conclus. 3. Tertia replicatio est: Nisi cum notarius rogatus esset extendere instrumentum, consueta apposuerit: hoc enim casu nihilominus valet instrumentum, quamuis de consuetis appositis nihil nominatim sit actum. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de consuetudine, concl. 3. Sed & eius duplicatio est: Nisi instrumentum quamuis consuetum apposuerit. Gabriel. lib. 2. de iureiurando, conclus. 5. num. 9. Decimaseptima exceptio: Nisi instrumentum rasuram habeat. Hæc exceptio reprobata. M. I. P. d. reg. 1. excep. 5. approbatur simul & distinguitur apud Vill. R. 5. cum num. sequente. Decimaoctaua exceptio: Nisi is qui vtitur instrumento, id antea impugnauit. M. I. C. d. quæst. 5. except. 8. & M. I. P. d. reg. 1. except. 9. Cuius replicatio est: Nisi pro parte illud impugnauit, pro parte acceptauit. De hac re vide j. in fine regulæ propositæ, repl. gener. 1. dupl. 1. Sed & plura de exceptione proposita vide j. lib. vlt. cap. vlt. reg. 7. Decimanona exceptio: Nisi exemplum, non authenticum instrumentum producatur. M. I. C. d. quæst. 5. except. 10. & M. I. P. d. reg. 1. except. 10. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ab eodem notario sit confectum exemplum, à quo & authenticum confectum est. Villal. E. 145. & P. 335. Altera replicatio videtur: Nisi notarius id cum authentico concordare attestetur. Sed reprobatur apud Turz. opin. 149. Approbatur apud Viu. lib. 1. instrumentũ publicum. ibi: quæ quippe vti verissima. Tertia replicatio est: Nisi exemplum inuentum si in archiuo publico. Vill. E 144. Huius duplicatio est, quoad non subditos archiui. Vill. S. 12. Plura de hac replicatione

tione vide J. replicat. gener. 3. Quarta replicatio est: Nisi tenor instrumenti actis iudiciariis sit insertus. Approbatur apud Villal. P.336. Quinta replicatio est: Nisi tenor instrumenti alij instrumento publico mandato iudicis vel consensu partium sit insertus. Vill. P. 337. & 338. Vicesima exceptio: Nisi testes contrarium deponant ei quod in instrumento continetur. Vill. I. 73. cum addit. & duobus num. sequentibus. Viu. lib. 1. testes duo. & Testis. §. validior. Contradicere videtur Viu. d. lib. 1. testes non requirunt. §. per testes. ibi: sed tamen. Huius replicatio est: Nisi alij testes pro instrumento deponant. Vill. I. 76. & Viu. d. testes duo. Vicesimaprima exceptio: Nisi instrumētum neq; diem neq; consulem habeat. Sed reprobatur apud Viu. lib. 1. testes in scriptura. ibi: & nota hic. Vicesimasecunda exceptio: Nisi delictum per instrumentum probetur. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur s̃. cap. prox. in verbo Delictum. Vicesimatertia exceptio: Nisi sint literæ testimoniales. hæ enim vim probandi non habent. Turz. opin. 35. Vicesimaquarta exceptio: Nisi instrumenta post terminum producantur. Sed reprobatur à Fichard. in addit. ad Villal. I. 83. Vicesimaquinta exceptio: Nisi priuata sit scriptura. De hac exceptione vide s̃. cap. prox. in verbo Priuata scriptura.

## REPLICATIONES PRÆcedentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus instrumenta enumerauimus: quarum replicatio generalis prima hæc est: Nisi excipiens antea ea quæ in instrumento continentur, acceptauerit & approbauerit, vel instrumentum produxerit. Viu. lib. 2. instrumentum in iudicio, num. 1. Huius duplicatio est: Nisi cum instrumentum plura capitula contineret, pro parte acceptauit, pro parte non Villal. I. 79. S. 11. cum addit. Viu. libro 1. scripturam. vbi controuertitur, magis tamen approbatur, nu. 1. cum duob. sequentib. item lib. 2. instrumentum in iudicio, nu. 2. cum duob. sequentib. item eod. lib. 2. instrumentum seu scripturam. Huius duplicationis triplicatio prima est in rationib. quę pro parte acceptari & pro parte repudiari non possunt. Viu. d. lib. 1. scripturam, num. 4. Altera triplicatio est in priuata scriptura alicuius tertij manu confecta, d. scripturam, num. 5. Tertia triplicatio est:

q 3 Nisi

Nisi iudici causa cognita aliter videatur. d. scripturam, nu. 6. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio generalis est: Nisi statuto cautum sit, vt instrumenta vel chirographa executioni mandentur: hoc enim casu exceptiones istæ statuto videntur exclusæ. Cuius duplicatio prima videtur: Nisi instrumentum obscurum sit, & non liquidum. Sed reprobatur apud Viu. lib. 1. statutum disponens quòd instrumenta. Altera duplicatio est: Nisi alterius nomen, quàm eius qui executionem petit, instrumento contineatur. Huius triplicatio est: Nisi is qui executionem petit, cessionarius sit eius, cuius nomen in instrumento continetur. Hæc triplicatio est controuersa, magis tamen approbatur certis conditionibus apud Viuium lib. 2. statutum executionem. Tertia duplicatio videtur: Nisi cum de chirographo statutum esset, subscriptio tantùm sit facta. Hæc duplicatio reprobatur apud Vill. S. 102. Cõtrouertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de præsumptionib. conclu. 3. nu. 7. cum duobus sequentibus. Quarta duplicatio videtur: Nisi non ipse, cuius nomen in instrumento continetur, sed alius scripserit. Quæ duplicatio reprobatur apud Vill. E. 138. Hæc de secunda replicatione generali. Tertia replicatio generalis est: Nisi instrumentum informe in archiuo sit repertum. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de probationib. concl. 5. Plura de hac replicatione vide paulo superius except. 19. repl. 3 Hæc de quinta regula.

VI. Regula, Si falsum dicatur instrumentum, & manus eius qui scripsisse dicitur, esse negetur, aliáque eius probandi argumenta deficiant: ad comparationem literarum confugiendum. M. I. C. d. cap. 18. q. 7. in prin. Accedit Gabriel. lib. 1. de probationibus, conclus. 9. nu. 13.

VII. Regula, Comparatio literarum facit plenam probationem. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Viu. lib. 1. comparatio.

## DE TESTIBVS.

## CAP. XII.

PRima regula, Si alterutra pars probandi causa testes nominet ac producat: ij sunt examinandi, nec à dicendo testimonio repellendi. M. I. C. lib. 2. cap. 19. de producendis testibus, quæst. 1. reg. 1. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi de

Nisi de eadem re antea quoque testes sint producti & publicati. tunc enim amplius testes admittendi non sunt. M. I.C.d cap.19.de producendis testibus, q 5.reg.1.& M.I.P.lib. 2.cap.14.reg 4. Accedit Vill.T.84.Viu.lib.1.testes possunt, in prin. Gabriel.lib 1.de testibus, concl.21.num.1. Huius exceptionis ratio duplex habetur d.conclus.21.num.2. Planè eius replicatio prima est: Nisi in alia causa testes de eadem re sint producti & examinati. Quę tamen replicatio reprobatur Villal. T. 83. Altera replicatio est: Nisi primæ instantiæ testibus publicatis, in causa appellationis alij producantur. Quæ replicatio reprobata M. I. P. d.reg.4.except.2. controuertitur apud Minsing. cent.1.obseruat.41. Villal. T. 85. cum addit. Viu. lib 1.testes in causa principali.item eod.lib. testes possunt.ibi:quam quidem. Tertia replicatio est: Nisi super aliis articulis, de quibus priores testes non fuerunt interrogati, testes producantur. M.I.P. d.reg.4.except.5. Accedit Fichard.in addit.ad Vill.T.85.ibi: idem tamen. Viu.lib.1.testes possunt.ibi:secundò ista. Declaratur hęc replicatio apud Gabriel.lib. 1. de testibus, conclus.21.num.3. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi de articulis, qui prioribus contrarij sunt, testes denuò producantur. M. I. P. d.except. 5.repl.1. Accedit Gabriel. d. conclus.21. in prin Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ad defensionem in causa criminali denuò producantur testes. Villal. T.86. Iul. Clar.§.fin.q.61.versi. sed quæro nunquid, in princ. Cuius tamen duplicatio est: Nisi non ex officio procedatur, sed parte instante.d.vers sed quæro.ibi:dicunt etiam. Quinta replicatio est: Nisi in causa matrimoniali denuò producantur testes. Vill.T.87.cum num.sequente. Sexta replicatio est: Nisi dolo vel culpa examinatoris priores testes non de omnibus articulis fuerint interrogati.M.I.P.d.reg.4 except.3.Accedit Gabriel.lib.1.de testibus, conclus.21.num.21. cum tribus sequentibus. Septima replicatio est: Nisi prior publicatio testium non sit rectè facta.Viu.lib 1.testes possunt.ibi: limitatur primò.Gabriel.d.conclus 21.num.25. Huius duplicatio prima est, quoad eosdem testes, qui antea sunt examinati: hi enim ratione propositæ replicationis repeti non possunt. d.conclus.21.num.26. Altera duplicatio est: Nisi pars dixerit testificata: tunc enim nec alij possunt produci, licet publicatio non sit rite facta. Quę duplicatio est controuersa. d. conclus.21.nu.27. Octaua replicatio: Nisi priores testes nul-

liter fuerint examinati. Hæc replicatio controuertitur d. conclu.21.nu.19. Viu.lib.1.testes possunt.ibi:& hinc est quòd. Viu. lib. 2.testes nulliter. Huius duplicatio prima est: Nisi non iudicis, sed partis culpa nulliter fuerint examinati d. testes nulliter. vers. vlt. Altera duplicatio est: Nisi examen testium ipso iure subsistat, sed exceptionis ope possit infirmari: hoc enim casu testes denuò produci non possunt. Gabriel.d.conclus.21.num.20. Nona replicatio: Nisi producens alios testes testificata priora non didicerit. Hæc replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabliel. d. conclus. 21. num.28 cum sequentibus. Decima replicatio: Nisi producens nomina testium ipsi iudici dederit, séque absentauerit. Viu.lib.1.testes possunt. vers. tertiò limitatur. Vndecima replicatio: Nisi partes in aliud examen consentiant. d. testes possunt.vers.quartò. Duodecima replicatio: Nisi testes qui producuntur, tempore prioris examinis longè abfuerunt. Quæ replicatio controuertitur d.testes possunt.vers.quintò. Decimatertia replicatio: Nisi testis variauerit ex interuallo: tunc enim ad instantiam partis repeti potest. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.7.conclus. 28. Decimaquarta replicatio: Nisi cum ad informandam inquisitionem testes examinati essent, postea reo audito repetantur: hoc enim fieri potest ac debet. Iul. Clar. in §. fin. q.45.vers.cæterùm si reus. & quæst. 50. versi. item quia. ibi: extant tamen. Huius duplicatio prima est. Nisi in contumacem sententia lata sit: tunc enim eo postea reuerso & causam defendente, testes repeti non debent, sed iis statur propter contumaciam rei. d. vers. cæterùm. ibi: in hoc autem. Altera duplicatio est: Nisi confirmatio testium cum reo fiat: hæc sufficit pro repetitione. d. quæst. 45. vers. sed in proposito. Quomodo autem ista confrontatio fieri debeat, ibidem disseritur. Decima replicatio: Nisi in criminalibus ex officio iudex testes examinauerit: hoc enim casu repeti possunt. videtur approbari M.I.P. d.reg.4.except.1. Sed controuertitur apud Iul. Clar. §.fin. quæst. 61. vers. sed quæro nunquid. ibi: sed ad offensam. item ibi: quinimò cum sequentibus. Distinguitur d. quæst. 61. vers. sed hæc quidem. Plures propositæ exceptionis replicationes vide apud Gabriel.lib. 1.de testibus, conclus. 21. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi testis non sit idoneus. M.I.C.d.c.19. de producendis testibus, q.1.except.4. Accedit

Villal.

Villal. T. 108. Viu.lib.1.testis. §. contra testes. vers. imò plus dic. Huius replicatio est: Nisi de hoc dubitetur, an sit idoneus:tunc enim nihilominus examinandus, quæstione hac ad exceptiones contra testes reseruata. M. I. C. d. except.4. repl.1 Accedit Viu.lib.1.testis.§.contra testes. ibi:item videtur dicendum. vbi subiicitur duplicatio talis: Nisi in continenti se probaturũ offerat is qui exceptione proposita vtitur. Accedit item replicationi propositæ Viu.lib.2.testis esse non potest,nu.4.cum sequente. Tertia exceptio est: Nisi lis in causa nondum sit contestata. De hac exceptione vide j. reg.5. Quarta exceptio est: Nisi post probationis terminum elapsum testes producantur. Vill.T.106. Viu.lib.1.testes post omnes,in prin. Huius replicatio prima est:Nisi iusiurandum præstetur, quòd de nouo istos testes nactus sit. Viu.d.testes post,in prin. Altera replicatio est:Nisi intra terminum testes iurauerint.d.testes post.vers.fallit ista. Tertia replicatio est: Nisi post terminum in continenti producantur.d.testes post. vers.sed in regno. Hæc de tertia exceptione. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi vxor contra maritum, vel maritus contra vxorem testis producatur. Villal. V. 76. in addit. 2. versic. sed æquius, vsque ad finem. Hæc de prima regula.

II Regula, Etiam testes non productos potest examinare iudex pro absentibus & in ciuilibus. Vill.T.105.

III. Regula: A iudice, non à notario vel alio testes examinandi. M.I.C.d.cap.19.de producendis testib.quæst.2.reg. 1.& M.I.P.d.cap.14.reg.1.Accedit Iul. Clar.§. fin.quæst. 26.in princ. & Viu. lib. 1. testium examinatio, item Testium examinationem. ibi: & optimè faciunt. Cuius exceptio prima est: Nisi ex causa iudex notario commiserit. d.testium examinatio. vers. fallit primò. De hac exceptione vide j. reg. prox. Altera exceptio est: Nisi periculum sit in mora, iudice absente. d. testium. vers. fallit secundò. Tertia exceptio est: Nisi testes longius absint. M. I. C. d. reg. 1. except. 1. & M.I.P. d.reg.1.except.1. Accedit Iul. Clar. in d.q.26.in princ. ibi: si tamen testes. & vers. sed quæro. Huius exceptionis replicatio est: Nisi iudex ipse absentes vellet audire. Iul. Clar.d.q.26.in prin.ibi:cæterùm. Plures exceptiones remissiuè vide d.testium.vers.vlt.

IIII. Regula, Iudex potest ex causa alteri examen testium committere, vt s.reg.prox. except.1.ostensum. Cuius

regulæ exceptio prima est: Nisi causa sit criminalis. M.I.C. d.cap.19. de producendis testib. quæst.2. except.1.repl.1. Accedit Gabriel.lib.7.conclus.25.in prin. Viu.lib.1.testium examinationem.& Vill.T.90. Altera exceptio est: Nisi causa sit ardua,quamuis ciuilis.d.testium examinat. ibi: & ista communis Harum exceptionum replicatio generalis prima est Nisi testes sint absentes,quos iudex cogere non potest: tunc enim etiam in dictis causis examen alteri committere potest. d. testium exam. versic. limita primò. & Iul. Clar.§.fin. q.26.ver sed quæro.Controuertitur apud Gabriel.lib.7.conclus. 25.nu.2. cum trib.sequentibus. Altera replicatio generalis est: Nisi iudex occupatus sit aliis negotiis. d. testium. vers. limita secundò. Tertia replicatio est: Nisi non super principali, sed super incidentibus articulis causam commiserit.d.testium.vers.limita tertiò. Quarta replicatio est: Nisi testes sint senes ac valetudinarij, vt sine periculo coram iudice comparere non possint. M.I.P. d.cap.14.reg.1. except.2. Accedit d. testium. vers. quartò limita. Iul.Clar.§.fin.quæst. 26.vers.& aduerte.ibi: si tamen. Quinta replicatio est: Nisi fœmina testis producatur: hæc enim apud iudicem comparere non cogitur. M.I.P. d.reg.1.except.3. Accedit Iul. Clar. d.vers.si tamen. Sexta replicatio videtur: Nisi personæ sint egregiæ: ad has enim videtur alius mittendus domum. Sed reprobatur apud Iul.Clar.d.vers.& aduerte,in prin. Septima replicatio est: Nisi testes ad informandam inquisitionem examinati postea repetantur: tunc enim illorum examen potest delegari. Iul.Clar.§.fin.quæst.45.vers.cæterùm ibi: & scias quòd licet. Octaua replicatio est in principe iudice, Iul. Clar. d.quæst.26.vers. vnum scias. & Gabriel. lib.7.conclus.25.nu.6. Nona replicatio est: Nisi aliter veritas haberi non posset. Gabriel. d.conclus.25. num.7. Decima replicatio est: Nisi res sit difficilis probationis. Gabriel. d. conclus.25. nu.8. Vndecima replicatio est: Nisi ad defensiones probandas delegetur examen in criminalibus.d.conclus.25. num.9. Duodecima replicatio est: Nisi de crimine ageretur ciuiliter.d.conclus.25.num.10.Hæc de quarta regula.

V. Regula, Ante litem contestatam testes examinandi non sunt,nec ante examinatis fides adhibenda.M.I.P.d.cap. 14.reg.3. Accedit Viu.lib.2. testes ante. Huius exceptio prima est: Nisi de morte vel diuturna testiũ absentia timeatur M. I. P. d.reg.3. except.1. Accedit Viu.lib. 2. testium exami-

nationem,

nationem, num.2. Huius replicatio est: Nisi lis in iudicium sit deducta. Viu.d. testium examinationem, num.1. Altera propositæ regulę exceptio est: Nisi non sit in potestate actoris proponendi suam actionem quando velit. Quæ exceptio est controuersa, magis tamen approbatur apud Viu.d testium, num.2. & 3. Plures exceptiones remissiuè vide Viu. lib.2.testes ante.versi.vlt.

VI. Regula: Diebus feriatis testes non examinandi. Cuius exceptio est: Nisi die iuridica iurauerint. Viu.libr.2.testis iurans.

VII. Regula: Aduersarius aduersus quem testes producuntur, ad examen testium citandus. M.I.C.d.cap.19.de producendis testibus.quæstio.3.reg.2. Huius exceptio est: Nisi consensu partium vel à iudice electus testis de arte sua deponat: ad huius enim examen citari aduersarium non est necesse. Vill.E.29. Cuius replicatio est: Nisi absente altera parte à iudice sit electus. Vill.E.30. Plures propositæ regulæ exceptiones vide J.reg.12.except.48.

VIII. Regula: Si testis testimonium perhibere nolit, cogendus est. M.I.C d.quęst.3.reg.3.& M.I.P. d.cap.14.reg.9. Accedit Viu.lib.2.testes interrogari, num.1.in fine, cum duobus sequentibus. Huius exceptio prima est: Nisi quis contra fratrem suum testis producatur. Viu.lib.1.testis idoneus est.versi.& quamuis frater. Iul.Clar.§.fin.quæst.24.vers.scias tamen, in princ. Altera exceptio videtur: Nisi testis præstito iureiurando promisit se non reuelaturum. Sed reprobatur apud Viu.lib.1.confessionem, num.3. Tertia exceptio est: Nisi apud arbitrum causa agatur. Viu.lib.2 testis citatus, in prin. Quarta exceptio est: Nisi in causa criminali testis producatur. Quæ exceptio est controuersa apud Iul.Clar.in §. fin.quæst.24.versic.successiuè. Reprobatur in milite d.q.24. versi.scias tamen. ibi: sed quid in milite. Quinta exceptio est: Nisi testis clericus sit, vel alia Ecclesiastica persona. M.I.P. d.reg.9.except.10. Accedit Iul.Clar.d.quæst.24. versi. scias tamen. ibi: item clericus. Sexta exceptio est: Nisi de sua turpitudine testis interrogetur: hoc enim casu respondere non cogitur. Viu.lib.2. testes interrogari. Plures exceptiones remissiuè vide d.testes interrogari.ibi: alios verò casus. Planè præcedentium exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi veritas aliter elici non possit: tunc enim istis exceptionibus non obstantibus, testis inuitus cogi potest. Iul.

Iul.Clar.d.versi.ſcias tamen.ibi : bene verum.

IX.Regula : De modo teſtis cogendi ad teſtimonium dicendum cauetur M.I.C. d.quæſt.3.reg.4. De eadem re diſſerit Viu.lib.2.teſtis citatus.

X. Regula : Atteſtationes ab alio iudice, quàm qui teſtes examinauit, publicandæ non ſunt. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur apud Vil.P.388.

XI. Regula : Examinator qui ſcientiæ cauſam non interrogauit, parti ad interreſſe tenetur. Viu. lib.1. teſtes in his quæ.verſi & his accedit.

XII. Regula : Regulariter quidem pro dictis teſtium præſumptio eſt, cui iudex inniti debet, niſi aliud obſtet. M.I.C.d.cap.19.de exceptionibus, contra teſtes, reg.1. & M.I.P.d. cap.14.reg.23. Cuius tamen regulæ exceptiones plures ſunt, præſentim in criminalibus, Iul.Clar.in §.fina. quæſtio. 24.in princ. Quæ ad tria genera rediguntur. Vnum earum eſt, quæ ſumuntur ex perſonis teſtium : alterum earum, quæ aduerſus examen obiiciuntur : tertium earum, quæ ſumuntur ex dictis teſtium. Iul.Clar.d.§.fin.quæſt.53.in prin.& verſ ſecundum caput, cum verſic.ſequente. Singularum generum ſpecies ſequuntur. Eſt igitur prima propoſitæ regulæ exceptio: Niſi non ſit ſufficiens teſtium numerus. M. I.C. d.reg. 1.exceptio. 1. & M.I.P. d. reg.23.exceptio.1. Hoc loco ſciendum, quòd regulariter duo teſtes ſufficiunt, niſi ſpecialiter amplior numerus à lege requiratur. M.I.C. d. exceptio.1.& M.I.P. d.except.1. Accedit Viu.lib.1.teſtis.§. in ore duorum. Sic amplior numerus requiritur, ſi epiſcopus, præſbyter vel diaconus ſit condemnandus. Iul. Clar.§.fin. quæſt.66.verſic. debet etiam. Item ſi Papa vel Cardinalis eſſet condemnandus. Quod tamen negatur d.quæſt.66. verſic.penult.& vlt.& apud Viu.lib.2. teſtibus duobus conuincitur. Item amplior numerus videtur requiri in cauſa Imperatoris, & in cauſa criminali. Sed & hoc negatur apud Viu.lib.1. teſtes duo ſufficiunt ad condem. Hæc de prima exceptione, cuius ſpecies eſt j.except.prox. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi teſtis vnicus ſit, vel ſingularis. M.I.C. d. reg.1. exceptio. 2. & M.I.P. d.reg.23.exceptio.2. Accedit Viu.lib.2.teſtimonium vnius, in princ.& verſi.ſecus autem. Vill.M.35 Gabriel.lib.1. de teſtibus, concluſ.1.num.1. Planè propoſita exceptionis replicatio prima eſt: Niſi prima tonſura ſit probanda: in hac enim vnicus teſtis ſufficit. Viu. lib.2. teſtimonium vnius, nu.

2.Alte

2. Altera replicatio videtur: Nisi arbiter vel arbitratōr de actis apud se habitis testimonium ferat. Hæc replicatio cōtrouertitur & magis approbatur apud Viu. lib. 2 arbiter testis. Reprobatur apud Villal. C. 116. in addit. ibi: nota etiam alium. Tertia replicatio est: Nisi iudex testetur causa cognita decretum fuisse interpositum. Controuertitur hæc replicatio, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 1. iudex interponens. quod bis positum reperitur. item apud Vill. D. 17. item apud Gabriel. libr. 2. de sententiis, conclus. 5. numer. 28. Quarta replicatio est: Nisi iudex ordinarius attestetur, ex iusta causa se delegasse. Vill. O. 27. Quinta replicatio est: Nisi Princeps in literis suis testetur aliquem deliquisse, seque in eo fundet. Hæc replicatio est controuersa apud Viu. lib. 2. principis literis. Sed quatenus soli Principi sit credendum, copiosè differit Gabriel. lib. 1. de probationibus, conclus. 2. & Iul. Clar. in §. fi. quæst. 53. versi. sed quid si aliquis. Sexta replicatio est: Nisi Papa aliquid testetur. Quæ replicatio approbata M. I. P. d. reg. 23. except. 2. repl. 3. controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 53. versic. sed quid si aliquis. Viu. lib. 2. testimonium vnius, num. 4. Gabriel. libr. 1. de probationibus. conclus. 2. Septima replicatio est: Nisi Cardinalis de latere aliquid testetur. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de probationib. conclus. 3. Octaua replicatio: Nisi Doctor attestetur communem esse opinionem. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur s̃. cap. 10. in verbo Opin. Nona replicatio: Nisi Doctor attestetur esse consuetudinem. Hæc replicatio est controuersa per ea quæ habentur s̃. cap. 10. in verbo Consuetudo. Decima replicatio est: Nisi Doctor attestetur constitutionem non esse in vsu. Hæc replicatio controuertitur apud Gabriel. lib. 1. de probat. conclus. 4. num. 5. Vndecima replicatio: Nisi notarius attestetur: huic enim soli creditur. Vill. N. 29. T. 102. & 103. Viu. lib. 1. testis præstito. item Testes cum iuramento. versi. & licet. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi notarius asserat sibi esse commissum: in hoc enim ei soli non creditur, nisi cum fide alterius notarij. Villal. N. 30. Altera duplicatio est: Nisi notarius attestetur testatorem ægrum fuisse sanæ mentis tempore conditi testamenti. Vill. N. 31. Tertia duplicatio est: Nisi notarius attestetur aliquid per vniuersitatem vel collegium factum esse. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabr.

lib. 1.

lib.1.de fide instrumentor.conclus.2. Quarta duplicatio est: Nisi attestetur causæ cognitionem interuenisse. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2. de sententiis,concl.5.num.28.cum sequent. Quinta duplicatio est: Nisi attestetur se falsum instrumentum fecisse. Gabriel.lib.7.conclus.32. num.6. Hæc de vndecima replicatione. Duodecima replicatio videtur: Nisi moriens testetur. Sed reprobatur apud Villal.M.132. Decimatertia replicatio: Nisi nuncius testetur de citatione. Vill. N. 46. Viu.lib.1.nuncio publico. & lib.2.testis.§.nuncio publico, num.1. Gabriel. libr.2.de citationib. conclus.4. num.9. cum tribus sequentibus. Huius duplicatio prima est: Nisi attestetur se citasse iudice committente. Vill.N. 47. & Gabriel.d.conclu.4.nu.5. Altera duplicatio est: Nisi nuncius testetur de iis quæ sunt extra suum officium. Viu.libr.1. nuncio publico. Tertia duplicatio est: Nisi cum nuncius testetur se citasse, alter quem citasse dicitur, negans se citatum, sit homo fide dignus. Viu. libr.1.d. nuncio. ibi: sed ista communis.d. conclus.4. num.8. Quarta duplicatio est: Nisi nuncius crimen denunciet.d. nuncio.ibi:limitatur secundò.& Gabriel.d.conclus.4.num.7. Quinta duplicatio est: Nisi nuncius testetur citatum dixisse se nolle venire ad iudicium, nec iudicẽ accedere: tunc enim quia per hoc censetur manifestus contumax, soli nuncio attestanti non credendum. Quæ duplicatio est controuersa apud Viu.lib.2.testis.§. nuncio publico, num.2. cum duobus seq.& Gabriel.d.concl.4. num.1. cum duob.seq. Sexta duplicatio est: Nisi nuncius testetur se verberatũ à citato.d.cõcl. 4.nu.4. Septima duplicatio est: Nisi agatur de graui alterius præiudicio.d.concl. 4.num. 6. Hæc de decimatertia replicatione. Decimaquarta replicatio: Nisi de proprio facto quis testetur. Sed reprobatur apud Vill.T. 91. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.1.de testibus.conclu.1.num.18. cum tribus sequentibus. Admittitur in ciuilibus. Quæ tamẽ distinctio etiam controuertitur apud Viu.lib.1.testis vnicus & solus. Decimaquinta replicatio est quoad semiplenã probationem, in cuius supplementum iusiurandum deferri potest. Vil.T.92. Viu.libr.1 testis §. per duos testes.& §.mandatum.versi.ampliatur.item Testis vnicus de visu,nu.1.& nu.2. Huius replicationis duplicatio prima est in criminalib.d.testis vnicus, nu.3. cum duob. seq. Cuius triplicatio prima est: Nisi causa non sit magni præiudicij.d. testis vnicus, num.6. Altera

Altera triplicatio est: Nisi de crimine ciuiliter agatur ad mulctam.d.nu.6.ibi: intelliguntúrque. Tertia triplicatio est, quoad indicium ad torturam. Reprobatur dicta l.maritus. 20.ff.de quæstionib. Approbatur in glossa dicta.l.maritus.in verbo A quæstionibus.Accedit Viu d.testis vnicus,nu.7.Cuius quadruplicatio est: Nisi non sit omni exceptione maior. d.testis vnicus,num.8.& 9.Declaratur quis dicatur omni exceptione maior,d.testis vnicus,nu.10. Hæc de prima propositæ replicationis duplicatione. Plures duplicationes remissiuè vide d.testis vnicus,nu.11. Decimasexta replicatio: Nisi partes in vnius testimonium consentiant. Vill.T.93.Viu.lib.1. testimonium vnius.controuertitur & distinguitur. Decimaseptima replicatio: Nisi in causa possessionis non magni præiudicij vnus testetur.Viu.lib.1.testis §. in ore duorũ,in prin. Gabriel.lib.1. de testibus, conclus.1.nu.22.& lib.5.de restitut. spoliat.conclus.1.num.125. Huius duplicatio prima est: Nisi indicia in contrarium extent Viu.d.§. in ore duorum.versic. sed limitatur.Altera duplicatio est in possessorio recuperandæ,d.§.in ore duorum. ibi: verùm præfata. Controuertitur tamen apud Gabriel. libr.5. de restitut. spoliator. conclus.1. num.123. Decimaoctaua replicatio: Nisi alia indicia concurrant.Viu.libr.1.testis vnus & confessio. Gabriel. libr.1.de probationibus.conclus.1.nu.2. Hæc de replicationibus propositæ secundæ exceptionis: de quibus tamen aliísque pluribus vide item Gabriel.lib.1.de testibus,conclus.1.& 2.Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi testis sit infamis, vel criminosus ac reprehensibilis. M.I.C.d.reg.1.except.4.& M. I.P.d.reg.23.except.3 Accedit Vill.I.29. cum nu.seq.Viu.lib. 1.testis esse non potest periurus.Iul.Clar.§.fi.quæst..24.versi. item infamis.Cuius replicatio prima videtur: Nisi talis etiã sit aduersus quem testimonium perhibetur.Quæ tamen reprobatur Fichard.in addit.1.ad Vill.C.216. Idem Fichard.in addit.1.ad Vill.I.31.& Viu.lib.1.d.testis esse non potest periurus, in princ. Altera replicatio est: Nisi locus & tempus criminis huic exceptioni non adiiciatur. Quæ replicatio controuertitur,magis tamen approbatur apud Viu.lib.1 testium criminosorum.Iul.Clar.§.fina.quæst.53. versic.in hoc autem. Tertia replicatio est: Nisi infamia sit occulta. Vill.I.31. Viu. lib.1.testis.§.infamis potest. Quarta replicatio est: Nisi infamis sit non infamia iuris, sed facti. Quæ replicatio approbatur & distinguitur à Fichard.in addit.1. ad Villal.I.31.

Reproba

Reprobatur apud Viu. libr.2. testes esse non possunt, num.1. Distinguitur ibidem nu. 2. item eod.lib.2.testis est idoneus. vbi in causa ciuili approbatur, & declaratur quis dicatur infamis infamia facti. Reprobatur in causa criminali apud Iul.Clar.§.fin.quæst.24. versi. item infamis. Quinta replicatio est: Nisi non probetur, quòd communi hominum opinione pro infami sit reputatus. Quæ tamen controuertitur apud Iul Clar.in §.fi.quæst.53 vers.sed nunquid. Sexta replicatio est: Nisi in causa inquisitionis de crimine sit damnatus. Gabriel.lib.1.de testibus, concl.7.num.2. Septima replicatio est: Nisi veritas aliter haberi non possit. Fichard. in addit.1.in fine ad Vill. I. 31. Iul. Clar.§.fin.q.24.vers.item infamis,in fine. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu. lib.1.testis esse non potest periurus.ibi: & Socinus ponit. Quarta exceptio: Nisi testis sit vilis & abiectus. M. I. C. d. except.4.& M.I.P.d.except.3. Controuertitur apud Iul.Clar. §.fin.quæst.25.vers.sed quæro. Quinta exceptio: Nisi testis constitutus sit in peccato mortali. Quæ distinguitur apud Iul. Clar.§.fin.q.24. versic.quæro nunquid. Sexta exceptio: Nisi testis sit periurus. M. I. P. d. reg. 23. except. 4. Accedit Viu.lib. 1.testis esse non potest periurus. Iul. Clar.in §. periurium, num.7. Ratio huius exceptionis habetur apud Viu. d.testis esse. ibi: quoniam talis testis. Huius replicatio prima videtur: Nisi periurus sit emendatus. Sed reprobatur apud Viu.d.testis esse.ibi: imò dic in fortioribus. Altera replicatio est: Nisi in iuramento temerario & illicito sit factus periurus. Iul. Clar. d. num. 7. ibi: hoc tamen intellige. Septima exceptio: Nisi testis publico iudicio reus sit. M. I. C.d.reg.1.except.7.& M.I.P.d.reg.23.except.9. Accedit Viu. lib.1.testis.§.in testem.vers.vlt. Octaua exceptio: Nisi testis publico iudicio sit damnatus. Hæc exceptio pendet ex superiore except. 3. & specialiter approbatur. M. I. C. d.reg.1. except. 8.& M.I.P.d.reg.23.except.10. Cuius replicatio est: Nisi non tam ob crimen quàm ob cõtumaciam sit damnatus. Quę replicatio approbatur & distinguitur apud Iul.Cla. §. fin.q.71.versic. quæro nunc. 5. cum vers. sequente. Nona exceptio: Nisi testis hæreticus sit. M.I.C d. reg.1.except.11. & M.I.P. d.reg.23.except.12. Accedit Viu.lib. 1.testis esse potest Christianus. Cuius replicatio prima videtur: Nisi Iudæus fuerit conuersus. Sed controuertitur d. testis esse.ibi: amplia hoc. Altera replicatio est in crimine læsæ maiestatis, d.testis

d.testis esse. ibi:fallítq; primùm. Tertia replicatio est in cõtractibus & quasi contractibus, in vltimis voluntatibus & maleficiis, d. testis esse.vers. vlt. Decima exceptio videtur: Nisi testis cæcus sit. Sed reprobatur certis conditionibus apud Viu.lib.1.testis esse potest cæcus. Vndecima exceptio: Nisi testis sit excommunicatus. M. I. P. d. reg.23. except.15. Accedit Fichard.in addit.ad Vill.E.120.Viu lib.2.excommunicatus non potest,num.1.item eod. lib.testis esse non potest excom.num. 1. Gabriel lib.1.de testibus,conclus.19.in prin. Huius replicatio prima est:Nisi in causa hęresis excommunicatus testis sit. M. I. P. d.except.15.Accedit Viu.lib.2.testis esse non potest, num 2. Altera replicatio est: Nisi in testamento testis sit excommunicatus.Viu.lib 2.excommunicatus,num.4. & Gabriel. d.conclus. 19. num.7. Tertia replicatio est: Nisi in contractibus & instrumentis excommunicatus testis adhibeatur. Viu. d. excommunicatus,num.7.& Gabriel.d.num.7. Quarta replicatio est: Nisi excommunicatus rursus fuerit absolutus.Quæ replicatio approbatur & distinguitur à Fichard. in addit. ad Villal. E.120. in fine. & Viu. d. excommunicatus, num. 2. & 3. & d.testis esse non potest,num.3.& num.5.in fine.& Gabriel.d.conclus.19. num. 16. Plures replicationes vide apud Gabriel. d. conclus. 19. Duodecima exceptio: Nisi testis sit suspensus. Hæc exceptio controuertitur apud Villal. S.162. Decimatertia exceptio: Nisi testis pauper sit.M.I.C.d.reg.1.except.12.& M.I.P. d. reg. 23.except.18. Accedit Viu. lib. 1.testis propter solam. vers.vlt.Iul. Clar §.fin. quæst, 24. vers. quæro etiam. 11. Gabriel.lib.1.de testibus,conclus.18.num. 4.cum duob. sequentib.vbi tamen controuertitur. Declaratur definitione pauperis d. testis propter solam. ibi: & aduerte circa. item d. vers.quæro etiam,in fine. Gabriel.d.conclus. 18.num. 1. Huius replicatio prima est: Nisi causa ciuilis sit, non criminalis. Viu. d.testis propter solam,in prin & vers.vlt. Gabriel. d. conclus. 18. num.1.& 4.vbi controuertitur. Quo tamen casu sciendum, quòd pauper non omni exceptione maior testis dicatur. Quod primæ duplicationis loco notandum. Quæ approbatur d.testis propter.vers. & licet testis. Accedit Gabriel. d. conclus.18. num. 9. Altera duplicatio est: Nisi causa ciuilis ardua sit. Gabriel.d. conclus.18.num.8. Tertia duplicatio est:Nisi causa sit matrimonialis. d. concl.18.num.7. vbi controuertitur.Quarta duplicatio est:Nisi testis incidisset in

ſet in paupertatem propter vitium. d. concluſ. 18. num. 10. Quinta duplicatio eſt: Niſi inuentarij cõfectioni teſtis pauper adhibeatur. d. concl. 18. num. 13. Sexta duplicatio eſt: Niſi pauper non ſit honeſta perſona. d. concluſ. 18. num. 14 Hæc de prima replicatione. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi pauper ſit honeſtæ & inculpatæ vitæ. d. concluſ. 18. num. 2. & Iul. Clar. d. verſ. quæro etiam. Tertia replicatio eſt: Niſi plures teſtes pauperes concurrant. d. concluſ. 18. num. 11. Quarta replicatio eſt: Niſi iudici cauſa cognita aliter videatur. d. concl. 18. nu. 12. Hæc de decimatertia exceptione. Decimaquarta exceptio: Niſi mulier teſtis ſit. Hæc exceptio reprobatur M. I. C. d. reg. 1. excep. 15. approbatur M. I. P. d. reg. 23. except. 21. Diſtinguitur variè apud Vill. M. 143. in prin. Viu. lib. 1. teſtis idonea poteſt. & lib. 2. teſtes eſſe poſſunt, num. 1. & 2. Iul. Clar. §. fin. q. 24. verſ. quæro igitur, vſque ad verſ. item quæro. Decimaquinta exceptio: Niſi meretrix teſtis ſit M. I. C. d. reg. 1. excep. 16. & M. I. P. d. reg. 23. except. 22. Accedit Viu. lib. 2. teſtes eſſe non poſſunt meretrices, num. 1. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 24. verſ. item meretrix Decimaſexta exceptio eſt: Niſi teſtis ſit minor annis M. I. C. C. d. reg. 1. except 17 & M. I. P. d. reg. 23. except. 23. Accedit Viu. lib. 1. teſtis eſſe nõ poteſt pupillus. Huius replicatio prima eſt: Niſi pubes ſit. Cuius duplicatio eſt in criminalibus, in quibus ne pubes quidẽ teſtis eſſe poteſt ante viceſimũ annum: niſi quantum ad præſumptionem faciendam. Viu. d. teſtis eſſe non poteſt. ibi: nam in criminali. Quæ tamen duplicatio conſuetudine dicitur ſublata apud Iul. Clar. §. fin. q. 24. verſ. vidi quandoque. 17. Altera replicatio eſt: Niſi minor maior factus, de iis quæ in minorenni ætate vidit vel audiuit, teſtetur. Viu. d. teſtis eſſe non poteſt. ibi: fallit hoc. & Iul. Clar. d. verſ. vidi quandoque. ibi: cæterùm illud. Villal. P. 386. Decimaſeptima exceptio: Niſi teſtis mutus ſit. Sed reprobatur Fichard. in addit. 2. ad Villal. M. 145. Viu. libro 2. teſtimonium dicere. Decimaoctaua exceptio: Niſi teſtis clericus ſit vel monachus. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. teſtes monachi. verſ. item monachus. Reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. q. 24. verſ. vlterius. 8. Huius replicatio prima eſt: Niſi ſuperior permiſerit eum teſtimonium perhibere. d. teſtes, num. 2. Altera replicatio eſt: Niſi monachus in cauſa monachi teſtis ſit. d. teſtes, nu. 3. Decimanona exceptio: Niſi laicus contra clericũ teſtis ſit.

sit. M. I. P. d. reg. 23. except. 34. Accedit Viu. lib. 1. testificari possunt cõtra. ibi: fallítq; hoc item lib. 1. testificari. Iul. Clar. §. fin. q. 24. vers. præterea quæro. Cuius replicatio prima est: Nisi causa, in qua testimonium perhibetur, ciuilis sit. M. I. P. d. except. 34. repl. 1. Accedit Viu. lib. 1. testificari possunt contra, in prin. Altera replicatio est: Nisi crimen ciuiliter intentetur. Iul. Clar. d. vers. præterea quæro, in fine. Tertia replicatio est: Nisi veritas aliter sciri non possit. Viu. d. testificari possunt. ibi: sublimitatur hoc. Plures replicationes remissiuè vide d. testificari. ibi: & dicta communis. Vigesima exceptio. Nisi clericus contra laicum testis sit. M. I. P. d. reg. 23. except. 38. Accedit Viu. d. testificari possunt contra vers. vlt. Vigesimaprima exceptio: Nisi testis familiaris vel domesticus sit, & cui imperari potest vt testis fiat. M. I. C. d. reg. 1. except. 18. & M. I. P. d. reg. 24. except. 26. Accedit Turz. reg. 75. Gabriel. lib. 1. de testibus, conclus. 10. num 1. vbi controuertitur. item Viu. lib. 1. testes adfines socij, in prin. Declaratur exceptio proposita definitione domestici apud Gabriel. d. conclus. 10 nu. 2. cum duob. sequentib. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi de facto in domo actoris cõmisso agatur: de eo enim domestici testes admittuntur. Viu. d. testes adfines. vers. tamẽ nota. Altera replicatio est: Nisi de innocentia rei conuenti deponant. d. testes adfines. ibi: similitérq; & Turz. d reg 75. ibi: secũdo. Cuius duplicatio est: Nisi alij testes contra reum deponant. d. testes. ibi. quódq; procedit. Tertia replicatio est: Nisi veritas aliter probari nõ possit. Turz. d. reg. 75. ibi: primò quando. Quarta replicatio est: Nisi agatur ad vindictam publicam, seu ad fisci vtilitatem. Turz. d. reg 75. vers. tertiò fallit. Plures replicationes vide apud Gabriel. d. concl. 10. item in exceptionibus proximè sequentibus, quæ huius exceptionis species sunt. Vigesimasecunda exceptio: Nisi filius pro parente, vel contrà parens pro filio testis sit. Viu. li. 1. testificari. Gabriel. li. 1. de testibus, conclus. 17. Huius replicatio prima videtur: Nisi filius sit emancipatus. Sed reprobatur apud Viu. d. testificari. vers. ampliatur isto. & Gabriel. d. concl. 17. num. 7. Altera replicatio est in causa religionis, d. testificari. vers. limitatúrq;. & d. concl. 17. n. 12. Tertia replicatio est: Nisi parẽs de ætate, genere vel cognatione filij testetur. d. testificari. vers. & mater testificatur. item Viu. lib. 2. testes admittuntur. vbi cõtrouertitur. itẽ Gabriel. d. cõcl. 17. n. 9. Quarta replicatio est in causa matrimo-

nij, cum quæritur vtrum matrimonium ob consanguinitatem vel adfinitatem subsistit, nec ne? d. testificari. vers. limitatur in causis. Gabriel. lib. 1. de testibus, conclus. 9. vbi distinguitur. & concl. 17. num. 18. Planè replicatio hæc arbitrio iudicis permittitur apud Viuium lib. 2. testes esse possunt, nu. 3. & 4. Quod tamen controuertitur, quanquam magis approbetur d. concl. 9. num. 28. In aliis autem quæstionib. matrimonialibus propositæ replicationi locus non est. d. testificari. vers. cæterùm vbi agitur. Quinta replicatio est in causa status, d. testificari. vers. item parens potest. Gabriel. d. conclus. 17. num. 13. Sexta replicatio est in testamento militis, d. testificari. vers. item potest. Septima replicatio videtur in causa legitimationis. Quæ tamen reprobatur d. testificari. vers. sed non potest. Octaua replicatio est in testamento filij de castrensi & quasi castrensi peculio, item in aliis quibusdam contractibus, d. testificari. vers. vlt. & d conclus. 17. num. 14. Plures replicationes vide d. conclus. 17 & d. vers. vlt. Vigesimatertia exceptio: Nisi pater spiritualis pro filio spirituali testis sit. Hæc exceptio cõtrouertitur, magis tamen reprobatur, ita tamen quòd hic testis non sit omni exceptione maior, Viu. lib. 2. testis non est idoneus, nu. 1. & 2. Vicesimaquarta exceptio: Nisi filius spiritualis pro parte spirituali testis sit. De hac exceptione vide remissiuè d. testis non est idoneus, num. 3. Vigesimaquinta exceptio: Nisi Baiolinus testis sit pro eo quem nutrit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur d. testis non est, num. 4. Vigesimasexta exceptio: Nisi cognatus pro cognato testis sit. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de testibus, concl. 13. Vill. T. 89. Viu. lib. 1. testes adfines. Cuius replicatio prima est in patruo, consobrino & similibus, d. testes adfines. versi. vlt. Altera replicatio est: Nisi ad probandam innocentiam in causa criminali. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 7. conclus. 22. Vigesimaseptima exceptio: Nisi frater pro fatre testis sit. Hæc exceptio præcedentis species specialiter controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de testibus, conclus. 14. & Viu. lib. 1. testis idoneus est frater. Vigesimaoctaua exceptio: Nisi adfinis pro adfine testis sit. M. I. P. d. reg. 27. except. 26. Accedit Viu. lib. 1. testes adfines. Gabriel. lib. 1. de testibus, concl. 15. Iul. Clar. §. fin. quæst. 24. vers. quæro modo Soarez. A. 137. Vigesimanona exceptio: Nisi vxor pro marito, vel contra maritus

maritus vxore testis sit Fichard. in addit. 2. ad Villal. V. 76. Viu.lib.1.testis esse non potest. Gabriel.lib.1.de testibus,conclus.16.vbi etiam distinguitur. Trigesima exceptio:Nisi cōcubina pro suo amasio testis sit. Viu.lib 2.testes esse nō possunt meretrices,num.2. Gabriel.lib 1.de testibus,conclus. 11. nu.3. Trigesimaprima exceptio:Nisi vasallus vel alius subditus pro domino suo testis sit. Quæ controuertitur,magis tamen reprobatur à Fichardo in addit.vlt.ad Vill.V.8. Controuertitur item & distinguitur apud Gabriel. lib. 1.de testibus conclus. 10. num.21.vsque ad num.34. Trigesimasecunda exceptio:Nisi colonus pro domino suo sit testis Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. lib.1.testificari vel testis. Trigesimatertia exceptio:Nisi testis socius sit causæ. Viu. lib. 1. testes adfines,in prin. Vide item s̃. lib. prox. cap. 9. reg. 37. Trigesimaquarta exceptio: Nisi amicus pro amico testis sit. M. I. C. d reg.1.excep.19.& M. I. P.d.reg.23. except.27. Accedit Viu.lib.1.testes adfines, in prin. & Gabriel. lib. 1. de testibus,conclus. 11. num. 3. & 4. Eius replicatio est in simplicis amico, Vill.A.100. & Gabriel. d.concl. 11.num.1.Soarez A. 177. Huius duplicatio est, quòd hic testis non sit omni exceptione maior.d.conclus.11.num. 2. plures propositæ exceptionis replicationes vide d.conclus.11.num.5. cum quatuor sequentibus. Trigesimaquinta exceptio:Nisi testis sit inimicus eius contra quem testimonium perhibet. M. I. C. d.reg.1.except.20.& M.I.P.d.reg.23. except.28.Accedit Viu. lib. 2.testis esse non potest inimicus, num.1. Iul.Clar. §.fin.q.24.vers.item quæro. Vill.I.47. Huius replicatio prima est: Nisi causam inimicitiarum præstiterit is cōtra quem testimonium dictum est, ob hoc, vt posset testem recusare. Vill.I.47. Altera replicatio videtur:Nisi alter alteri fuerit reconcilatus. Quæ tamen reprobatur d testis esse non potest,num. 2. Iul. Clar. §.fin.quæst.24.vers.sed quid si. vbi relinquitur hæc replicatio arbitrio iudicantis. Tertia replicatio videtur in crimine læsæ maiestatis, hæresis & similium. Quæ tamen replicatio reprobatur d. testis esse non potest,num.3. Quarta replicatio est:Nisi inimicitia non sit capitalis. d.testis esse non potest,num.4.cum sequente. Declaratur ibidem num.6.& apud Iul.Clar. §.fin.q. 24. vers. item quæro. & Villal. I. 48. Trigesimasexta exceptio : Nisi testis antea in eundem reum testimonium dixerit. M. I. C. d. reg. 1. except. 22.& M.I.P.d.reg.23.except.29.

Huius replicatio est: Nisi non sponte, sed coactus testimonium rursus perhibeat. Iul. Clar.in §.fin.q.24. vers.sed nunquid 7. Trigesimaseptima exceptio: Nisi testis in ea causa, in qua testimonium perhibet, patronus vel executor fuerit. M.I.C. d.reg.1.except.28 & M.I.P. d.reg.23 except.41. Accedit Vill.A.66. in addit. & Viu lib. 1. testis esse non potest aduocatus. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum in possessorio fuisset aduocatus, in petitorio testis sit. d. testis esse non potest aduocatus. Altera replicatio est: Nisi patrocinium præstare desierit.d.testis esse.ibi:est etiam idoneus. Tertia replicatio est: Nisi in alia causa quàm in qua patronus fuit, testis sit.d. testis esse ibi: posset quoque esse. & Soarez A.96. Quarta replicatio est: Nisi non pro, sed contra clientem suum testetur.d.testis esse.vers.vlt. & Soarez A. 97. Quinta replicatio est: Nisi procurator tempore depositionis fuerit reuocatus. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.1.de testibus,conclus.10.num. 10. & 15. De hisce & aliis pluribus replicationibus vide remissiuè Vill.A.66.in addit. Trigesimaoctaua exceptio: Nisi sollicitator causæ in ea testimonium ferat. Viu. d. testis esse non potest aduocatus.vers.similiter sollicitator.Gabriel.lib. 1.de testibus, conclus. 12. vbi etiam replicatur. Trigesimanona exceptio: Nisi testis mediator fuerit vel proxeneta. Quæ exceptio approbatur sub conditione apud Vill. P.382. Viu.lib 1.testis esse nō potest aduocatus.ibi: item mediator. item ibi:item nec proxeneta. Controuertitur apud Gabriel. lib.1.de testibus,concl.20.nu.1 & 2. Sed & eius replicatio est: Nisi vtraq; pars in testem illum consentiat. Viu.d.testis esse non potest. ibi: & quamuis determinati. Plures replicationes vide apud Gabriel.d.concl.20. Quadragesima exceptio: Nisi causa in qua testimonium perhibetur, ipsum testem contingat. M. I. C. d.reg.1.except.30. & M. I. P. d.reg. 23.except.45. Accedit Viu. lib.1. testi deponenti. item Testis non potest. ibi ampliantur secundò. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi testis sit episcopus. Sed reprobatur d vers. ampliantur. Altera replicatio est: Nisi commodum in consequentiam testi contingat. Viu. d. testis non potest. ibi:& ista conclusio. Tertia replicatio est. Nisi contra tutorem, qui non confecit librum vel inuentarium, testetur. d. testis non potest. ibi: fallit similiter. Quarta replicatio est: Nisi legatarius in causa testamenti testis sit. Quæ replicatio approba-

approbatur & distinguitur à Fichard. in addit. ad Vill. L. 55. & Viu. lib. 1. testes esse non prohibentur. Quinta replicatio est: Nisi quis de vniuersitate in causa vniuersitatis testis sit. M.I.P. d. except. 45 repl. 1. Controuertitur, magis tamen approbatur & distinguitur apud Viu. lib. 2. testibus vniuersitatis. item lib. 1. testes de collegio. Fichard. in addit. ad Vill. T. 93. Huius duplicatio prima est: Nisi agatur de iure pascendi. Vill. S. 60 Altera duplicatio est: Nisi testis viuat ex reditibus vniuersitatis. Vill. S. 61. Hæc de quinta replicatione. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu. lib. 1. testis non potest. vers. vlt. Quadragesimaprima exceptio: Nisi venditor pro emptore, vel donator pro donatario testis sit. Viu. liber. 1. testis esse non potest venditor. Quardragesimasecunda exceptio: Nisi testis de proprio suo facto testetur: veluti sibi commissum vel mandatum esse. Viu. lib. 1. testis. §. notarius cui est. Quadragesimatertia exceptio: Nisi cedens processionario testis sit. Ficard. in addit. ad Vill. C. 32. Quadragesimaquarta exceptio: Nisi fideiussor pro debitore principali testis sit. Hæc exceptio controuertitur. magis tamen approbatur & distinguitur apud Viu. lib. 1. testis idoneus potest esse fideiussor. Quadragesimaquinta exceptio: Nisi fideiussor pro confideiussore testis sit. Hæc exceptio reprobatur apud Villal. F. 38. Viu. lib. 1. d. testis idoneus. Quadragesimasexta exceptio: Nisi testes in summario iudicio examinati, in ordinario allegentur. M.I.P. d. reg. 23. except. 51 distinct. 1. Quæ tamen controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 2 de exceptionib conclus. 2. num. 7. cum duob. sequentibus. Viu. lib. 1. testis. §. acta facta. ibi: & ratio videtur. Quadragesimaseptima exceptio: Nisi testes non sint ritè examinati. Huius replicatio est: Nisi partes in defectum examinis consenserint. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 2. de sententiis, conclus. 2. num. 13. cum quatuor sequentibus. Quadragesimaoctaua exceptio: Nisi absente aduersario testes sint examinati. M. I. C d. reg. 1 except. 34. & M. I. P. d. reg. 23 except. 48. Accedit Viu lib. 1. testes non possunt examinari. Accedit item S. reg. 7. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi consensu partium vel à iudice electus testis de arte sua deposuerit. de qua replicatione vide d. reg. 7. except. 1. Altera replicatio est: Nisi testes sint omni exceptione maiores. Viu. d. testes non possunt. ibi: & quamuis. Tertia replicatio est: Nisi testes ad

perpetuam rei memoriam fuerint examinati. Quæ approbatur sub conditione apud Viu. lib. 2. testium examinationem. ibi: & aduerte quòd citatio, vsque ad finem. Iul. Clar. §. fin. q. 44. in prin. ibi: & hoc adeò verum. vbi additur duplicatio in caussis criminalib. Quarta replicatio est: Nisi de crimine assasinatus testes fuerint examinati. Controuertitur hæc replicatio apud Gabriel. libro 7. conclus. 1. nume. 21. Quinta replicatio est: Nisi per modum inquisitionis contra aliquem sit processum. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 11. vers. item quæro. & quæst. 45. vers. cæterùm. ibi: in hoc autem. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu. d. testes non possunt examinari. vers. vltim. Quadragesimanona exceptio: Nisi die feriato testes sint examinati. Replicatur s. reg. 6. Quinquagesima exceptio: Nisi testis non iurauerit. M. I. C. d. reg. 1. except. 35. & M. I. P. d. reg. 23. except. 49. Accedit Villal. T. 103. in addit. Viu. lib. 1. testis cum iuramento. Huius replicatio prima est: Nisi notarius dixerit testem iuratum deposuisse. Villal. T. 103. & Viu. d. testis cum iuramento. ibi: & licet ad fidem. Altera replicatio est: Nisi procurator nomine testis iurauerit. Hæc replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. lib. 1. iuramentum potest, num. 12. cum sequente. item Testis non potest. Tertia replicatio videtur: Nisi consensu partium electus sit testis, vel mandato iudicis de a[illegible] sua deposuerit. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Villal. E. 27. cum addit. Quarta replicatio est in probando infamia testis, Viu. libro 2. testis est idoneus. vers. vlt. Quinta replicatio est in declarando priore testimonio: ad hoc enim nouo iuramento opus non est. Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 3. num. 13. Quinquagesimaprima exceptio: Nisi non viua voce, sed in scriptis testimonium perhibuerit. M. I. C. d. reg. 1. except. 37. & M. I. P. d. reg. 23. except. 52. Accedit Villal. T. 107. Viu. lib. 1. testis non potest. Huius replicatio prima est: Nisi testis præsens & legens scripturam, dicat se deponere quod in ea continetur. Viu d. testis non potest. ibi: secus si legeret. Altera replicatio est, quòd quamuis non probet, facit tamen præsumptionem. d. testis. ibi: limitatur prædicta. Tertia replicatio est: Nisi de ætate questio sit: hæc enim scriptura patris vel matris magis probatur, quàm viua voce d. testis. vers. vltim. Quarta replicatio est: Nisi testis mutus sit. Viu. lib. testimonium dicere. Quinquagesimasecunda

cundæ exceptio: Nisi per nuncium vel procuratorem testimonium dictum sit. Viu lib.1.iuramentum potest, num.13. Quinquagesimatertia exceptio: Nisi testes variauerint, vel contraria deposuerint. M. I. C. d. reg.1. except. 3. & 38.& M. I. P. d. reg. 23. except.53 Accedit Vill T 96. Viu.lib. 1. testis vel notarij.ibi:tamen vbicunque. Iul. Clar.in §.fin. quæst.53. vers. quartus est. 15. in princ. Controuertitur hæc exceptio apud Iul. Clar.d. q. 53. vers prædicta autem 10. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi aliud in iudicio, aliud extra dixerit testis: tunc enim statur ei quod in iudicio dixit. Hæc replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.7.conclus.29.cum tribus sequentibus. Iul. Clar.in d.q.53. vers.primus casus 11.cum vers.sequente Turz.opin.134.Viu. lib.1.testis dicens. Villal. T.95. in addit.in fine. Altera replicatio est: Nisi testis aliud in primo, aliud in secundo iudicio vel examine dixerit; tunc enim standum ei quod in primo iudicio dixit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. d.q 53.vers. tertius est 13. cum vers. sequente. item vers.quartus est.15.ibi: aut verò deponit, cum sequentibus. Viu. lib. 1. testis respondens Vill T. 94 cum num.sequente. & Gabriel d.conclus.29. Tertia replicatio est: Nisi testis in continenti se correxerit. Viu lib.1.testis statim. Gabriel.lib.7.conclus.27.num.1. & 4.Iul. Clar.in §.fin. quæst. 53. vers.quartus.15. ibi: aut ipsemet testis. Villal.T.95. in addit. Declaratur quid sit in continenti se corrigere, Viu.d. testis statim. Villal. A.121. cum addit.& Iul. Clar. d. vers.aut ipsemet testis. Huius replicationis duplicationes vide apud Gabriel.d.conclus 27.& conclus.28. Quarta replicatio est: Nisi in articulis principale negocium non concernentibus testis sibi sit contrarius. Viu.lib.1.testis vel notarij,in prin. Quinta replicatio est: Nisi aliud in tortura, alius extra torturam testis deposuerit:tunc enim statur ei quod in tortura deposuerit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabrl. lib. 7.conclus.26. Vill.T.95.in addit. Iul.Clar.d.q.53.vers.secundus est.12. Sexta replicatio est: Nisi testis prius dixerit Credo, postea dixerit verum esse: hoc enim casu statur secundo eius dicto.d.q.53.vers.vnum etiam 16. Septima replicatio: Nisi non vnus variauerit, vel sibi contrarius fuerit, sed plures testes inuicem contraria deposuerint: hoc enim casu non in totum testimonium illorum reiiciendum, sed ei quod credibilius est, standum erit.M.I.C. d.except 38.repl.1.

& M.I.P. d.except.53.repl.1.Accedit Iul. Clar.§.falsum, num 6.& 10.& Vill.T.100. Hoc casu sciendum, id credibilius esse, quod est iuri consentaneum, exemplo Viu.lib.1 testis.§.notarius.ibi:& præmissis. Item duobus testibus affirmantibus magis credendum, quàm mille negantibus. Gabriel. lib. 1. de testib.conclus.4.num.1. Quæ tamen regula distinguitur d.conclus. 4.num.2. vsque ad num.15. Item magis creditur duobus testib. deponentibus de metu, quàm centum deponentibus de libera voluntate. Villal. M. 54. Viu lib. 2. testibus duob. Quæ tamen regula controuertitur & distinguitur d. conclus. 4. num. 15. cum tribus sequentibus. Sed & plures huiusmodi regulas de eo quod credibilius sit, vide d. concl. 4.num.19 cum sequentibus, vsque ad finem. Item hoc casu, vt euitetur testium falsitas, quantum fieri potest illorum dicta ad concordiam sunt redigenda. Viu.lib.2.testium falsitas num. 1. Vtrum autem isti testes ad concordiam redacti probent, controuertitur d. testium falsitas, num. 2. Planè propositæ replicationis duplicatio est: Nisi duo testes sibi inuicem contradixerint: hoc enim casu neutri tanquã vnico credẽdũ. Viu. lib.1.testis si deponit.ibi: sed quotiescũque. Hæc de 53.exceptione: de qua vide item j.exc.69 & 70. Quinquagesima quarta exceptio: Nisi testes sint singulares, aliis de alia re deponentib. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. excep. 2. in prin. Accedit Gabriel. lib. 1. de testibus, concl.2..Iul.Clar.§.fin.q.53.vers.dixi etiam.Viu.lib.1. testes singulares non faciunt num.1.& sequente, Testis vnus & confessio.lib: secus verò. Declaratur definitione singularium testium apud Viu.lib.1.testes singulares, num.5. cum sequente. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum de genere quæratur, per diuersa media ad eundem finem tendant, seu de diuersis actibus ad idem genus tendentibus deponant. Viu.d.testes singulares, num.3.idem d lib.1.testes singulares sufficiunt. vbi controuertitur, magis tamen approbatur. Idem lib.1.vsurarius.ibi:& vsura ips...item Iul.Cla. d. vers. dixi etiam. Huius duplicatio est: Nisi agatur de aliquo puniẽdo criminaliter: hoc enim casu d.replicatio cessat.d.vers. dixi etiam. ibi: ego aliquando cogitabam. Cuius triplicatio videtur: Nisi statuto cautum sit, vt eiusmodi crimen posset probari per testes singulares. Quæ tamen reprobatur apud Iul. Clar. d.quæst.53.vers. & quid si.20 Altera replicatio est: Nisi in mutuo probando alij mutuũ datum de-

ponant,

ponant, ignorantes summam: alij mutuum petitum deponant, summa quæ petita sit expressa. Viu.lib.1. testis.§.per duos.ibi: & his occurrit Tertia replicatio est: Nisi vnus de fama publica tantùm, alius de veritate & fama publica simul deponat. Viu.lib.1.testis vnus deponẽs Gabr.lib.1.de probat. conclus.1.num 8.cum sequentibus. vbi controuertitur & distinguitur. Quarta replicatio est: Nisi vnus de veritate, alter de confessione deponat. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d.conclus.1.num.3.cum quatuor sequentibus. item num.9.& 10. Quinta replicatio est: Nisi in probando incestu duo de consanguinitate, & duo de coitu deponant. d. conclus.1.num 60. Sexta replicatio videtur: Nisi de diuersis summis deponant: hoc enim casu minor summa videtur inesse maiori. Viu.lib.1. testes singulares sufficiunt.ibi: item testes singulares. Contradicit Viu. d.lib.1.testis.§.in testium depositionibus.vbi apparet hanc replicationem esse controuersam. Hæc de replicationibus propositæ exceptionis: de quibus & aliis pluribus vide Gabriel.d.lib 1.de testibus, conclus.2.item 5. de ead.regu.except.2. Quinquagesimaquinta exceptio: Nisi testis in aliquo falsus sit deprehensus: ex hoc enim totum eius testimonium falsum præsumitur. Viu.lib.1. testis productus per me.ibi: testis respondens. Gabriel.lib.7. conclus.4.num.1.Iul.Clar.§.fin.quæst.53.versi.frequentissimè autem. Huius exceptionis replicatio prima hæc videtur: Nisi cum plura essent capitula, in vno falsus deprehendatur: hoc enim casu quoad alia non præsumitur falsus. Quæ tamen replicatio reprobatur d.quæst.53 versic.sed quæro.item d.conclus.4. num. 1. Contradicit d. testis productus ibi: limitatúrque. Altera replicatio est: Nisi non circa principale, sed circa extinseca falsum dixerit.d.quæst.53. versic. scias tamen.Viu.lib.1. testium dicta non. Tertia replicatio est: Nisi falsum commiserit in omittendo. Viu.d.testis productus.ibi: vbi declarat hoc. Plures replicationes vide apud Gabriel.d. conclus 4. Quinquagesimasexta exceptio: Nisi testis rationem scientiæ non reddiderit. M.I.C. d.reg.1. exceptio.39.& M.I P. d.reg.23.except.56. Huius replicatio prima est: Nisi de ratione non fuerit interrogatus. Viu. lib.1.testes in his, in princ. Cuius duplicatio est in causis criminalibus Viu.lib.1. testes in causis.Iul.Clar.§.fin.quæst.53.versi.vlt. Plures duplicationes vide apud Viu. d. testes in his.ibi: secus verò, cum

sequenti-

ſequentibus. Altera replicatio eſt: Niſi ad defenſionem rei depoſuerit. Viu. d. teſtes in cauſis. ibi: ſecus verò ad defenſam. & Iul. Clar. d. verſic. vltim. ibi: ſed hoc intellige. Quinquageſimaſeptima exceptio: Niſi ineptam dicti ſui rationem teſtis reddiderit: puta ſi dixerit ſe noctu vidiſſe. Viu. lib 1. teſtis deponens de nocte. Iul. Clar §. fin. quæſt. 21. verſic. ſed quid ſi. ibi: cæterùm teſtis. Huius replicatio in exemplo propoſito prima hæc eſt: Niſi addiderit ſe cognouiſſe vocem. Viu. d. teſtis deponens. ibi: fallit hoc quando. Altera replicatio eſt: Niſi Luna, vel igne, vel lumine lucente dixerit ſe noctu vidiſſe. d. teſtis deponens. ibi: interpretatur ſecundò. Tertia replicatio eſt: Niſi vicinus fuerit, vel cum ipſo commoratus, de quo teſtatur. d. teſtis deponens. ibi: fallit vlterius. Quinquageſimaoctaua exceptio: Niſi pro ratione ſcientiæ dixerit, Quia vicinus ſum. Hæc exceptio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. libr. 1. de præſumptionibus, concluſ. 6. num. 38. & ſequente. Quinquageſimanona exceptio: Niſi de mutuo vel depoſito deponens dixerit ſe fuiſſe præſentem. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib. 1. teſtis ſi deponit mutuum, in princ. Sexageſima exceptio: Niſi teſtis de auditu deponat. M.I.P. d. reg. 23. except. 57. Cuius replicatio prima eſt in antiquis: quibus teſtimonium de auditu valet. M.I.P. d. except. 57. repl. 2. Accedit Vill. A. 106. Controuertitur tamen apud Gabriel. lib. 1. de teſtibus, concluſ. 3. in princ. Declaratur definitione antiqui apud Villal. A. 104. & 105. Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi iuſtitia eius contra quem deponitur, appareat. A. 107. Plures duplicationes vide apud Gabriel. d. concluſ. 3. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt in crimine aſſaſini, Gabriel lib. 7. concluſ. 1. num. 22. & 23. Tertia replicatio videtur: Niſi à fide digno dicat ſe audiuiſſe. Quæ controuertitur apud Gabriel. lib. 7. concluſ. 8. num. 56. cum quinque ſequentibus. Sexageſimaprima exceptio: Niſi teſtis non de veritate, ſed de credulitate deponat, aut iudicio ſuo, aut per verbum Ni fallor. Villal. T. 97. cum ſequente. Viu. libr. 1. teſtis deponens de credulitate, num. 1. 2. & 4. Cuius replicatio prima videtur: Niſi dixerit ſe certò credere. Sed reprobatur apud Viu. d. teſtis deponens, num. 3. Altera replicatio eſt: Niſi addiderit concludentem rationem, veluti ſe credere, quia viderit. d. teſtis, num. 5. Tertia replicatio eſt in antiquis, d. teſtis, num. 6. Plures replicationes remiſſiuè vide d. teſtis, num. 7. Sexageſimaſe-

simasecunda exceptio: Nisi incerta sit depositio testis. Quæ exceptio approbatur, declaratur & distinguitur apud Viu. lib.1. testis deponens per. Sexagesimatertia exceptio: Nisi testis deposuerit contenta in processu vel inquisitione, vel dicta alterius testis esse vera. Viu.lib.1. testis deponēs respōdénsque. Sexagesimaquarta exceptio: Nisi testis diem contractus de quo deposuit, ignoret. Quæ exceptio reprobatur sub conditione apud Vill A.44. Gabriel.lib.1.de testibus, conclu.6.nu.11. Sexagesimaquinta exceptio: Nisi extra articulos testis deposuerit. Viu. lib.1. testis deponens extra. vbi etiã replicatur. Sexagesimasexta exceptio: Nisi de eo quod sensu corporeo non percipitur, testis deposuerit. Quæ exceptio approbatur sub conditione apud Vill.T.99. Cuius exēplum est, si deposuerit aliquem fuisse sanæ mentis. Viu.lib.1. testis.§.notarius.vbi etiam distinguitur. Sexagesimaseptima exceptio: Nisi testis eo tempore, quo negocio fuit adhibitus, fuit inhabilis ad testificandum. Vill.T.108. Sexagesimaoctaua exceptio: Nisi testes deponentes de negocio aliquo gesto quod adiuerint, non viderunt eos qui gessisse dicuntur, ob parietem intermedium. Quæ exceptio approbatur in testamento, sed reprobatur in contractib.apud Viu.lib.1. testes de auditu deponentes. Sexagesimanona exceptio: Nisi testis pro vna tantùm parte deposuerit, omisso eo quod pro altera parte faciebat. Viu.libr.1. testes cum iuramento. Septuagesima exceptio: Nisi testis postea negauerit se ita deposuisse. Reprobatur certis conditionibus apud Viu.libr. 1.testis præstito. Iul.Clar.in §.falsum, nu.10.& §.fi.q.53.versi. quintus est. De hac exceptione vide item s̃.exceptio.53. Septuagesimaprima exceptio: Nisi testis postea reuocauerit suum dictum, vel in mortis articulo dixerit se falsum perhibuisse testimonium. Quæ tamen reprobatur apud Vill.I.115. Viu.libr.1. testis illud quod. item Testis ostendens. Gabriel. lib.7.conclu.30.num.2. Planè admittitur exceptio proposita, primùm quidem, quoad præiudicium ipsius testis. Vill.I.116. Deinde admittitur, si aliâs probaretur per idoneos testes vel instrumentum sententiam ex falsis testibus latam esse. d.116. in addit. Tertiò admittitur errore probato. Viu.d.testis ostēdens. Plura de exceptione proposita vide s̃. except.53. Septuagesimasecunda exceptio: Nisi notarius dictum testis non totum scripserit, sed relatione facta ad dictum alterius testis. Quę exceptio reprobatur apud Viu.lib.1.testes plures.

Septuage-

Septuagesimatertia exceptio: Nisi is qui dicto testis vtitur antea contra testem exceperit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Viu.lib 1.testis.§.litigator. Septuagesimaquarta exceptio: Nisi post publicationem attestationum testes fuerint examinati. Viu.lib.1. testes possunt. versi.vltim. De qua re vide plura.s eod. cap.reg 1. Septuagesimaquinta exceptio. Nisi solutio debiti per testes probetur. M.I C. d.reg.1. except.33. Cuius replicatio prima est: Nisi debitum non per scripturam, sed per testes sit probatũ. M.I.C.d.except.33.repl.1. Accedit Viu.lib 1.testis.§.per duos. Altera replicatio est: Nisi solutio canonis emphyteutici per testes probetur: Viu.lib.1.testes duo sufficiunt ad probandam ibi:nota etiam. Septuagesimasexta exceptio: Nisi attestationes in vno iudicio non publicatæ, in alio iudicio, vel corã alio iudice producantur. Vill.A.50.&157. Contradicit Viu.lib. 1.testium depositiones. Vide item s.ca.10.in verbo Acta causæ, except.4. Huius replicatio est: Nisi testes mortui sint, vt repeti non possint. Vill.A.50. in addit. Hæc de exceptionibus aduersus testes: quarum tamen plures vide s.d.reg.1.

## REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Planè præcedentium exceptionum replicatio generalis prima est: Nisi is qui aduersus testes excipit, antea iisdem testibus in alia causa sit vsus: hoc enim casu denegãdæ sunt ei exceptiones aduersus testes. M I.C d. cap.19.in fine, repl. gener.1.& M.I.P. d.cap 14.repl.gener.1. Accedit Viu.lib.1.testis productus per me. Huius duplicationes remissiuè vide d.testis productus.ibi: dictámque communem. Altera replicatio generalis est: Nisi alij testes habiles concurrunt. Vill. M 143 versic.ex quibus notatur. vbi etiam duplicatur. item Gabriel.lib.1.de testibus, concl.5 & 6.vbi etiam duplicatur. Tertia replicatio generalis est: Nisi numerus suppleat defectum testium inhabilium. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel.d conclu.6. Quarta replicatio est: Nisi veritas aliter elici non possit. Vill.M.143.versi. & nota quod.Iul.Clar.§.fin.quæst.24.versi.sciendum est Gabriel libr.1.de testibus, conclus.7. vbi etiam subiiciuntur huius replicationis duplicationes. Huius exemplum est, si de crimine clandestino agatur. Iul. Clar. in §.stuprum, num.2. Quinta replicatio est, quòd quamuis testis inhabilis non probet,

probet, tamen indicium faciat. Quæ replicatio distinguitur apud Iul.Clar.d.quæst.24 versi. vidi etiam. Sexta replicatio: Nisi testis inhabilis tortus deposuerit. Iul. Clar.§.fina.quæst. 25.in prin. Septima replicatio est: Nisi pars aduersa in testem inhabilem consenserit. Viu. lib.1.testis esse non potest aduocatus. ibi: & quamuis. Octaua replicatio est: Nisi ante publicationem exceptio contra testem non fuerit opposita. M.I.P. d.cap.14.in fine, replic.2. Accedit Viu.lib.1.testis.§. contra testes. Cuius duplicatio est: Nisi protestatio fuerit interposita. M.I.P. d.replic.2.dupl.2. Accedit Viu.d.§.contra testes. Nona replicatio est: Nisi ante conclusionem exceptio non fuerit opposita. Cuius duplicatio est: Nisi inhabilitas constet ex actis, vel sit notoria: tunc enim etiam post conclusionem opponi potest. Fichard.in addit.1. & 3.ad Vill. T.108. Alias duplicationes remissiuè vide apud Viu. lib.1.testis esse non potest aduocatus. ibi: sed dato quod. Decima replicatio est: Nisi testis inhabilis de innocentia rei deposuerit. Viu.lib.1.testes adsines.ibi: similitérque Iul.Clar.§.fi. q.24.vers.quæro modò, in fine item vers.item scias. Hæc de 12.regula eiúsque exceptionibus sint dicta.

XIII. Regula: Si opponens de infamia testis, non probauerit suam exceptionem: iniuriarum actione testi tenetur. Iul. Clar.§.fina.quæstio.53.versic. caueant tamen. Hæc de testibus.

## *DE CONFESSIS, ET INTERrogationibus in iure faciendis.*

## *CAP. XIII.*

PRIMA regula: Confessio non est probatio. Villal. C.131.

II. Regula: Confessus pro iudicato habetur. M.I.C.lib. 2.cap.cap.20. de confessis, quæst.1. reg.1.& M.I.P. lib.2.cap. 15.de confessis, reg.1. Accedit Iul.Clar.§.fina.q.65.in princ. Nec vllæ partes iudicis inconfitentes sunt. M.I.C. d.cap.20. de confessis, quæst 7.reg.1. Accedit Turz.opin.173.nu.2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alius quàm qui ex confessione conuenitur, confessus sit: huic enim alterius confessio non nocet. M.I.C. d.quæst.1.reg.1. except.1. Huius replicatio prima videtur: Nisi alius qui confessus est tutor, curator, procurator vel defensor fuerit eius qui conuenitur. Sed

reprobatur

reprobatur M.I.C.d.except.1.repl.1. Accedit Vill.C.143. Viu. lib.2 confessioni tutoris. vbi cōtrouertitur, magis tamen reprobatur. item Iul.Clar. §. fin. q. 34. versi. sed quæro. Altera replicatio est: Nisi pater ex confessione filij conueniatur. Vill.C.157. Tertia replicatio est: Nisi hæres ex confessione defuncti conueniatur. Cuius duplicatio est: Nisi defunctus ex sua confessione nondum fuerit condemnatus. Vill C.147. in addit. vlt. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi minor ætate confessus sit. M.I.C. d.reg.1.except.2. Cuius replicatio prima videtur: Nisi in causa criminali minor tortus confessus sit. Quæ tamen reprobatur sub conditione apud Iul.Clar.§ fin.quæst.55. versi. vlterius potest. Altera replicatio est: Nisi maior sit quatuordecim annis. Cuius duplicatio est, quòd huic per integrum restitutionem aduersus confessionem subueniatur, modò sit minor vigintiquinque annis. Quæ tamen duplicatio est controuersa apud Iul. Clar. §.fin.q.60.in prin.ibi:proderit etiam. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi processu non ex lege habito confessus sit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. d.q. 55. vers. item posset, cum vers.sequente. Quarta exceptio est: Nisi reus reuocata confessione probaturus sit contrarium. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur d.q.55. vers. vlt. Vide item j. except.24. Quinta exceptio: Nisi in carcere detentus confessus sit. Quæ exceptio controuertitur apud Iul. Clar. §. fin. q. 64. vers. sed an fortè.32. Sexta exceptio: Nisi metu tormentorum facta sit confessio. d.q. 64. vers. nunc de gradibus.31. ibi: hinc infertur. Septima exceptio: Nisi per errorem & ignorantiam confessus sit. M.I.C.d.reg.1.except. 8.& M.I.P.d.reg.1.except.2. Cuius replicatio prima est: Nisi negocium sit finitum tunc enim ratione erroneæ confessionis non retractatur. M.I.P.d.except.2.repl.1. Huius duplicatio est: Nisi aduersarius sua assertione causam dederit errori. Vill.P.189. Altera replicatio videtur: Nisi confessio fuerit geminata. Sed reprobatur Vill.C.136. De qua vide item j. except. 18.repl. 2. Octaua exceptio: Nisi absente aduersario confessus sit. M.I.C.d.reg.1.except.13. Accedit Gabriel.lib.1. de confessis, conclus.1.num.1. cum sequente. Huius replicatio prima est: Nisi procurator aduersarij fuerit præsens. M. I. C. d. except. 13.replic.1. Accedit Villal. C.137.in addit. Altera replicatio est: Nisi ex causa facta sit Vill.C.137. Tertia

replicatio

replicatio eſt: Niſi confeſſio liberationis ſit. Controuertitur apud Vill.C.138. Quarta replicatio eſt: Niſi ratificatio ſit alicuius actus: hæc enim etiam abſente aduerſario fieri poteſt. Viu.lib.1.abſente. Quinta replicatio eſt, quòd nihilominus faciat ſemiplenam probationem. Viu. libro 1. confeſſio facta abſente. Gabriel. d. concluſ.1.num.2. Vill.C.139. Plures replicationes vide d. concluſ. 1. Nona exceptio: Niſi pars præſens non acceptauerit confeſſionem. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Vill.C.140.cum addit. Fichardi.magis tamen reprobatur apud Viu.lib.1.teſtis vnus de veritate.verſ. vbi aſſerit. Gabriel. lib. 1. de confeſſis, concluſ. 2. vbi etiam diſtinguitur. Decima exceptio: Niſi non iure, ſed extraiudicialiter ſit facta confeſſio.M.I.C.d.reg.1.except.14. Accedit Villal.C.132.Iul.Clar.§.fin.q.21.verſ.ſed hic cadit. Contradicit ius canonicum Villal. C. 133. cum num. ſequente. Huius replicatio prima eſt: Niſi confeſſus non probet contrarium.M.I.C.d.except.14.repl.1. Accedit Viu.lib.1. confeſſio facta coram.ibi: poteſt etiam. Cuius duplicatio prima eſt: Niſi ſacerdoti confeſſio facta ſit. Quæ approbatur ſimul & diſtinguitur apud Viu.li.1.confeſſio ſeu ea quæ. Altera duplicatio eſt in cauſis criminalibus, Iul. Clar. §. fin. quæſt. 55. in prin. Huius triplicatio prima eſt: Niſi aduerſarius præſens eam acceptauerit.d.q.55.verſ.vnum tamen. Altera triplicatio eſt: Niſi alia argumenta concurrant.d.verſ.vnum tamen, in fine. Altera propoſitę exceptionis replicatio eſt: Niſi confeſſio fuerit geminata. Quæ replicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. libro 1. de confeſſis, concluſ. 3. Tertia replicatio eſt: Niſi confeſſio extraiudicialis in ſupplicatione ſit facta. Quę replicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.d.lib.1.de confeſſis, concl.4. Quarta replicatio eſt, quòd quamuis confeſſio extraiudicialis non probet, facit tamen indicium. Vill.C.135. De qua re vide plura s̃.lib.prox.cap.10.reg.8. Quinta replicatio eſt: Niſi aduerſario vel eius procuratore præſente confeſſus ſit. Vill.C.137. in addit. Hæc de decima exceptione. Vndecima exceptio: Niſi iudice non pro tribunali ſedente facta ſit confeſſio. Iul. Clar.§.fin.q.55.verſ.item poteſt. Viu. lib.1.teſtium examinatio. ibi: & facit gloſſa. Duodecima exceptio: Niſi extra cauſam, de qua principaliter agitur, facta ſit confeſſio. Quæ exceptio eſt controuerſa d.q.55.verſ.poſſet etiam. Decimatertia exceptio: Niſi in alio iudicio facta ſit confeſſio. Quæ

tamen reprobatur apud Vill. C. 141. & 159. Decimaquarta exceptio : Nisi in ciuili iudicio confessio facta in criminali producatur. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. §.fin.quæst.54.vers.sed quid si exhibeat. Decimaquinta exceptio : Nisi coram iudice non competente facta sit confessio.M.I.P. d.reg.1 except.3. Accedit Vill. C.142. Huius replicatio est, quòd vim habeat extraiudicialis confessionis Viu. lib.1.confessio facta coram.Iul.Clar.§.fin.quæst.55.vers.præterea etiam. De qua re vide s̄. lib.prox. cap. 10.reg.7.8.& 9. Decimasexta exceptio est in his quæ non dependent ex voluntate partis, Vill. C. 144. Decimaseptima exceptio : Nisi coram notario , non iudice facta sit confessio. Viu. lib. 1.testium examinatio.ibi : & facit glossa. Decimaoctaua exceptio:Nisi postea re integra cõfessum confessionis pœniteat. M. I.C.d.reg.1.except. 16.& M.I.P.d.reg.1 except.4. Accedit Turz.opin.173. Vill C.135.in fine Huius replicatio prima est: Nisi in alio iudicio eam reuocauerit.Quę replicatio approbatur simul & distinguitur apud Turz.. opin.174 Altera replicatio videtur : Nisi confessio sit geminata. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de confessis,concl.3.Reprobatur apud Vill.C.136.Tertia replicatio est : Nisi confessio fuerit deliberata. Quæ controuertitur, magis tamen reprobatur apud Gabriel. lib. 1. de confessis, concl.5.Quarta replicatio est:Nisi confessio fuerit in scriptis facta. Quæ controuertitur & distinguitur d. lib. 1. de confessis, conclus. 6. Decimanona exceptio : Nisi non purè,sed certo modo & qualitate adiecta confessus sit. M.I.C.d.reg.1. except.7. Approbatur & distinguitur apud Vill. C. 145. cum duobus sequentibus. De qua re vide plura s̄. lib. 1. cap. 10. reg. 31. except. 7. Vigesima exceptio : Nisi pro parte confessus sit,pro parte non. Vill. I. 79. item S.11. cum addit. De qua vide item s̄.cap.11.reg.5.repl.gener.1.dupl.1. Vigesimaprima exceptio:Nisi contra præsumptionem iuris & de iure confessio facta sit. Quæ reprobatur & distinguitur per ea quæ habentur s̄. cap.9.reg.7. except. 1. replic. 1. duplic. 1. Vigesimasecunda exceptio : Nisi in principali causa, in qua confessio facta est , confessus per exceptionem se tueri potuit : tunc enim cum illa exceptione confessio accipienda est. M.I.C.d.reg.1.except.18. Accedit Iul. Clar.§.fin.q.56.per totum. Huius replicatio est : Nisi non tam factum quàm ius confessus sit,scilicet se debere. M.I.C.d.except. 18.repl.1.

Conuo

Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de clausulis, conclus. 10. num. 11. cum duobus sequentibus. Huius duplicatio est: Nisi per errorem facti se debere confessus sit. M.I.C.d.repl.1.dupl.1. Accedit Gabriel.d.conclus.10.num. 12. cum sequente. Alia duplicatio videtur j. except. prox. Vigesimatertia exceptio: Nisi cum in testamento se debere confessus esset, illud postea mutauit vel reuocauit. Quæ tareprobatur apud Viu.lib.1.testis.§. contractus.ibi: similitérque probatur. Vigesimaquarta exceptio: Nisi plures testes contrarium eius quod est confessus, deposuerint. Hæc exceptio reprobatur apud Gabriel.lib.1.de testibus, conclus.4. num. 77. Vide item s.except.4.item s.cap.9.reg.7.except.1. repl.1. Vigesimaquinta exceptio: Nisi contra præsumptionem iuris & de iure confessus sit. Hæc exceptio reprobatur & distinguitur per ea quæ habentur s. cap. 9. reg. 7. except. 1.replic.1.dupl.1. Hæc de exceptionibus aduersus confessionem, quarum plures remissiuè vide apud Villal. C.141. in additionibus.

III. Regula, Instrumentum producens ab eo qui illud falsum dicturus est, interrogari potest, an eo instrumento vti velit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.7.conclus.7.

IIII. Regula, Si interrogatus non responderit, pro confesso habetur, & insolidum tenetur. Idem etsi obscurè respondeat. M.I.C.d.cap.20.de interrogationib. q.6.reg.1.& 2. item M. I.P.lib.2.cap.15.reg.2. Cuius exceptio prima est in causis criminalibus, in quibus respondere nolens, vel non apertè, non habetur pro confesso, sed torquetur vt respondeat, & apertè respondeat affirmando vel negando. Iul. Clar. §. fin. quæst. 45. vers. sed pone. Cuius replicatio prima est: Nisi reus negauerit factum principale. tunc enim de aliis non est torquendus: nec tamen in iis pro confesso habetur. d.q. 45. vers. scias autem. vbi dicitur hoc consuetudine non obseruari. Plures replicationes vide s.lib.1.cap.10.reg.1. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi instrumentum producens, si interrogatus fuerit an eo velit vti, taceat, vel obscurè respondeat: hoc enim casu pro confesso non habetur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Gabriel.lib.7.conclus.7. Tertia eceptio est: Nisi responderit interrogatus M.I.C.d.quæst.6.reg.1.except.14. Cuius replicatio est: Nisi producens instrumentum, si interrogatus fuerit

an eo velit vti, responderit, quatenus bonum est, eo se vsurum. Quæ replicatio controuertitur d. conclus. 7. num. 2. Hæc de confessis & interrogationibus.

## DE IVREIVRANDO. CAP XIIII.

PRima regula: Iurandum regulariter non est. M.I.P.lib. 2. cap. 16. reg. 1. Huius exceptiones enumerantur apud Ruiz opin. 10. in prin.

II. Regula: Iuramentum temerarium vtrum obliget venialiter, mortaliter, vide remissiuè apud Viu. lib. 2. promissio, num. 6.

III. Regula: Iusiurandum iudiciale obtinet vim rei iudicatæ M I.C. lib. 2. cap. 21. quæst. 1. reg. 3. Accedit Viu. lib. 1. iuramentum iudiciale. ibi: sed habere vim. vbi etiam distinguitur.

IIII. Regula, Iusiurandũ non est probatio. Viu. lib. 1. iuramentum non dicitur. item Iuramentum iudiciale. Excipitur d. iuramentum non dicitur ibi: quæ quidem communis.

V. Regula, Iuramentum diuiditur in iudiciale & extraiudiciale. Iudiciale definitur apud Viu. lib. 1. iuramentum iudiciale. Extraiudiciale definitur exemplo d. lib. 1. iuramentum potest, num. 7.

VI. Regula, Si deficiente probatione iusiurandum delatum sit aut iurandum, aut causa cadendum. M. I.C. d. cap. 21. quæst 2. reg. 1. & M.I.P. d. cap. 16. reg. 3. Cuius exceptio prima est: Nisi alij quàm ei qui gessit, iusiurandum deferatur. M. I. C. d. reg. 1. except. 6. Accedit l. videamus. 4. in prin. ibi: graue enim. ff. de in litem iurando. Cuius replicatio est: Nisi hæredi eius qui gessit, deferatur. Gabriel. lib. 2. de iureiurando, concl. 6. num. 10. Altera exceptio est: Nisi antea quoque iusiurandum delatum fuerit, ídq; reuocatum. M. I.C. d. reg. 1. except. 10. Accedit Viu. lib. 1. iurare in litem. ibi: sed vbicunque aliquis. Tertia exceptio videtur: Nisi deferens probare possit. Sed reprobatur d. iurare in litem. vers. & dato quòd quis. Quarta exceptio est: Nisi in causa famosa vel criminali iusiurandum deferatur. Vill. I. 154. Viu. lib. 1. testis vnicus de visu, num. 3. cum duobus sequentibus Gabriel. lib. 1. d probationib. conclus. 1. num. 41. Iul. Clar. §. fin. quæst. 63. in prin. Huius replicatio prima est: Nisi causa sit exigua.

d. testis

d.testis vnicus,num.6. Altera replicatio est: Nisi ciuiliter de crimine agatur. dict. num. 6. intelligitúrque. Iul Clar § fin. quæstione 63. in prin ibi: quæ quidem conclusio Tertia replicatio est: Nisi ad pecuniariam pœnam agatur ex crimine Fichard. in addit. ad Vill.l. I. 154. Iul. Clar. d. quæst 63. vers. scias etiam. 3. Quarta replicatio est: Nisi plus quàm semiplenè sit probatum. Gabriel.d conclus. 1. num. 40. in fine Iul. Clar. §. fin. quæst. 63. vers. scias autem. 2. Quinta replicatio est: Nisi iuramentum purgationis deferatur. d. q. 63. vers solet etiam. 4. Hæc de quarta exceptione. Quinta propositę regulæ exceptio est: Nisi in ea causa iusiurandum deferatur, in qua lex requirit manifestissimas probationes. Hæc exceptio est ratio præcedentis exceptionis, & approbatur apud Viu. lib. 1. iuramento necessario & testis vnicus de visu, num. 3. cum sequente. Huius replicatio est: Nisi veræ probationes haberi non possint. Viu. d. iuramento necessario. ibi: sed communis. Sexta exceptio est: Nisi in causa matrimoniali iusiurandum deferatur. Hæc exceptio est controuersa & distinguitur apud Vill. I. 155. cum addit. Fichardi. & Gabriel. lib. 1. de probationib. conclus. 1. num. 40. cum sequente. Septima exceptio est: Nisi statuto vel lege iurare prohibitum sit. Viu. lib. 1. statutum lex.

VII. Regula, Tres comites iuramenti enumerantur apud Villal. I. num. 119.

VIII. Regula, Procurator iurat in animam domini sui. Viu. lib. 1. iuramentum potest, num. 2. cum sequent.

IX. Regula, Iuramentũ inducit obligationem. Vill. I. 120. Huius exceptio est: Nisi sine causa factum sit. Vill I. 121.

X. Regula, Iuramentum habet executionem paratam. Viu. lib. 1. iuramentum iudiciale. ibi: qui etiam dicit.

XI. Regula: Si iudex nolit deferre iusiurandum, vel illud ex causa non satis iusta deferri admiserit, ab eo potest appellari. Viu. lib. 1. iudice negligente.

XII. Regula: Si falsum iuratũ sit, vel non præstetur quod est iuratum, periurium committitur ac punitur. M. I. C. d. ca. 21. q. 7. reg. 5. M. I. P. d. c. 16. reg. 9. Declaratur definitione periurij M. I. P. d. regula 9. Accedit Iul. Cla. in §. periurium, num. 1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ob difficultatem non præstet. Iul. Clar. d. §. periurium. vers. item excusatur. 10. Altera exceptio est: Nisi sine dolo malo peierauit M. I. P. d. reg. 9. excep. 8. Accedit Gabriel. lib. 7. conclus. 33.

num.1.& Iul Clar.d.§.periurium. vers. excusari 9.Cuius replicatio est: Nisi testis de veritate iuratus falsum deposuit, quod putauit verum. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d.conclus.33. Tertia exceptio est: Nisi cum intra certum tempus se facturũ iurasset, consensu creditoris tempus sit prorogatum. Viu lib. 2. debitor promittens, in prin. Controuertitur apud Gabriel.lib 2 de dilationib. conclus.2. num. 11. cum sequente. Cuius replicatio est: Nisi intra tempus quoque prorogatum nõ fecerit.d. debitor.ibi:sed transacto termino. Quarta exceptio videtur: Nisi per æquipollens factum sit quod est iuratum. Reprobatur apud Vill. I. 122. & Viu.lib.1.iuramentũ §.promittens ibi:quia iuramentum. Cuius exemplum est j.except. prox. Quinta exceptio videtur: Nisi iurans soluere, compensauerit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d.§.promittens & Vill. I. 127. De qua re vide item j.lib.5.cap.1.reg.43.except.5. Sexta exceptio est: Nisi iurans mortuus sit: hoc enim casu hæres eius non faciendo periurium non committit. Gabriel.lib.2. de iureiurando, conclus.6.nu.1.& 2. Huius replicatio prima est in filio hærede. Quæ tamen controuertitur d.conclus 6. num. 11. Altera replicatio est: Nisi imploretur officium iudicis Ecclesiastici ad exonerandam animã defuncti.d.concl. 6. nu.12. Septima exceptio est: Nisi is cui præstari iuratum est, sit mortuus. Controuertitur hæc exceptio d. conclus. 6. nu.7. Octaua exceptio est: Nisi ex natura contractus, in quo iurauit, iurans non teneatur: hoc enim casu iuramentum assumit naturam contractus vel dispositionis, de qua iuratum est, vt non sit obligatorium. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Gabriel.lib. 2. de iureiurando, conclus. 10. Vide item j.except.10.& 12. Nona exceptio est: Nisi cum actor plus peteret, reus iurauerit se non debere: hoc enim casu ne in ea quidem parte, quam reuera debet, peierasse videtur. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. lib.2. de expensis, conclus.2.num.1.& 3. Decima exceptio est: Nisi contractus in quo iuratum est, fuerit annulatus. Quæ exceptio est controuersa apud Gabr. lib. 6. de clausulis, conclus. 10.num.4 cum sequente. & lib. 2. de iureiurando, conclus.5. num.6. Vndecima exceptio: Nisi enim cum iurasset seruare statuta, ea postea sint mutata. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Gabriel d.conclus.5.nu.32. cum sequente. Duodecima exceptio: Nisi cum iurasset testamentum se non

non mutatutum, id mutauerit: Quæ exceptio species est superioris octauæ exceptionis, & controuertitur apud Iul. Clar. in § testamentum, q 94. vers sed nunquid. Decimatertia exceptio: Nisi periurium nemini præiudicet vel obsit. Iul. Clar. in §. periurium. vers. potest etiam 11. Decimaquarta exceptio: Nisi delato ab aduersario iureiurando, peierauit. d. §. periurium. vers. vlt. ibi: item quando. Decimaquinta exceptio: Nisi in criminali causa reus iurauit se non fecisse. d. vers. vlt. in prin. & idem in §. fin. q. 45. vers. quid ergo. Hæc de duodecima regula.

XIII. Regula, Periurij pœna infamia est. Quę regula approbatur simul & distinguitur 5. lib. prox. cap. 11. reg. 34.

XIIII. Regula, Testis periurus, qui in causa criminali falsum dixit testimonium, mortis pœna puniri potest. Turz. opin. 180. num. 2.

XV. Regula, Clericus periurium committens deponitur. M I. P. d. cap. 16. reg. 15. Accedit Iul. Clar. in §. fin. quæst. 73. vers. item clericus. 6. ibi: item clericus. Cuius exceptio est: Nisi sententia non interuenerit. Vill. P. 75. Iul. Clar. in §. periurium. vers. item clericus. 4. Cuius replicatio est: Nisi periurus instituatur. ibidem.

XVI. Regula, Si delato vel relato iureiurando, iuratum sit: iurati ex eo iureiurando tam actio quàm exceptio datur. M. I. C. d. lib. 2. cap. 22. q. 1. causa 1 & M. I. P. d. cap. 16. reg. 19. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in causa famosa vel criminali actori vel accusatori à iudice sit delatum. Quæ exceptio approbatur & distinguitur à Fichard. in addit. ad Vill. I 156. Altera exceptio est: Nisi alius quàm qui iurauit, proposita actione vel exceptione vtatur. M. I. C. d. q. 1. excep. 13. Huius replicatio est: Nisi procurator vel defensor eius qui iureiurando vtitur, illud detulit. M. I. C. d. except. 13. repl. 4. Accedit Viu. lib. 1. iuramentum potest, num. 1. & 3. Huius duplicatio est: Nisi à lege vel statuto requiratur proprium iuramentum domini litis. d. iuramentum, num. 14. Tertia exceptio est: Nisi is qui iurauit, periurus sit vel infamis. Viu. lib. 1. testis esse non potest periurus. Iul. Clar. in §. periurium. vers. item periuro. 8. Quarta exceptio est: Nisi pauper sit qui iurauit. Viu. li. 1. Testis propter sola. ibi: hinc est quod. Quinta exceptio est: Nisi nō sacra, sed alia scriptura tacta iurauit. Gabriel. lib. 2. de minorib. concl. 9. nu. 34. cum sequente. vbi controuertitur. Cuius replicatio prima est: Nisi con-

ſuetudo loci hoc permittat. Quæ replicatio approbatur & diſtinguitur apud Viu. lib. 1. iuramentum ſufficit. item Gabriel. d. concluſ. 5. num. 36. cum num. ſequente. Altera replicatio eſt: Niſi iuramentum fuerit voluntarium, non neceſſarium. d. concluſ. 5. nu. 38. Sexta exceptio: Niſi peieratum ſit, vel contrarium probari poſſit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d. quæſt. 1. except. 17. Accedit Vill. I. 153. ibi: ſecus tamen. Planè admittitur exceptio hæc primùm quidem, ſi à lege vel ſtatuto iuſiurandum ſit delatum. d. 153. Deinde admittitur in iuramento ratione damni & intereſſe delato, Vill. I. 156. Septima exceptio: Niſi in ſummario iudicio ſit iuratum. Viu. lib. 1. teſtis. §. acta facta. Hæc de iureiurando.

## *DE ORDINE COGNITIO-num, & officio iudicis.*

## *CAP. XV.*

### DE ORDINE COGNI-tionum.

PRima regula: Prius de poſſeſſione, quàm de proprietate vel alio iure cognoſcendum. M.I.C. lib. 2. cap. 23. quæſt 1. reg. 2. & M.I.P. lib. 2. cap. 17. reg. 1. Accedit Gabriel. lib. 5. de reſtitutio. ſpoliator. concluſ. 1. num. 90. cum ſequent. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi poſt litem demum conteſtatam reus poſſeſſorium obiiciat. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Villal. P. 80. Altera exceptio eſt: Niſi partes conſentiant, vt in vtroque ſimul procedatur. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 92.

II. Regula, Reſcindens ante reſciſſorium agendum. Fichard. in addit. ad Vill. R. 31.

### DE OFFICIO IVDICIS.

I. Regula, Interrogare poteſt iudex poſt concluſionem ad fundandum ius partis de nouo. Vill. I. 92.

II. Regula, Iudex debet iudicare ſecundum acta & probata, non ſecundum conſcientiam. Villal. I. 97. Quæ tamen regula eſt controuerſa, vt apparet ex gloſſa Inſtit. de action. §. ſi minus. in verbo, In eodem iudicio. Cuius exceptio eſt in præſcriptione non allegata, quæ tamen ex actis conſtat. Controuertitur Fichard. in addit. ad Vill. P. 199. & Minſing. cet. 3. obſer. 28.

III. Regula, Iudex suum officium non debet impertire, nisi rogatus. Fichard. in addit. ad Villal. I. 97. De qua re vide j. cap. 17. reg. 4. except. 11.

IIII. Regula, Quod à litigatoribus vel aduocatis prætermissum est, hoc iudex debet supplere. M. I. C. d. cap. 23 q. 2. reg. 2. Huius exceptio est in præsumptione non allegata, Turz. opin 157. & Vill. P. 291. in prin. Idem etiam est in aliis exceptionibus. de qua re vide j. lib. 5. cap. 11. reg. 3. repl. 5.

V. Regula, Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto coram iudice laico. Vill. I. 113.

VI. Regula, Successor potest interpretari & exequi sententiam sui prædecessoris. Viu. lib. 1. iudex succedens. Quod tamen controuertitur & distinguitur j. reg. 12. except. 3.

VII. Regula, Super incidenti non pronunciatur. Turz. reg. 21.

VIII. Regula, Iudex non aliter debet iudicare, quàm legibus, constitutionibus & moribus proditum est. M. I. C. lib. 2. cap. 24. reg. 1. & M. I. P. d. cap. 17. reg. 13. Huius exceptio est: Nisi in causis arbitrariis. Quarum species enumerantur apud Viu. lib. 2. arbitrio iudicis. & Soarez A. 36.

IX. Regula, Quod legibus definitum non est, relinquitur arbitrio iudicis. M. I. P. d. reg. 13. except. 1. Accedit Viu. d. arbitrio iudicis, num. 5. Vide item s. lib. prox. cap. 13 de opinionibus doctorum, reg. 1. except. 1. repl. 9. Huius regulæ exceptio est in iure actionum & exceptionum, M. I. C. d. cap. 24. reg. 2. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi veteri lege eiusdem iuris exceptio fuerit introducta: per hanc enim iudex nouum quoque ius distinguere potest. Viu. lib. 1. statutum. §. per statutum. Altera replicatio est in dote seu bonis dotalibus: hæc enim generali lege non continentur. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. statutum seu lex.

X. Regula, Facti quæstio est in arbitrio iudicantis M. I. C. d. cap. 24. reg. 6. Accedit Villal. P. 313. Viu. lib. 1. contractus. ibi: & probatio. Accedunt item ea quæ habentur s. cap. 10. in fine.

XI. Regula, Deficiente probatione, iudex alterutri partium iusiurandum potest deferre. M. I. C. d. cap. 24. reg. 10. Accedit Turz. reg. 20. Huius regulæ exceptiones vide s. cap. prox. reg. 16.

XII. Regula, Quilibet est interpres verborum suorum.

Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, concl.3.num.71. cum duob. sequentib. Quod tamen ius ad hæredem non transit Quę exceptio controuertitur & distinguitur dict. conclus.3. num. 74. cum quinque sequentibus. Nec ad dominum vel procuratorem transit. Quæ exceptio apprbatur dict. conclus.3. num.80.cum tribus sequentibus. Nec transit ad successorem in officio. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur d. conclus.3. num.84. cum duobus sequentib. Nec ad legatum Papæ. Quæ exceptio controuertitur d.conclus.3.nu.22.

XIII. Regula, In re dubia ita interpretatio facienda, vt quantum fieri potest euitetur falsitas. Iul. Clar. in §. falsum.vers.36.

XIIII. Regula, Si in certamine duo pariter ad stadium peruenerint, vt ignoretur vter prior fuerit: neutri gratificandum, sed omnibus ex æquo denuò potestas est facienda certandi. Viu.lib.2.currentibus.

XV. Regula, In obscuris quod minimum est sequimur. M.I.C. d.cap.24.reg.20. & M.I.P. d.cap.17.reg.16. Accedit Turz.reg.108.

XVI. Regula, In obscuris inspici solet quod est verisimilius. M.I.C. d.cap.24.reg.26.& M.I.P.d.cap.17.reg.19. Accedit Turz.reg.89.Viu.lib.2.moneta siue pecunia,nu.2.

XVII. Regula, In obscuris inspici debet, quod plerunque fieri solet. M.I.C. d.reg. 26.& M.I.P. d.reg.19. Accedit Gabriel.lib.6. de consuetudine, conclus. 1. vbi declaratur & distinguitur. item concl.2.item lib.1. de præsumptionibus. conclus.16.num.4.

XVIII. Regula. Quod verisimilius est disponentē interrogatum responsurum fuisse, amplectendum. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de reg. iuris, conclus.10.

XIX. Regula: Fauores ampliandi, odia restringenda. De qua re vide s.lib.proxim.cap.1.reg.1.except.5.

XX. Regula, In dubio pro Ecclesia pronunciandum. Turz.reg.101.

XXI. Regula, In dubio id sequendum, quo res ad naturam suam redit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Turz.reg.107.

XXII. Regula, Quod inter partes conuenit, iudex pronunciare potest. M.I.C. lib.2.cap.26.reg 3.Accedit Vill. 5.40. vbi

vbi etiam distinguitur.

XXIII. Regula: Procurator, non reus principalis, qui abest, condemnandus. M I C. d cap. 26. reg. 4. Huius exceptio est in causis criminalibus, in quibus reus per procuratorem defenditur. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 32 versi. vlt.

XXIII. Regula: Causa sententiæ in ea exprimi non debet. Viu. lib. 1. iudex non tenetur, in princ. Cuius exceptio est in causis criminalibus. Quæ tamen exceptio est controuersa apud Iul Clar. §. fin. q. 93. versi. fuit aliquando. 2.

XXV. Regula: Iudex pœnam in sententia potest adiicere, si condemnatus intra tempus statutum non soluerit. Quæ regula est controuersa apud Iul. Clar. d. quæst. 93. versi. quæro nunquid 3.

XXVI. Regula: Sententia propter necessitatem proferri potest etiam in loco non solito. Vill S. 45.

XXVII. Regula: Sententia ab ipso iudice recitanda. M.I.C. d. cap 26. reg. 11. & M.I.P. d. cap. 17. reg 30. Quæ regula consuetudine dicitur mutata apud Iul. Clar. §. fin. quęst. 93 in prin.

XXVIII. Regula: Sententia ex scripto recitanda. M.I.C. d. cap. 26. reg. 11. & M.I.P. d. cap. 17. reg. 32. Cuius exceptio est in sententia interlocutoria, Vill. S. 15.

XXIX. Regula: Sententia lata, cessat officium iudicis. M.I.C. d. cap. 26. reg. 13 & M.I.P. d. c. 17. reg. 34. Accedit Turz. opin. 64. num. 2. Villal. D. 21. Viu. lib. 1. iudex à quo. ibi: & his accedit. Huius exceptio prima est in accessoriis, Turz. d. nu. 2. Altera exceptio est in sententia nondum perfecta, Turz. d. opinio. 64. num. 3. cum sequente. Tertia exceptio est: Nisi appellatione interposita, iudex grauamen, ob quod appellatum est, reuocauerit. M.I.P. lib. 2. cap. 18. quæst. 2. except. 33. Cuius replicatio est. Nisi appellationi detulerit. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. libr. 1. iudex deferendo. Huius duplicatio est; Nisi vnus tantùm ex pluribus detulerit. d. iudex deferendo. ibi: limitatur. Quarta exceptio est: Nisi delegatus non obseruauerit formam mandati. Villal. D. 22. Quinta exceptio est: Nisi mandet executioni sententiam. Vill. D. 23. cum sequente. Cuius replicatio est: Nisi delegatus sit iudex. Quæ approbatur & distinguitur Vill. D. 25.

XXX. Regula: Iudex sententiam latam amplius mutare vel corrigere non potest. M.I.C. d. cap. 26. reg. 14. Accedit

Turz.

Turz.opinio.64.num.1. Huius exceptio prima est: Nisi non tam mutet quam declaret: hoc enim facere potest M.I.C. d.reg.14.except 3. Accedit Gabriel.lib.6.de reg.iur.conclus. 3.num.14.cum sequentib. vsque ad num. 6.vbi etiam replicationes subiiciuntur. Altera exceptio est: Nisi sententiam pro perfecta nondum habuerit. Turz opin.64.num 3.cum sequente. Tertia exceptio est: Nisi dilationem datam iudex mutauerit Villal.D.71.cum addit. Quarta exceptio est: Nisi sententia sit interlocutoria. Vill. S.17.cum sequentibus. De qua revide item j.cap.17.reg 4.except.30.repl.2.

## DE APPELLATIONIBVS. CAP. XVI.

PRIMA regula: Si quis se per sententiam grauatum, vel non rectè iudicatum esse conqueratur. regulariter quidem licet illi appellare. M.I.C. libr.2.cap.27. quæst.2.reg. 1.& M.I.P. lib.2.cap.18.quæst 2.reg.1. Accedit Viu.libr.2.appellatio admittitur, in prin. Cuius exceptio generalis hæc est: Nisi appellatio specialiter à iure prohibita doceatur.d. appellatio admit. in prin. Cuius exceptionis species sequũtur. Est igitur prima propositæ regulæ exceptio specialis hæc: Nisi Princeps in causa iudicauit vel sententiam tulit. M.I.C. d.quæst.2.except.1. Accedit Gabriel.lib.2.de appellationib.conclus.1.num.5.& 7 Huius replicatio prima est: Nisi Princeps ad consultationem alterius iudicis rescripsit: hoc enim casu ab eius rescripto licet appellare. M.I.C. d.except. 1.repli.1. Quæ tamen replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de appellationibus, conclus.1. Huius duplicatio est: Nisi antequam princeps à iudice consuleretur, consultationis exemplum litigatoribus exhibitum sit, atque ab iis comprobatum. M.I.C. d.replic.1. duplic.1. Accedit Gabriel. d.conclus. 1. num. 3. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi Princeps appellationi detulerit. Gabriel.d.conclus.1. numer.4. Tertia replicatio est: Nisi à principe malè informato ad eundem melius informandum appelletur.d. conclus.1. num. 6. Secunda exceptio: Nisi ex compromisso arbiter sumptus pronunciauerit: ab eius enim sententia non appellatur. M.I.C. d.quæst.2.except.6. & M.I.P.d.quæst.2.except.1. Controuertitur apud Viu.lib.2.appellari non potest.num.1.vbi communiter approbatur. Reprobatur

batur verò iure canonico d.appellari, num.2.item Soar.A. 232. Planè huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non spontè sed ex necessitate legis vel statuti, aut ex præcepto iudicis in arbitrum sit compromissum. M.I.C. d. except.6. repli.1.& M.I.P.d.excep.1.repl.3. Accedit Viu.d.appellari non potest, num.3. Vill.A.140. in fine. Soarez A.232. Altera replicatio est: Nisi conuenerit vt possit ab arbitrij sententia appellari. Viu.libr.2. pactum quod ab.& Soarez A.245. Tertia replicatio est: Nisi petatur reductio ad arbitrium boni viri: hæc enim petitio loco appellationis permittitur. De qua re vide 7.cap. 10.reg.5.except.1.distinct.2. Tertia exceptio: Nisi iudex appellationis vel reductionis ad arbitrium boni viri sententiam tulerit. Quæ exceptio est controuersa apud Vill. R.14.cum addit. Quarta exceptio: Nisi causa, in qua pronunciatum est, exigua sit. Reprobatur M.I.C.d.quæst.2.except.9.& M.I.P. d.quæst.2.except.6. Declaratur apud Villal. C.28. Viu.libr.1.causa.& lib.2.arbitrio, num.2. Quinta exceptio: Nisi officialis ob malè gestum officium fuerit cõdemnatus. M.I.C. d.quæst.2.except.11. & M.I.P.d.quæst.2.excep. 7. Accedit Viu.libr.1. iudex vel similis. vbi idem cauetur de iudice ob syndicatum condemnato, & additur adfine remedium, scilicet suplicatio ad superiorem. Cui accedit Soarez A. 210. Sexta exceptio: Nisi in causa criminali sit iudicatum. Reprobatur M.I.C. d.quæst.2. except.12.& M.I.P. d. q.2.except.8. De hac exceptione plura vide 5.libr.prox.cap. 11.reg.8.except.2.vbi ipso iure exceptio hæc reprobatur; admittitur tamen in quibusdam casibus. Septima exceptio: Nisi ab executione appelletur. M.I.C. d.quæst.2. except.13. & M.I.P. d.quæst.2.except.9. Accedit Viu.lib.2.appellari ab executore, num.1. Soarez A.199. Huius replicatio prima est: Nisi à sententia de exequendo lata appelletur. controuertitur, magis tamen approbatur d.appellari, num. 2. cum sequente.& Gabriel.lib.2.de appellat.conclus.4. vbi etiam duplicatur. Altera replicatio est: Nisi ordo executioni datus, non sit obseruatus. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de executione rei iudicatæ, conclus.2. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu.d.num.1. Octaua exceptio: Nisi ne cadauer sepeliatur, appellauerit. M.I.C. d.q.2. except.14. Accedit Viu.libr.1. creditor, num.3. Nona exceptio: Nisi contra id quod perpetuo edicto decretum est, appelletur. M.I.C. d.quæst.2.exceptio.16. & M.I.P. d. quæstio.2.

excep.

except.11. Cuius replicatio est: Nisi in odium ac præiudicium certæ personæ decretum sit factum. Viu.libr.2.statutum factum.ibi: & licet de nullitate. Decima exceptio: Nisi in causa momentaneæ possessionis fuerit appellatum. M.I.C. d.q.2.except.18.& M.I.P. d.quæst 2.except.13. Accedit Fichar. in addit.3.ad Vill.P.187. Viu.lib.2.appellatio admittenda non est, num 1. Gabriel.lib 5.de restit. spoliator. concl.5. num.146. cum sequente. Soarez A. 206. Contradicit ius canonicum Vill.A.131.& Viu.d.appellatio admittenda, nu. 3. itē Gabriel. d.conclus.5. numer.145. & Soarez A. 206. vbi controuertitur quod de iure canonico dictum est. Huius exceptionis replicatio est quoad deuolutionem. Nam appellatio in causa momentaneæ possessionis non impedit executionem sententiæ latæ, neque suspendit eam, deuoluit tamen causam ad iudicem superiorem. Vill.A.131.cum addit.& Viu. d.appellatio admittenda, num.2.& Gabriel.d.num. 146. Plures replicationes remissiuè vide apud Gabriel.d.conclu.5.in fine. Vndecima exceptio: Nisi à sententia interdicti vel excommunicationis appelletur. M.I.P. d.quæst.2.exceptio.15. Accedit Gabriel.lib.6.de reg.iuris, conclu.3.num.59. vbi etiam distinguitur. Contradicit tamen M. I.P. lib.1.cap.8. quæst.10.reg. 3. Duodecima exceptio: Nisi ante sententiam definitiuam ab interlocutoria sit appellatum M.I.C.d.quæst.2.except.22. & M.I.P. d.quæst.2.except.16. Accedit Viu.libr.2. appellari nequit, num.1. Soarez A. 212. Vtrum autem sententia hæc, qua iudex confessum soluere iubet, interlocutoria sit, disserit Fichard.in addit.ad Vill.I.98. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi de non exequendo interlocutoria lata sit. Quæ tamen reprobatur apud Turz.opin.103.& Soarez A.211. Altera replicatio est: Nisi ab instantia iudicij absolutio sit facta. Villal.S.16. cum addit. Tertia replicatio est: Nisi grauamen interlocutoriæ per appellationem à definitiua reparari non possit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.d. appellari nequit, num.3. & Soarez A. 213. Quarta replicatio est: Nisi iudex se competentem vel non competentem declarauerit. ab hac enim interlocutoria potest appellari. Soarez A. 214. vbi etiam duplicatur in ordinario. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu.d. num.1. Planè iure canonico exceptio proposita reprobatur, M.I.P. d.except.16. post repl.5. Accedit Viu.lib.2. Admittitur tamen iure quoque canonico, primùm quidem, si causa

si causa appellandi probabilis coram iudice, à quo ante sententiam appellatur, non fuerit ab appellante expressa. M.I.P. d.except.16. in fine. Accedit Turz. regul.41. Villal.A. 124. Deinde admittitur iure canonico, si grauamen per appellationem à definitiua posset reparari. Quæ distinctio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.d appellari nequit, num.3. Decimatertia exceptio: Nisi iusiurandum per sententiam delatum sit: ab hac enim non appellatur. Fichar. in addit. ad Villal. I. 158. Decimaquarta exceptio: Nisi appellans antea appellationi renunciauerit. M.I.C. d.quæstio.1. except.25. & M.I.P. d.quæst. 2. except. 25. Huius replicatio prima est: Nisi in compromisso appellationi sit renũciatum. Villal.A. 136. item R.24. Soarez. A. 217. Altera replicatio est, quoad causam nullitatis, cui non videtur renunciatum per appellationis renunciationem. Fichard in additio.ad Villal. R.24. Decimaquinta exceptio: Nisi appellans ad iudicem, à quo appellauit, redierit: per hoc enim appellationi renunciasse videtur. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Gabriel.libro secundo. de appellationibus.conclus. 2. Decimasexta exceptio: Nisi cum appellasset ob non imperitum iudicis officium, illud antea non implorauit. Villal. A.108. Decimaseptima exceptio: Nisi super eodem articulo bis, vel sæpius appellauerit: hoc enim casu prima tantùm appellatio valet, sequentibus cassatis. Quæ exceptio est controuersa apud Minsing. cent.1. obseruat. 7. & cent. 2. obseruat.61. Villal. A.118. cum sequente, & addit. Fichard. Soarez A. 215. & 216. Huius replicatio est: Nisi prima appellatio sit inualida: tunc enim secundæ validæ adhærere potest appellans. Fichard. in addit. ad Villal. A.119. Minsing. d. obseruat.7. & Soarez A. 205. Decimaoctaua exceptio: Nisi ob contumaciam absens condemnatus appellauerit. M. I. C. d. quæst.2. exceptio.27. & M.I.P. dicta quæst.2. exceptio.24. Cuius replicatio prima est: Nisi tertius aliquis ratione sui interresse appellauerit. Villal. A.121. in addit. ibi: nota licet. Altera replicatio est: Nisi absens procuratorem apud acta habuerit. Villal.C.50. Tertia replicatio est: Nisi cum procurator contumax fuisset, dominus appellauerit. Villal.P.326. Decimanona exceptio: Nisi appellans post sententiam dilationem ad soluendum petiit, vel alio modo sententię acquieuit. M.I.C. d.q.2. except.28. Accedit Gabriel.lib.2.de appellat. conclus. 3. vbi etiam replicationes subiiciuntur. Vigesima

exceptio:

exceptio: Nisi euidens sit debitum, vel crimen notorium. M.I.C.d.quæst.2.except.29. Accedit Gabriel.§.fin.quæst.94. versi.solet etiam.2. Soarez A.193. Vigesimaprima exceptio: Nisi appellans conuictus & confessus sit. Viu.lib.2.appellans conuictus. Huius replicatio prima est: Nisi sponte confessus, non conuictus sit testibus. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur Viu.d. lib.2. appellans confessus sponte. Admittitur, si iusta causa in appellatione fuerit expressa.d.appellans confessus, num.2. Plures replicationes remissiuè vide apud Viu.d. appellans conuictus. item s.libr. prox.cap.11.reg.8.except.2 replic.1.dupl.1. cum sequentibus. Vigesimasecunda exceptio: Nisi iudex grauamen, ob quod appellatum est, sustulerit. M.I.P. d.quæst.2.except.33. Cuius replicatio est: Nisi iudex appellationi detulerit. Quæ replicatio est controuersa apud Viu.libro 1. iudex deferendo. Huius duplicatio est: Nisi vnus ex tribus iudicibus detulerit.d.iudex ibi: limitatur. Vigesimatertia exceptio: Nisi statuto appellatio sit prohibita. Quæ tamen reprobatur sub conditione apud Vill.A.110.cum num.seq.& Soarez A. 196. cum duob.sequentbus. Vigesimaquarta exceptio: Nisi appellans appellatum spoliauerit: per hoc enim videtur appellationi renunciasse. M. I.P.d.q. 2. except.29. Accedit Gabriel.lib.5.de restitutione spoliator. conclus. 1. num. 3.

## QVIBVS COMPETAT IVS appellandi?

II. Regula: Alij quàm qui in iudicio succubuit, ius appellandi non competit. M.I.C.d.cap.27.q.3. reg.1. & M.I.P.dict. cap 18.quæst.3. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi quis ad mortem sit damnatus: hoc enim casu alius quilibet pro eo appellans audiendus est.M.I.C.d.reg.1.except.8.Accedit Iul.Clar. §. fin. q. 94. vers.regulariter. Cuius replicatio est: Nisi clericus pro damnato appellauerit. Quæ replicatio est controuersa d.q.94. vers.sed an etiam & Soarez A.225.

## QVI APPELLANDI, SEV ad quos?

III. Regula: Iudex præparantis est iudex iudicii præparati, ad quem possit appellari. Villal. I. 104.

IIII. Regula: A ciuili iudice Papa non appellatur, nisi sit de temporali iurisdictione Ecclesiæ.M I. P. d.cap.18.q.4. reg.9. Accedit Viu. lib. 1.Imperatores. ibi: imò fortius dic.

V. Regula:

V. Regula, Ab executore laico in causa Ecclesiastica appellatur iudex superior laici, non Ecclesiasticus. Villal.I.101. in additionib. §. etsi laicus. item num. 112. in addit. §. vnum tamen nota.

## FORMA ET MODVS appellandi.

VI. Regula, In scriptis regulariter est appellandum. M.I.C.d. cap. 27. quæst. 7. reg.1.& M.I.P.d.cap.18.quæst.6.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi quis ipso die, quo sententia fertur, apud acta viua voce appellauerit. M. I. C. d. reg. 1. except.1. & M.I.P. d. reg.1. except.1. Huius replicatio prima est: Nisi non in continenti fiat, sed ex interuallo Soarez A. 203. Vill. A.120. Declaratur quid sit in continenti appellare, d. Soarez A.204. & Vill. A. 121. Altera replicatio est: Nisi ab interlocutoria appelletur: hæc enim appellatio, quamuis eodem die fiat, tamen in scriptis est facienda. M.I.P.d. except.1. repl. 1. Accedit Soarez A.203. Vill. A.120.

VII. Regula, Coram iudice à quo appellatur, præsente est appellandum. M. I. P. d.q.6. reg.3. Accedit Turz. reg.42. ibi: & debet appellare.

VIII. Regula, Absente iudice coram notario & teste spectatæ fidei est appellandum. Soarez A.209.

IX. Regula, Appellatio his verbis concepta, Appello iudicem competẽtem, vel hunc aut illum: valet. Vill. A.115. cum sequente. Soarez A.200. cum sequente. Cuius exceptio est: Nisi intra decem dies appellationi præstitutos non certioretur quis sit appellatus. Vill. A.117. & Soarez A.201.

X. Regula, De insinuanda appellatione, & libellis appellatoriis dandis. Si appellatio intra legitimum tempus non fuerit insinuata, vel libelli appellatorij dati, obstat præscriptio. M.I.C.d. quæst.7. reg.3. Cuius exceptio est: Nisi propter violentiam vel absentiam iudicis dare non potuit. M.I.C.d. reg.3. except.2. Huius replicatio est: Nisi coram notario & testibus, seu aliquo aliàs honesto viro non insinuauit. Vill. A. 123. cum additionib.

## OFFICIA APPELLANTIS, ET appellationis euentus ac consequentia.

XI. Regula, De causa appellationis reddenda cauetur

M.I.C.d.cap.27.q.9.reg.1.& M. I.P.d.cap.18.q.7.reg.5. Accedit Vill.A.124.& Soarez A 194 vbi etiam distinguitur.

XII. Regula, Appellatio reducit causam in pristinum statum, qui fuit post litem contestatam. Vill A.109.

XIII. Regula, Appellatio sententiam extinguit & suspendit diuerso respectu. Soarez A.195.

XIIII. Regula, De apostolis seu libellis dimissoriis à priore iudice ad iudicem appellationis petendis ac dandis cauetur M.I.C.d.quæst.9 reg.4.& M I.P.d.q.7.reg.2. Accedit Turz. reg. 1. in fine. Intra quod tempus petendi, definitur à Fichard.in addit.ad Vill.T.4.& Soar.A.219

XV. Regula, De citando Iudice à quo appellatum est, ad causam appellationis, controuertitur & distinguitur apud Iul. C.ar. §. fin.q.94.vers.quæro nunc.9. Viu.lib.1.iudex necessariò. item Iudex citari. Gabriel.lib. 2. de citationibus, conclus. 1. num.86.cum duob.sequentibus.

XVI. Regula, Appellationis iudex potest cogere, vt sententia vel acta edantur sub pœna priuationis. Soarez A. 233. & Villal. E. 14. Vtrum autem appellans, an appellatus acta edere & probare debeat; disserit Gabriel. libro 2. de appellat. conclus. 5.

XVII. Regula, De appellatione non deneganda à iudice, à quo appellatum est, cauetur M. I. C. d. quæst. 9. reg. 8. & M.I.P.d.quæst.7.reg.10. Accedit Soarez A.221. Huius exceptio videtur: Nisi non euidenter iudici constet, appellationem esse admittendam. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Turz.opin 31.

XVIII. Regula, Pœna iudicis non deferentis appellationi habetur M.I.C.d.quæst.9.reg.12. Accedit Viu.lib.1.iudex à quo, in prin. Cuius exceptio est: Nisi dicat se admittere appellationem, si & in quantum tenentur, non aliter. d. iudex à quo. ibi: hinc inoleuit.

XIX. Regula, Appellatione pendente nihil innouandum: & si quid innouatum est, tanquam attentatum rescindendum. M. I. C.d.q.9.reg.13.& M.I.P.d.quæst.7.reg.14. Accedit Viu. lib. 2. attentata, num. 1. Gabriel. lib. 5. de acquir. possess. conclus. 6. num. 1. & sequente. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iudex à quo appellatur, appellationi non detulerit. Quæ exceptio videtur reprobari M.I.C.d.reg.13. except.1. Sed tanquam approbata replicationem recipit hanc: Nisi vnus ex tribus iudicibus detulerit: hoc enim casu videtur

detur appellatio ad superiorem deuolui. Quæ tamen replicatio est controuersa,& magis reprobatur apud Turz.opin. 56. Altera exceptio est: Nisi ante inhibitionem vel appellationem interpositam sit innouatum. Quæ exceptio reprobatur M.I.P.d.reg.13.except.17.Accedit Vill.lib. 2.attentata, num. 3. Contradicere videtur Villal. A.125.& Soarez A.207. Admittitur tamen in causis criminalib. d. attentata, num.4. cum sequente. Tertia exceptio est: Nisi non citato aduersario iudex Ecclesiasticus inhibuerit. Villal. C.39.& I.35. cum sequente. Quarta exceptio est: Nisi appellatio sit extraiudicialis. Quæ exceptio reprobata M.I.P.d.reg.13. except. 10. approbatur simul & distinguitur apud Villal. A. 156. cum addit. Soarez A.208.& 226. Quinta exceptio est: Nisi in causa momentaneæ possessionis sit appellatum. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s. reg. 1. except.10. Sexta exceptio: Nisi ab executione vel à mandato de exequendo fuerit appellatum.M.I.C.d.reg.13.except.4. Accedit Vill. A. 113. Septima exceptio: Nisi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in negocio principali. Hæc exceptio cõtrouertitur,magis tamen reprobatur apud Viu.lib. 2.attentata,num.7.Octaua exceptio: Nisi appellatio iure non sit admittenda.d.attentata,nu.8. Nona exceptio: Nisi post desertam appellationem quid sit innouatum. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur d. attentata, num. 6. Decima exceptio videtur quoad taxationem expensarum: hæc enim videtur fieri posse appellatione pendente. Quæ tamen exceptio controuertitur apud Gabriel. lib. 6. de reg. iuris,conclus.3.num. 54. Vndecima exceptio: Nisi tres conformes sententiæ in eadem causa latæ sint. M. I. P. d.reg.13. except. 20. Accedit Gabriel. lib.2.de executione rei iudicatæ, conclus. 1. vbi plures replicationes subiiciuntur. Plures propositæ regulæ exceptiones vide remissiuè apud Viu.lib. 2.attentata.versic.vlt.

XX. Regula, A iudice ad quem appellatum est, attentata reuocanda.d.attentata,num.1.Item à iudice à quo est appellatum.d attentata,num. 2.

XXI. Regula, Potest quis in causa appellationis allegare,quod in priori iudicio prætermissum est. M. I. C. d. q. 9. reg. 16. & M.I.P.d.quæst.7.reg.14. Cuius exceptio est: Nisi tale sit prætermissum, quod ante litem contestatam fuit allegandum,non postea. Vill.A.109.in addit.

XXII. Regula, Appellans inuito appellato appellationem deserere non potest. Vill.A.126.

XXIII. Regula, Iudex appellationis, petente appellante, potest omissa appellationis causa de principali negocio cognoscere: aliâs secus. Turz. opin. 27. De qua re vide j. cap. prox. reg. 4. except. 7. repl. 1.

## ADFINIA APPELLATIONIS REMEDIA, & primum de causa nullitatis.

XXIIII. Regula, Ex quibus causis sententia nulla dici possit, j. cap. prox. tractabitur in exceptionibus aduersus rem iudicatam. Sed & huiusmodi causæ enumerantur pro parte apud Vill. N. 45. in addit. 2. Istarum autem causarum exceptiones proponemus j. cap. prox. in fine, sub replicationibus generalibus.

XXV. Regula, Apud quem nullitatis causa sit proponenda, differtur M. I. P. lib. 2. cap. 20. reg. 1. in fine. Accedit Vill. N. 45. R. 13 & S. 36.

XXVI. Regula, Quomodo nullitas proponenda? Incidenter & principaliter potest proponi. Viu. lib. 2. nullitas, nu. 5. ibi: adducitur modò. Quomodo incidenter proponatur, declaratur d. nullitas, num. 6. cum sequẽte. Quomodo principaliter proponatur, declaratur d. nullitas, num. 8.

XXVII. Regula, Quamdiu nullitas proponi possit? Nullitas vsque ad triginta annos potest proponi. Viu. lib. 2. nullitas, num. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi statuto minus tempus sit præscriptum. Vill. N. 45. in addit. ibi: item nota. Altera exceptio est: Nisi ex parte actoris nullitas proponatur: tunc enim nõ excedit tempus actionis, in qua fuit commissa. d. addit. ibi: de iure tamen.

XXVIII. Regula, Nullitas post triginta annos non potest proponi. Quæ regula approbatur s. reg. prox. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi nullitas sit notoria, de qua manifestè constat: hæc enim in perpetuum proponi potest Vill. S. 33. in addit. in fine. Quæ tamen exceptio controuertitur apud Gabriel. lib. 6. de statutis, conclus. 3. num. 15. cum sequente. Altera exceptio est: Nisi defectus sit iurisdictionis. Quæ exceptio controuertitur d. conclus. 3. num. 14. & num. 17. Replicatur d. conclus. 3. num. 18. cum duob. sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi periculum animæ vertatur: tunc enim etiam post triginta annos nullitas potest proponi. Viu.

lib. 2. nullitas, num. 2.

XXIX. Regula, Ad causam nullitatis tractandam aduersarius citari debet. Cuius exceptio est: Nisi notaria sit nullitas, quæ ex defectu iurisdictionis procedit. Gabriel. lib.6.de statutis,conclus.3.num.10.

XXX. Regula,Pendente causa nullitatis nihil innouandum, & attentata reuocanda. Quæ regula est controuersa Viu.lib.2.nullitas,num.4.cum sequente.

XXXI. Regula,Est itẽ appellationis adfine remedium, supplicatio de retractanda sententia.M.I.C.lib.2.cap.28.q.3. Accedit Viu.lib.1.iudex vel similis. Soarez A.250. Quæ,prohibita appellatione,non censetur prohibita. Gabriel. lib.2. de appellat. conclus. 1.num.8.

## DE EXCEPTIONE, QVOD quisque iuris in alterum,&c.

XXXII. Regula, Si magistratus aduersus aliquem ius iniquum statuit, vel quis alius iniquum ius impetrauit aduersus alium:ipse eodẽ iure vti tenetur. M.I.C.d.c.28.de exceptione quod quisq;, q.1.reg.1.Proinde si debitor impetrauit moratoriam exceptionem, debitores quoque illius eadem exceptione aduersus illum vti possunt. Vill. D.6. Huius regulæ exceptio prima hæc est:Nisi quis non postulans iniquum ius impetrauerit. M.I.C.d.reg.1.except. 4. Accedit Viu. lib. 2. princeps reuocans, num. 5. Cuius replicationes remissiuè vide d. princeps,num. 6. Altera exceptio est: Nisi rescriptum, quo quis iniquum ius impetrauit, contineat clausulam Motu proprio. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib 6.de clausulis,conclus.2.num. 66.cum duob. sequentibus.

XXXIII. Regula, Exceptio iniqui iuris impetrati etiam alij competit, quàm aduersus quem impetratum est. M.I.C. d. except. quod quisque,q.2.reg 1.Accedit Eichard. in addit. 4.ad Villal. I.184. Hæc de appellationibus eiúsque adfinibus remediis sint dicta.

## *DE SENTENTIA ET re iudicata. CAP. XVII.*

PRima regula, Sententia est stricti iuris. Turz. opin.168. ibi: adde pro ratione.

II. Regula: Sententia æquiparatur cõtractui, non vltimæ voluntati. d. opin. 168. ibi: & quod æquiparatur.

III. Regula, Dominium per sententiam transfertur. Villal. D. 108.

IIII. Regula, Rei iudicatæ standum est, próque ea præsumitur. M.I.C. lib. 2. cap. 29. q. 2. reg. 2. & M.I.P. lib. 2. cap. 19. in prin. Accedit S̄. cap. 10. in verbo Sententia. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi à non competente iudice sit iudicatum. M.I.C. d. reg. 2. except. 1. Accedit Vill. P. 319. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi statuto omnis nullitas sit exclusa. Quæ tamen reprobatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de statutis, conclus. 3. Plures replicationes vide d. conclus. 3. num. 11. cum sequentib. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi iudex tanquam suspectus recusatus iudicauerit. Quæ exceptio approbatur iure ciuili, & iure canonico reprobatur, vt refertur in addit. ad Vill. S. 161. ibi: & circa istam. Approbatur tamen M.I.P. d. cap. 19. except. 5. Item controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 2. de iudiciis, conclus. 5. Potest tamen iudex, qui de hac sententia cognoscit, eam confirmare. Vill. R. 11. Tertia exceptio: Nisi contra minorem annis sit iudicatum. M.I.C. d. reg. 2. except. 7. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 50. in prin. Huius replicatio videtur in criminalib. Quæ tamẽ reprobatur d. q. 50. in prin. Consuetudine tamen approbari dicitur d. q. 50 in princip. ibi: sed certè. Quarta exceptio: Nisi contra absentem sententia dicta sit. M.I.P. d. reg. 2. except. 10 & M. I. P. d. cap. 19. except. 6. Accedit Vill. C. 37. cum sequente: item L. 65. Viu. lib. 1. sententia non potest, num. 1. cum duob. sequentib. Huius replicatio prima est: Nisi contumaciter abfuit is, contra quem est lata. M.I.C. d. except. 10. repl 1. & M. I. P. d. except. 6. repl. 1. Cuius duplicatio est: Nisi aduersarius præsens per dolum falsò aliquid allegauerit. M.I.C. d. repl. 1. dupl. 1. & M. I. P. d. replic. 1. dupl. 2. Accedit Turz. opin. 78. Altera duplicatio est: Nisi in criminalibus ob contumaciam damnatus mortuus sit: tunc enim sententia eius hæredi non præiudicat. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Turz. opin. 177. num. 1. Tertia duplicatio est: Nisi in alia causa contumax fuit absens, non in ea de qua quæritur. d. opin. 177. num. 2. Quarta duplicatio est: Nisi cum per procuratorem iudicium esset agitatum, dominus ad audiendam sententiam citatus fuerit contumax. Viu. lib. 1. sententia non potest, num. 13. Quinta dupli-

duplicatio est: Nisi alio die lata sit sententia, quàm in quem citatio est facta. d. sententia non potest, num. 14 Sexta duplicatio est: Nisi absens non fuerit legitimè citatus. M. I. P. d. except 6. repl. 1. dupl. 4 Cuius triplicatio est: Nisi nunciatione noui operis facta, absens cōparauerit. tunc enim mandatum super noui operis nunciatione resoluitur in vim simplicis citationis. Viu. lib. 1. nunciatio, num. 6. Septima duplicatio est: Nisi absens ad Papam de causa litigiosa iuit, vel nuncium misit. M. I. P. d repl. 1. dupl 6. Quæ tamen duplicatio hodie dicitur esse sublata apud Turz. reg. 42. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi absens fuerit incarceratus. Fichard. in addit 2. ad Vill. C. 21. Tertia replicatio est: Nisi minimum sit præiudicium in sententia contra absentem latà. Vill. C 46. Quarta replicatio videtur: Nisi Princeps contra absentem iudicauerit. Quæ tamen reprobatur certo modo apud Vill. P. 295. cum num. sequente. & Viu. lib. 1. sententia non potest, num. 6. cū sequente. Controuertitur & distinguitur apud Viu. d. lib. 1. sententia Principis. Quinta replicatio est: Nisi aduersarius etiam, pro quo sententia lata est, absens fuerit. Viu. lib. 1. sententia non potest, num. 4. cum sequente. Sexta replicatio est: Nisi non definitiua, sed interlocutoria sententia contra absentem sit lata. d. sententia non potest, num. 5. Huius duplicatio est: Nisi interlocutoria requirat causæ cognitionem, & sit magni præiudicij. d. sententia non potest, num. 9. cum sequente. Septima replicatio videtur: Nisi causa in qua sententia contra absentem lata est, sit summaria. Quæ tamen reprobatur d. sententia non potest, nu. 12. Octaua replicatio videtur: Nisi statuto confirmetur sententia contra absentem lata. Quæ tamen reprobatur d. sententia non potest, nume. 15. Nona replicatio est: Nisi sequestratio per sententiam sit permissa Viu. lib 1. sequestrum regulariter. vers. vlt. Plures huiusmodi replicationes vide apud Gabriel. libr. 2. de citationib. conclus. 1. & remissiuè apud Viu. d. sententia non potest, num. 16. Hæc de quarta exceptione. Quinta exceptio: Nisi sententia pro absente non contumace sit lata. Villal. S. 27. cum sequente. & Viu. d. sententia non potest, num. 4. cum sequente. vbi replicatur etiam in interlocutoria pro absente lata. Sexta exceptio: Nisi parte, cuius interest, non citata, sententia lata sit. Villal. S. 29. Septima exceptio est: Nisi de alia re vel causa sententia lata sit, quàm de qua iudex datus

est. M.I. C. d. reg.2. except. 11. & M. I. P. d. cap.19. except.7. Accedit Vill. I. 175. cum addit. Cuius exemplum habetur l. penult. ff. de confessis. Huius replicatio est. Nisi ad causam appellationis iudex datus, de principali causa iudicauerit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz. opin. 26. & opin. 27. idem reg. 45. item Soarez A.220. Gabriel. lib. 2. de exceptionibus, conclus. 1. num. 8. Octaua exceptio: Nisi is qui condemnare non potest, absolutoriam tulerit sententiam. l. nemo. 33. ff. de reg. iuris. Huius replicatio prima est: Nisi facultas condemnandi iure nouo corrigente antiquum sit prohibita: per hoc enim ius absoluendi prohibitũ non censetur. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. lib.1. iudici ubicunq;. Approbatur apud Villal. P.188. Altera replicatio est. Nisi condemnatio prohibita sit fauore personæ condemnandæ: hoc enim casu absolutio prohibita non censetur. d. iudici ubicunq; ibi. ubi eã. Nona exceptio: Nisi sententia non sit conformis libello. M. I. C. d. reg. 2. except.12. Accedit Turz. reg.62. Huius replicatio prima est. Nisi iudex victori expensas in libello non petitas adiudicauerit: hoc enim facere potuit. Viu. libro 1. iudex tenetur. ibi: si verò non item ibi: & iudex. Plures replicationes vide j. except. 11. item remissiuè apud Turz. d. reg 62. Decima exceptio: Nisi non de toto quod petitum est, sententia lata sit. Quæ exceptio est controuersa apud Viu. lib. 1. iudex condemnans. Vndecima exceptio: Nisi iudex suum officium nõ imploranti impertierit. Fichard. in addit. ad Vil.I.97. Viu. lib.1. iudex non potest, num.1. cũ quatuor sequentibus. Cuius replicatio prima est in causis pijs, Viu. d. iudex non potest, num. 6. Altera replicatio est in causis absentium, Viu. d. iudex nõ potest, num.7. Cuius duplicatio prima est: Nisi lis nondum fuerit contestata. d. iudex num.8. Altera duplicatio est: Nisi iniusta fuerit absentia. d. iudex num. 9 Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi exceptionem contra inhabilem personam uel falsum procuratorem omissam suppleat iudex. d. iudex num. 10. cũ duob. sequentibus. Quarta replicatio est. Nisi actionem quæ ipso iure deficit, reiiciat. Vill. 103. Quinta replicatio est in termino cõstituendo ad producendos & examinandos testes, d. iudex, num.15. cum sequente. Sexta replicatio est in termino iuris coarctando, d. iudex, num.17. Plures replicationes remissiuè vide d. iudex, num. 18.

item s̃.except 9. repl.1. & j̃.lib.5.cap.11.reg.3.repl.5. Duodecima exceptio: Nisi de re, vel causa spirituali laicus iudex sententiam tulerit. M.I.P.lib.3.cap.12.reg 5. Cuius replicatio prima est: Nisi arbitrator tantùm fuerit de re spirituali. Vill. L.3. Altera replicatio est: Nisi Laicus sit assessor Episcopi. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Vill L. 4. Decimatertia exceptio: Nisi sententia sit incerta, & summa certa non expressa. M.I.C.d. reg. 2. except. 15. Cuius replicatio est: Nisi cum iudex pœnam legis ignoraret, condemnauerit reum in certam summam hac clausula adiecta, Quòd si pœna legis vel maior, vel minor esset, sententia ad eam esset reducenda. Quæ replicatio est controuersa apud Iul.Clar. §.fin.quæst.93.vers. sed pone.5. Decimaquarta exceptio: Nisi superuacua sit sententia. Hæc exceptio controuertitur in exemplo hoc, Si bannitus iterum banniatur. de quo vide s̃.lib.prox.c 8.quæst.4 reg.21. Decimaquinta exceptio: Nisi causa sententiæ non sit adiecta. Hæc exceptio reprobatur apud Viu.lib.1.iudex non tenetur, in prin. Vide itẽ s̃. cap. 15. reg. 24. Decimasexta exceptio: Nisi inepta vel falsa causa in sententia sit adiecta. Quæ exceptio reprobatur M.I.P. d. cap.19.except.13. Accedit Iul.Clar. §. fin. q.77. vers. quæritur etiam 33. vbi distinguitur. Approbatur tamẽ & distinguitur apud Viu. lib. 1. iudex non tenetur. ibi: tamen si ipse. item ibi: aduerte etiam. & ibi: vbi per illum. Cõtrouertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 2. de sententiis, conclus. 10. num.8. cum duob. sequentibus. Sed & eius replicatio est: Nisi adiecta sit particula Maximè. d. iudex non tenetur. ibi: limita. Decimaseptima exceptio; Nisi sententia, neque condemnationem, neq; absolutionem contineat. M. I. C. d.reg.2.except.16. & M. I. P.d. cap. 19. exc. 10. Accedit Turz, opin.64. num. 4. Villal.S. 34. Viu.lib. 1. iudex condemnans. ibi; & aliũ casum. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iudex appellationis priorem sententiam iustam vel iniustam pronunciauerit. Quæ replicatio est controuersa apud Turcz.opin.24 & Soarez A.218. Altera replicatio est: Nisi iudex simpliciter pronunciauerit, prout in consilio consultoris continetur. Viu.lib. 2. sententia qua iudex in prin. Huius duplicatio prima est: Nisi iudex non se referat ad consilium consultoris, sed ad sententiam alterius iudicis in alia causa latam. d. sententia. ibi: hoc verò limitatur. Altera duplicatio est: Nisi iudex formaliter pronũciaret absolu-

tionem vt in consilio, vsus verbis futuri temporis.d. sententia.ibi: fallitque similiter. Decimaoctaua exceptio: Nisi contra ius, leges vel constitutiones sit pronunciatum.M.I.C. d.reg. 2. except. 19. & M. I. P. d. cap. 19. except. 11. Accedit Turz. opin.156. Gabriel.lib. 2. de sententiis, conclus. 7.nu. 5. Huius replicatio prima est: Nisi ius, contra quod pronunciatum est, dubium sit ac incertum Gabriel.d. concl.nu. 7. num.23. Huius duplic.vide d.concl. 7.num.24.cum quinque sequentibus. Altera replicatio est: Nisi lex, contra quam pronunciatum est, varios intellectus habeat. Viu.lib.1.iudex in iudicando.ibi:hinc est quod si aliquis. Tertia replicatio est: Nisi contra regulam, quæ habet plures exceptiones, sentenlata sit. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel.d.conclus.7.num.7.cum sequente. Quarta replicatio est: Nisi non contra ipsam legem, sed simile legis lata sit. Quæ replicatio est controuersa d. conclus. 7. num. 32. Quinta replicatio est: Nisi contra rationem legis, non ipsam legem sententia lata sit. Quæ replicatio est controuersa d. conclus. 7.num.33. Sexta replicatio est: Nisi contra consuetudinem sit lata. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. conclusi. 7. num.19.cum duob. sequentibus. Septima replicatio videtur: Nisi contra statutum sit lata. Quæ tamen reprobatur d. conclus.7.num.5. Octaua replicatio est: Nisi contra regulas cancellariæ sit lata. d.conclus.7. num.9. Nona replicatio est: Nisi contra constitutionem extrauagantem sit lata. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. conclus. 7. num. 15. cum tribus sequentibus. Decima replicatio est: Nisi non ab ordinario, sed ab alio iudice contra statutum loci sententia lata sit. Gabriel. d. conclus. 7. num.6 Vndecima replicatio: Nisi ab arbitro contra ius sit pronunciatum. Cuius duplicatio est: Nisi in eum ita sit compromissum, vt de iure tantùm pronunciaret. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.2. de arbitris, conclus. 5. & De sententiis, conclus. 7. num. 4. Decimanona exceptio: Nisi contra communem opinionem sententia sit lata. Quæ exceptio controuertitur apud Viu. lib. 1. iudex in iudicando. ibi:& dixit Bartolus.item ibi:ideo iudex si tulerit.& vers. vlt. Vigesima exceptio: Nisi contra decisiones Rotæ sententia sit lata. Quæ exceptio reprobatur apud Gabriel. d. concl. 7. num. 22. Vigesimaprima exceptio: Nisi sententia manifestum iuris errorem contineat. Quæ exceptio approbatur

& di-

& distinguitur apud Gabriel.d.conclu.7.num.1.cum sequentibus. Vigesimasecunda exceptio: Nisi pro actore sententia lata sit, cui nulla competit actio. Quae exceptio controuertitur apud Gabriel.lib.2 de sententiis, conclus. 8. Vigesimatertia exceptio: Nisi sententia contineat expressum errorem calculi. M.I.C. d reg 2.except.34. in fine. Accedit Gabriel. d. conclus.7. num. 2. Vigesimaquarta exceptio: Nisi sententia notoriè sit iniqua. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de sentent.conclus.10.& Vill.S.37. Declaratur d.conclus. 10. num. 2. Vigesimaquinta exceptio: Nisi sentẽtia nullo iure nitatur. M.I.C. d.reg 2.except.20.& M.I.P. d.cap.19.except.12. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz.opin.156. Vigesimásexta exceptio: Nisi sub conditione sententia lata sit. M.I.C. d.reg.2.except.24.Huius replicatio prima est: Nisi sub hac conditione, Si est probatum: condemnatio facta sit, & in defectum conditionis absolutio facta. Viu.lib.2.sententia qua iudex.versic.vlt. Altera replicatio est: Nisi ab ea sententia non sit appellatum. Quae replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2. de sententiis,concl.1. Tertia replicatio est: Nisi cum certum quid pronunciatum esset, adiecta sint haec verba: prout hactenus solitum est haec enim verba vim conditionis non habent. Vill.S.46. Vigesimaseptima exceptio: Nisi cùm sententia sub conditione lata esset, tempore, existentis conditionis condemnatus sub iurisdictione iudicis, qui sententiam tulit, esse desierit. Quae exceptio approbatur & distinguitur apud Turz.opin.168 & opin. 171. Vigesimaoctaua exceptio: Nisi victus victori in expensas litis non sit condemnatus. M.I.C. d.reg.2.except.25. Accedit Viu.libr.1. iudex tenetur, in princ. item versi, verùm si iudex. Vill.I.106.item R. .64. Huius replicatio prima est: Nisi expensae non sint petitae. Viu.d.iudex tenetur.ibi: si verò non petantur. & Vill.I.106. Cuius duplicatio est in expensis factis post litem contestatam: ad has enim etiam non petitas victus victori est condemnandus. Vill.I.106. ibi: factis tamen. Altera replicatio est: Nisi victus habuerit probabilem litigandi causam. Viu.d.iudex tenetur. ibi: limitatur quoque. Villal.R.64. in addit. Vide item ȷ̃.cap. prox.reg.20.except.2. Tertia replicatio videtur: Nisi causa sit criminalis. Sed reprobatur d.iudex tenetur.ibi: amplientur. Controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.§ fi.quaest. 62.versic.sed nunquid. Quarta replicatio est: Nisi iudex in

senten

ſententia ſibi reſeruauerit condemnationẽ vel abſolutionẽ expenſarum nomine. Quæ replicatio approbatur interlocutoria, ſed reprobatur in definitiua. Viu.lib.1.iudex in ſententia. Fich. in addi.ad Vil.E.146. Quinta replicatio eſt: Niſi ſententia ſit interlocutoria. Sed reprobatur apud Vil.R.64. Plures replicationes vide J.c.prox.d.reg 20. Viceſimanona exceptio: Niſi in facto errauerit iudex, ac cõtrariũ poſſit probari. Hæc exceptio reprobatur M.I.C.d.reg.2.excep.26.itẽ excep. 39.& M.I.P.d.c.19. excep.13. Accedit Viu.lib.1.ſententia iudicis, nu.3. Controuertitur apud Turz. opi.86. Admittitur exceptio propoſita primùm, ſi error iuris cum errore facti ſit admixtus Gabriel.lib.2.de ſententiis, concluſ. 7. num.3. Deinde admittitur exceptio propoſita, ſi per duos teſtes dixerit iudex ſatis probatum: quod tamen ex actis non conſtat. Viu.lib.1. iudex non tenetur.ibi: aduerte etiam. Tertiò admittitur exceptio propoſita, ſi error in ſententia ſit expreſſus. Turz.d.opin.86.& Gabriel.libr 2. de ſententiis, concluſ. 7.num.1.cum tribus ſequentibus. Huius replicatio eſt: Niſi non effectualiter, ſed intellectualiter error ſit expreſſus.d. concluſ.7.num.34. Quartò admittitur exceptio propoſita, ſi ex actis, ad quæ iudex ſe refert, error deprehendatur. Turz. d.opin.86.ibi: aut non eſt expreſſus error. & opin.139. Quintò admittitur, ſi decretum ex falſa cauſa ſit interpoſitum. Vill.I.102. Plures diſtinctiones, quibus exceptio propoſita admittitur, vide in exceptionibus ſequentibus. Trigeſima exceptio: Niſi antea diuerſum in eadem cauſa fuerit iudicatum. M.I.C. d.reg.2.except. 27. & M.I.P. d.cap.19.except. 14. Accedit Vill.P.317. Gabriel,lib.2.de ſententiis, concluſ.7. num.11. Huius replicatio prima eſt: Niſi pendente appellatione ſuper ſententia, contra eam ſit iudicatum. Vill.P. 317. Altera replicatio eſt: Niſi contra interlocutoriam prius dictam ſit iudicatum. Vill.S. 17. cum addit.& duob.numeris ſequentibus. Huius duplicatio prima eſt: Niſi iudex per interlocutoriam ſe declarauerit competentem; hanc enim reuocare non poteſt. Vill.S.20. Altera duplicatio eſt: Niſi interlocutoria bis fuerit confirmata. Vill.S.21. Tertia propoſitæ exceptionis replicatio videtur: Niſi partes in poſteriorem ſententiam conſenſerint. Quæ tamen reprobatur apud Gabriel.lib.2.de ſententiis, concluſ.7.num. 12. Quarta replicatio eſt: Niſi iudici de prima ſententia non conſtiterit.d. concluſ.7. num. 13. Plures replicationes remiſſiuè vide d.

concluſ.

conclus.7.num.14. Trigesimaprima exceptio: Nisi exceptio aliqua fuerit omissa. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d. reg.2.except.18. Accedit Vill E.num.110. De qua re vide plura j.lib.5.cap.11 reg.3. replic.5. Trigesimasecunda exceptio: Nisi actor reum antea contra edictum prætoris sine venia impetrata in ius vocauerit. Quæ exceptio est controuersa apud Viu.lib.1.emancipationis. ibi: & his accedit. Trigesimatertia exceptio: Nisi falsus procurator interuenerit. M.I.C. d.reg.2. except. 29. Accedit Viu. lib.1.iudex non potest,num.13. Huius replicatio est: Nisi dominus sententiam ratam habuerit. Vill.D.116. cum sequente. item S.48. Trigesimaquarta exceptio: Nisi procurator minor annis interuenerit. Vill.P.319. Trigesimaquinta exceptio: Nisi ex falsis instrumentis iudicatum sit. M.I.C. d.reg.2.except.35. & M. I.P. d.cap.19.except.15. Huius replicatio est: Nisi exceptio falsitatis requirat altiorem indaginem: tunc enim executio sententiæ non impeditur. Gabriel.lib.7. conclus.6.num.17. Trigesimasexta exceptio: Nisi ex falso testimonio sententia lata sit. M.I.C. d.reg.2.except.36. & M.I.P. d.cap.19.except 16. Huius replicatio prima est, quòd hoc casu non ipso iure sententia sit nulla, sed per in integrum restitutionem annullanda. Vill.R.48. cum sequente. item S. 33. ibi: si tamen. Cuius duplicatio est: Nisi aduersus minorem sententia lata sit. d. S.33. in princ. Altera replicatio videtur: Nisi testes non probentur corrupti. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Villal. R.50. cum sequente. & Viu.lib.1. testium solam. Trigesimaseptima exceptio: Nisi testes, ex quorum dictis sententia lata est, probentur corrupti. Quæ exceptio est controuersa d.testium solam. Trigesimaoctaua exceptio: Nisi ex testimonio periti in arte sententia lata sit. Vill.S.23. Viu. lib.2.sententia expertorum, num.1. Cuius replicatio prima est: Nisi ab ea sit appellatum. d. sententia, num.2. Altera replicatio est: Nisi peritus assumptus sit vtriusque partis consensu. d.sententia, num.3. Trigesimanona exceptio: Nisi sententia dicta sit ex probationibus priuilegiatis. Viu.lib.2.sententia lata. vbi etiam remissiuè replicatur. Quadragesima exceptio: Nisi ex præsumptionibus sententia lata sit. Viu. lib.2.sententia lata ex. Quadragesimaprima exceptio: Nisi secundum id quod lite pendente accedit, iudex pronunciauerit. Gabriel.libr.2. de iudiciis, conclu.3.nu.1. Huius exemplum est concessio alteri præiudicialis pendente iudicio obtenta.

tenta de quo vide s.lib.proxi.cap.4 reg.1.except.1.Huius replicatio est: Nisi ex causa præterita aliquid lite pendente accidat, secundum quod iudex pronunciauerit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel.lib.2 de iudiciis, conclus.2. Plures propositæ exceptionis replicationes vide apud Gabriel.d. conclus.5. Quadragesimasecunda exceptio: Nisi sententia referat se ad instrumentum aliquod in actis non contentum. Villal.S.30.cum sequente. Quadragesimatertia exceptio: Nisi iudex pecunia corruptus iudicauerit. M.I.C. d.reg.2.except.38. & M.I.P. d.cap.19. except. 19. Huius replicatio est: Nisi non alio modo corruptela iudicis probetur, quàm per confessionem ipsius iudicis: huic enim standum nõ est. Quæ replicatio controueritur & distinguitur apud Gabriel.libr 7.conclus.32.num 7. cum duob. sequentibus. Quadragesimaquarta exceptio: Nisi nullis probationibus factis, sententia lata sit. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib. 2. de sententiis, conclus.9. Quadragesimaquinta exceptio: Nisi non visis actis sententia lata sit. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d. conclus. 9.num. 10. cum tribus sequentibus & d. lib.2.de appellationib.conclus.5.num.vlt. Vill.S. 26. Quadragesimasexta exceptio: Nisi probationibus alterius partis non visis, iudex contra eam pronunciauerit. Turz.opin.135. Quadragesimaseptima exceptio: Nisi citatio facta sit ad voluntatem iudicis, non ad sententiam audiendam. Viuius lib.1.sententia non potest,num.11. Quadragesimaoctaua exceptio: Nisi non seruato iuris ordine sit iudicatum. M.I.C. d.reg.2.except.40.& M.I.P. d.cap.19.except.20. Accedit Vill. I.98 & Iul.Clar.in §.fina.quæst.50.versic.item quia.4. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi causa sit manifesta seu notoria. M.I.P. d.except.20. replic.1. Accedit Iul.Clar.in §.fin.quæst.9.in princ. Declaratur definitione notorij M.I.P. d.replic.1.item d.quæst.9.versi.2. Huius replicationis duplicatio est: Nisi causa aliis nota, iudici sit incognita. M.I.P. d.replic.1.duplic.2. Accedit Viu.lib.2.notorium,num.3. Contradicere tamen videtur Gabriel.lib.2. de executione rei iudicatæ, conclus 3. num.12. cum sequentibus. Plura de replicatione proposita vide s.lib.prox cap.6. reg.18. Altera replicatio est: Nisi debito constet. Hæc replicatio species præcedentis approbatur specialiter apud Vill. A. 35.in addit.§.de iure regio. ibi: quod executio. Tertia replicatio est: Nisi contra-

contractus, ex quo agitur, per testes sit probatus. Hæc replicatio est controuersa apud Vill.E.137.in addit. Quarta replicatio est: Nisi cùm statuto cautum esset, vt instrumenta vel chyrographa executioni mandentur, debitum per instrumentum vel chyrographũ probatur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̃. cap.11.in fine, replic.generali 2. Quinta replicatio est: Nisi causa ita sit delegata, vt procedatur sola veritate inspecta. Villal.L.118. Sexta replicatio videtur: Nisi ipso iure pœna sit commissa. De hac re vide j̃.lib.vlt. cap. penult.in verbo ipso iure. Sexta replicatio est: Nisi reus in flagranti crimine sit deprehensus. Quæ tamen replicatio est controuersa apud Iul.Clar.§.fina.quæstione 98.versic.quæro. Septima replicatio est: Nisi contra officiales generalis fiat inquisitio. Iul. Clar.§.fina.quæst.50. versic. scias etiam. Hactenus propositæ exceptionis replicationes enumerauimus: quarum duplicatio generalis est, quoad defensionem naturalem, quam iudex omittere non debet. Gabriel. lib.2.de citationib.conclus.1. numer. 38. Quadragesimanona exceptio: Nisi postquam superior iudex causam ad se reuocasset, vel cognoscere cœpisset, inferior pronunciauit. M.I.P. d.cap.19.excep. 23. Accedit Soarez A.287. cum sequente. Vill. A.158 & 160. Cuius replicatio est: Nisi superior non motu proprio, sed ad petitionem partis reuocasset. Villal.A. 159. Quinquagesima exceptio: Nisi die feriato sententia lata sit. M.I.C. d.reg. 2.except.45. Accedit Iul.Clar.§.fina.quæst. 50. versic. pariter etiam. Quinquagesimaprima exceptio: Nisi cum iudex ad tempus datus esset, vel certo tempore litem dirimere iussus, post tempus illud sententiam tulerit. M.I.C. d. reg.2. except.46. Accedit Viu.lib.1.sententia lata. Plura de hac exceptione vide s̃.lib.prox.cap.5. reg.26. except.14. Quinquagesimasecunda exceptio: Nisi post peremptã instantiam sententia lata sit. Turz. opin. 62. Quinquagesima tertia exceptio: Nisi noctu sententia sit lata. M.I.P. d.cap.19.except.22. Controuertitur apud Vill.S.32. Viu. libr.2. sententia lata, num.1. Declaratur definitione noctis d.sententia, num.2.versi.& aduerte. Huius replicationes sunt: Nisi partes essent præsentes, & non contradicerent, aut vltima dies instantiæ expiratura esset, aut expressus partium consensus accederet, aut iudex negociorũ multitudine impeditus die pronũciare nõ posset, aut consuetudo loci permitteret de nocte pronũciari.

Quæ

Quæ replicationes approbantur d. sententia lata, num. 2. Quarum duplicatio generalis est: Nisi non adfuerint tria luminaria. d. sententia, num. 3. Quinquagesimaquarta exceptio: Nisi à sententia fuerit appellatum, eáque ab appellationis iudice rescissa, vel rescindi speretur. M. I. C. d. reg. 2. except. 48 & M. I. P. d. cap. 19. except. 26. Accedit Vill. A. 112. Huius replicatio prima est: Nisi non iusto tempore sit appellatum M. I. C. d. except. 48. repl. 1. & M. I. P. d. except. 26. replic. 1. Cuius duplicatio prima est: Nisi appellans absens fuit, & ignorauit aduersus se iudicatum esse. M. I. C. d. repl. 2. dupl. 5. & M. I. P. d. replic. 1. duplic. 3. Huius triplicatio est: Nisi procurator absentis fuerit præsens. M. I. C. d. dupl. 5. trip. 1. & M. I. P. d. duplic. 3. triplic. 1. Accedit Fichard. in addit. ad Vill. P. 326. Altera duplicatio est: Nisi reductio laudi ad arbitrium boni viri petatur: huic enim appellationis tempus non obstat, sed triginta annorum præscriptio. Vill. A. 135. in addit. vlt. in fine. 140 & R. 12. Plures duplicationes vide 7. replic. 5. dupl. 1. cum sequentib. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alius appellauit, non is qui proposita exceptione vtitur. M. I. C. d. except. 48. replic. 3. & M. I. P. d. except. 26. repl. 2. Cuius duplicatio prima est: Nisi socius eius qui exceptione proposita vtitur, in causa communi appellauerit. M. I. C. d. repl. 3. dupl. 1. & M. I. P. d. replic. 2. dupl. 1. Cuius triplicatio videtur in criminalibus causis. Sed reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 94 vers. quæro nunquid. Altera duplicatio est: Nisi aduersarius appellauerit hæc enim appellatio etiam alteri, aduersus quem appellatum est, prodest. Quæ duplicatio approbatur sub conditione apud Soarez A. 224. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi appellans appellationem deseruerit, vel eam intra legitimum tempus non fuerit prosecutus, nec ad finem perduxerit. M. I. C. d. except. 48. repl. 5. & M. I. P. d. except. 26. replic. 4. Pro declaratione sciendum, ad exercendam appellationem annum, & causa cognita biennium præfigi. M. I. C. d. repl. 5. & M. I. P. d. repl. 4. Accedit Vill. A. 102. cum addit. num. 122. Huc videtur etiam pertinere quod Vill. A. 132. dicit, Appellatum non posse præfigere terminum appellatum, sicut potest appellás, sibi præfigere. Planè propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi ex iusta & ineuitabili causa prosequi vel ad finem producere non potuit. M. I. C. d. repl. 5. duplic. 1. Cuius exemplum

exemplum est j.dupl.4.& sequẽtib. Huius triplicatio prima videtur: Nisi de impedimento non fuerit protestatus. Sed reprobatur sub conditione apud Vill. A.130. Altera triplicatio est: Nisi diligentiam in primo anno à se adhibitam non probauerit. Soar. A.223. Tertia triplicatio est: Nisi biennium sit elapsum: tunc enim propositæ duplicationi locus amplius non est. M.I.C.d. dupl.1. tripl.1. Cuius quadruplicatio prima est: Nisi paupertatis ratione intra biennium ad finem perducere non potuit. Fichard. in addit. ad Vill. F.14. Altera quadruplicatio videtur: Nisi partium consensu tempus vltra biennium sit prorogatum. Sed reprobatur apud Soarez A.222. De qua re vide item j. dupl 3. Tertia quadruplicatio videtur: Nisi per principem vel iudicem steterit, qno minus intra biennium causa appellationis ad finem fuerit perducta. Quæ controuersa videtur M. I. C. d. tripl.1. quadrupl.1. Approbari videtur certo modo apud Vill. A.129. cum sequẽte. Hæc de tertia triplicatione. Plures triplicationes remissiuè vide in addit. ad Villal.130. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi iudex tempus prorogauerit vel arctauerit. M.I.P.d. repl.4 ibi: quod verò. Cui accedit Vill. D. 70. cum addit. Tertia duplicatio est: Nisi inter partes conuenerit, ne tempora appellationis obseruentur. M.I.C.d. repl.5. duplic.4. Controuertitur Viu. lib. 2. appellationis prosequendæ. & Soarez A.222. Quarta duplicatio est: Nisi pendente appellatione in arbitros sit compromissum. M. I. C.d. repl. 5. duplic.5.& M.I.P.d. repl.4 dupl. 5. Accedit Gabriel. lib. 2. de arbitris, conclus. 4. vbi etiam triplicationes subiiciuntur. Quinta replicatio est: Nisi per iudicem vel per principem steterit, quo minus intra legitimum tempus causa sit finita. M.I.C.d rep.5. dupl.8. Accedit Vil. A.127. cum sequẽte. Huius triplicatio prima est: Nisi biennium sit elapsum. Quæ triplicatio controuersa videtur, vt s. duplic. 1. tripl. 3. quadrupl.3. est ostensum. Altera triplicatio est: Nisi appellans non summa ope nisus sit, & sæpius iudicem interpellauerit. Turz. reg.1. ibi: fallit tamen. Vill. A.102. in addit. ibi: & nota etiam. Sexta duplicatio est: Nisi appellans reipub. causa absens fuerit. Villal. A.1. cum addit. & num. sequente. Huius triplicatio prima est: Nisi etiam suo nomine ab fuerit. d. addit. ibi: si verò partim. Altera triplicatio est: Nisi procuratorem apud acta habuerit. Controuertitur & distinguitur d. addit. ibi: quæ videtur limitari. Septima duplicatio est: Nisi alterius

intersit appellationem non esse desertam. Soarez. A. 215. Hæc de tertia replicatione. Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi appellatione reiecta, ab ipsa reiectione non fuerit appellatum. Viu. lib.1.iudex à quo. ibi: vnde debet. Hæc de 54. exceptione. Quinquagesimaquinta exceptio: Nisi post sententiam dictam noua instrumenta sint reperta. Quæ exceptio reprobatur M. I. C.d.reg 2. except.53. & M.I.P.d.cap.19.excep.30.Controuertitur apud Turz.opin. 84. ibi: & licet aliqui. Admittitur tamen per integrum restitutionem ex clausula generali, Si qua mihi iusta,&c. Quæ distinctio approbatur & distinguitur apud Villal. R.46. Gabriel.lib.2. de restitut.in integr.concl. 2. Quinquagesimasexta exceptio: Nisi testes denuò sint reperti. Quæ itidem reprobatur: & admittitur per in integrum restitutionem ex clausula generali in vniuersitate, Ecclesia & minore. Vill.R. 47. Quinquagesimaseptima exceptio: Nisi iudex in mortis articulo dixerit, se iniustam protulisse sententiam. Quæ exceptio reprobatur apud Vill. I. 115. Admittitur in ipsius iudicis præiudicium, Villal.I.116. Item admittitur aliis probationib. concurrentibus, d. 116. in addit. Quinquagesimaoctaua exceptio: Nisi is pro quo sententia lata est, confessus sit eam esse iniquam. Turz.opin.5.num.2. Vill. S.37. Viu. lib.1.sententia iudicis, num.3. Vide item s.cap. 9. reg 7. except. 1. repl. 1. dupl.1. Quinquagesimanona exceptio: Nisi cum non soluenti certa pœna in sententia esset adiecta poststatum cum factum sit, quo mitior pœna non soluentibus constituitur: hoc enim sententiæ derogat. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz. opin. 169. Sexagesima exceptio: Nisi is pro quo sententia lata est, eam latam esse negauerit. Gabriel.lib.2.de appellationibus, conclus.5. num. 6. Sexagesimaprima exceptio: Nisi is pro quo sententia lata est, eam aduersario exhibere nolit. Quæ exceptio controuertitur d. conclus. 5. num 7. cum sex sequentibus. Cuius replicatio est: Nisi negauerit penes se sententiam esse. d. conclus.5.num.14. Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus, quarum tamen plures vide s. lib. prox.cap.5.reg.26.

## REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Planè supersunt nonnullæ replicationes generales, quæ

præcedentibus exceptionibus aliísq; similibus opponi possunt. quarum prima hæc est: Nisi sententia ex iisdem actis impugnetur. Villal.S.24. Cuius duplicatio est: Nisi euidenter iniqua ex iisdem actis appareat. Vill. S. 25. Altera replicatio generalis est: Nisi sententia plura contineat capitula: hoc enim casu propter vnum, cætera non redduntur inualida. Vill.S.35. Tertia replicatio est: Nisi partes in sententiam nullam consenserint. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de sententiis, concl.2. Quarta replicatio est: Nisi statuto de nullitate conqueri sit prohibitũ. Cuius duplicatio est: Nisi ex defectu iurisdictionis nullitas descendat: hæc enim statuto isto non videtur contineri. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.6.de statutis, conclus. 3. Quinta replicatio videtur: Nisi appellationi sit renunciatum. Quæ tamen reprobatur apud Fichard.in addit.ad Vill. R.24. Sexta replicatio videtur: Nisi appellatio sit deserta. Sed reprobatur apud Viu.lib.2.nullitas, nu. 1.& 7. Admittitur tamen, si causa nullitatis cum appellatione fuerit proposita. Quæ distinctio controuertitur d. nullitas, num.9.cum duob. sequentibus. Septima replicatio: Nisi partes iuramento renunciassent nullitati. Cuius duplicatio est: Nisi ex defectu iurisdictionis nullitas descendat: huic enim renunciatum non videtur. Gabriel. lib.6. de statutis, concl.3 num.7. Octaua exceptio: Nisi executio sententiæ sit facta. Cuius duplicatio est: Nisi ex defectu iurisdictionis nullitas descendat. d. conclus.3.num.8. Nona replicatio est: Nisi tres conformes sint sententiæ. Cuius duplicatio est: Nisi ex defectu iurisdictionis nullitas descendat. Quæ duplicatio controuertitur d.conclus. 3.num.9.

## DE ACTIONE IVDICATI, *necnon de executione rei iudicatæ, de sumptibus litis, déque sportulis iudicum & ministrorum.*

## CAP. XVIII.

PRima regula, Actio iudicati competit ex re iudicata. M.I.C.lib.2.cap.30.quæst.1. Cuius exceptio videtur: Nisi in reali actione sit iudicatum. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Villal. A.38.

II. Regula, Actio iudicati competit non ex ſententia confirmata, ſed confirmante. Vill. A. 37. & S. 42. Cuius exceptio eſt: Niſi ob deſertionem appellationis ſententia ſit confirmata. Villal. S. 43.

III. Regula, Res inter alios iudicata aliis non prodeſt. M.I.C.d.cap.30.quæſt.2.reg.1. Cuius exceptio eſt: Niſi vnus fratrum legitimus ſit iudicatus: hæc enim ſententia aliis quoque fratribus prodeſt. Vill L.65.in fine.

IIII. Regula, Res inter alios iudicata aliis non obeſt. M.I.C.d.cap.30.quæſt.3.reg.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi reo condemnato, fideiuſſor eius conueniatur. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur apud Turz.opin.140.& Vill. F.39. Altera exceptio eſt: Niſi ſtatuto cautum ſit, vt ſententia aduerſus vnum lata, aduerſus alium executionem mandetur. Villal. S. 103.

V. Regula, Condemnato quatuor menſes dantur ad ſoluendum. M.I.C.d.cap.30.quæſt.5.reg.2. Huius exceptio prima videtur: Niſi iudex tempus illud prorogauerit, vel arctauerit. Quæ exceptio approbatur M.I.C.d.reg.2.excep.4. & M. I. P. lib. 2.cap.20.reg.4.in fine. Accedit Vill. T.17. Reprobatur M.I.C.d.reg.2.except.3. Accedit Villal. D.30.& 70. cum addit. Ex quibus exceptio propoſita controuerſa videri poteſt. Altera exceptio eſt: Niſi ex delicto condemnatus ſit ad mulctam ſoluendam. Viu. lib.2.condemnatis. Iul. Clar. § fin.q.95.in prin.ibi: & aduerte.

VI. Regula, Sententiæ verba ſtrictè ſunt intelligenda. Villalob. S. 47.

VII. Regula, Sententia ad mandatum iudicis executioni mandanda. M.I.C.lib.2.cap.31.de executione rei iudicatæ, quæſt.2.& M.I.P.d.cap.20:reg.1. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi exceptio nullitatis, quæ in continenti probari poſſit, obiiciatur. Villal.E.115.cum num.ſequente. Viu. lib. 2.nullitas, num.3. Gabriel.lib.2.de exceptionibus, concluſ.4. vbi controuertitur & diſtinguitur. Altera exceptio eſt: Niſi exceptio in integrum reſtitutionis obiiciatur. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur apud Villal. E. 116. in addit. & num. 139.cum addit. Gabriel.lib.2.de appellationib. concluſ. 1 num.7.item eod.lib.de executione rei iudicatæ, concluſ.1.num.17. Tertia exceptio eſt: Niſi à ſententia ſit appellatum vel ſupplicatum: tunc enim inhibenda eſt executio. Quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ

propoſita

proposita sunt s̃. cap. prox. reg. 4. except. 54. item s̃. cap. 16. reg. 19.

VIII. Regula, Executor non cognoscit de negocio principali M.I.P.d.cap.20.reg.1.except.1. Huius exceptio prima est: Nisi executor sit maior iudice qui sententiam tulit: hic enim de causa denuò cognoscere potest, & omnes exceptiones, quæ aduersus sententiam obiici possunt, admittere. Vill.E.136. Altera exceptio est: Nisi iudex Ecclesiasticus laico iudici sententiam exequendam mandauerit: hoc enim casu laicus denuò potest cognoscere, an rectè sit iudicatum. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 96. versic. quæro etiam. 7. Villal. I. 110. cum addit. & nu. sequente. Plura de hac exceptione vide s̃. prox. c. 10. in verbo Acta causæ, except. 7. item s̃. lib. prox. cap. vlt. de hæresi, reg. 15.

IX. Regula, Delegatus iudex ordinario sententiã suam exequendam mandare debet, non ipse exequi, nisi à Principe sit delegatus. Viu. lib. 1. iudex in sententia. ibi: nisi secundum. Secus de iure pontificio. M.I.P.d.cap.20.reg.2.

X. Regula, Ecclesiasticus iudex per excommunicationem compellere potest laicum ad auxilium præstandum: non tamen contrà laicus Ecclesiasticum. Villal. E. 13. item I. 114. Huius regulæ exceptio est: Nisi laicus sit exemptus: hic enim compelli non potest. Vill. E. 96.

XI. Regula, Alterius loci magistratus, quàm vbi sententia dicta est, ad eam exequendam non tenetur. M.I.C.d.cap. 31. de executione rei iudicatæ, quæst 3. reg. 2. Cuius exceptio est: Nisi sua sponte exequi eam velit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 96. vers. item quæro. 9.

XII. Regula: Iudex Ecclesiasticus non potest exequi sententiam in bonis laici, sed debet inuocare brachium sæculare. Vil. I. 101. in addit. ibi: & nota. item 112. cum addit. item 117. cum additionib.

XIII. Regula, Non ante, sed post rem iudicatam executio facienda. M.I.C.d.ca.31. de execut. rei iudicatę, q. 5. reg. 1. & M. I. P. d. cap. 20. reg. 3. Accedit Turz. opin. 70. num. 1. Villal. I. 98. Huius exceptiones vide j̃. reg. 16. except. 1. repl. 1. cum sequentibus. item s̃. cap. 4. reg. 4. Sed & eius exceptio est: Nisi statuto cautum sit, vt instrumenta & chyrographa executioni mandentur: hoc enim casu non expectatur

ſententia. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur s̃. cap. 11.in fine,replicat.generali 2.

XIIII. Regula: Citatio aduerſarij executioni præmittenda. Turz.opin.70.num.1.Viu.lib.1.citatio.Cuius exceptio prima eſt: Niſi in re adiudicata, non in alia executio ſit facienda. Villal. E.135.& Viu.d. citatio. ibi: vbi dicit non fore. Altera exceptio videtur: Niſi in actione reali,non perſonali executio ſit facienda. Quæ exceptio controuertitur,magis tamen reprobatur apud Viu.d.citatio,in fine.

X V. Regula, Ante præſentationem literarum, quibus executio mandatur, ea facienda non eſt. Quæ regula controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.2.de executione rei iudicatæ,concluſi.3.

X V I. Regula, Modus executionis faciendæ traditur M. I.C.d.cap.31.de executione, quæſt.6.reg.2. Hic ſeruari iubetur à Gabriel.lib.2.de executione,concluſ.2.Qui tamen modus omiſſus non vitiat executionem. Vill.E 137.

X V I I. Regula,Quæ ad culturam agri pertinent,pignori non ſunt capienda in executione. M. I. C. d. reg. 2. except. 8. Accedit Viu. lib. 1. executio. Huius exceptio prima eſt in debito fiſcali, d.executio. verſ. interpetrantur iſta omnia. Altera exceptio eſt: Niſi vt vendantur, maximè ad haſtam, vel dentur in ſolutum, capiantur. d. executio. verſ.limitantur etiam. Tertia exceptio eſt:Niſi non alia ſuperſint bona, in quibus executio fieri poſſit.d. executio.verſ.coarctantur.

X V I I I. Regula: Quæ alia bona in executione pignori capi non poſſint, definitur M. I.C.d. reg.2. except.1. cum ſequentibus. Quæ omnia diſtinguuntur ſecundum tres exceptiones iam propoſitas, vt patet ex d. executio.

X I X. Regula: Alius modus executionis eſt, vt debitor apprehendatur & incarceretur. M.I.C d. quæſt.6. reg.4. Cuius exceptio prima eſt: Niſi ſententia nondum lata ſit. Quæ exceptio approbatur s̃.regula.12. Huius replicatio eſt: Niſi debitor defuga ſit ſuſpectus. Villal. F.176. verſiculo vbi ponit. Altera replicatio eſt: Niſi teſtes cum iuramento deponant, debitum eſſe liquidum.dict. verſ. vbi ponit. Tertia replicatio eſt: Niſi in ius vocatus ſub pœna fiſco applicanda non comparuerit. Soarez C. 18. Altera propoſitæ reg. exceptio eſt:Niſi debitor minor ſit ætate.Quæ exceptio eſt controuerſa apud Viu. lib. 1. minor non poteſt. Admittitur tamen in minore filio familias, d. minor non poteſt. verſ. vlt.

Tertia.

Tertia exceptio eſt: Niſi debitor habeat bona quæ ſub haſtatione vendi poſſint. Viu.lib.2.debitor habens, in prin. & Soarez C.16. Huius replicatio eſt: Niſi bona non ſufficiant æri alieno ſoluendo.d.debitor habens.ibi:hoc verò. Quarta exceptio eſt: Niſi debitor bonis ceſſerit.De hac exceptione vide j. libro 5.cap.12.reg.16. Quinta exceptio eſt: Niſi mulier ſit debitrix.De hac exceptione vide s.lib.proxim.cap.9. reg.21.except.1.

XX. Regula, Debitor de fuga ſuſpectus non ſolùm ad petitionem creditoris,ſed etiam ceſſionarij capi poteſt. Vill. F.176.in addit.verſ.vlt.

XXI. Regula, Debitor de fuga ſuſpectus etiam à non competente iudice capi poteſt. Villal.F.176.in prin.

XXII. Regula, Modus exequendi contra clericum debitorem,qui non eſt ſoluendo,traditur apud Viu. lib. 2. clericus debitor.ibi:verùm reducendo.

## DE SVMPTIBVS LITIS præſtandis.

XXIII. Regula, Victus victori expenſas litis reſtituere tenetur.M.I.C.d.cap.31.de ſumptibus litis,quæſt.1.reg.1.& M.I.P,d.cap. 20.reg. 6. Accedit Turz. opin. 101. nu.1. Huius exceptio prima eſt:Niſi victus victori in expenſas litis non ſit condemnatus. M.I.C.d. reg. 1. except. 1. Huius replicatio videtur: Niſi iudex condemnationem expenſarum ſibi in ſententia reſeruauerit.de qua replicatione vide s.cap.17.except.28.repl. 4. Altera exceptio eſt: Niſi victus probabilem habuerit litigandi cauſam.Turz.d.opin.101.nu.2. Vide item d.except. 28. repl. 2. Hæc tamen exceptio in curia Romana reprobatur, d.opin.101. nu. 4. Sed & eius replicatio eſt: Niſi ſtatuto cautum ſit, vt victus victori in expenſas condemnetur. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Gabriel. lib.2. de expenſis, concluſ.1. Tertia exceptio eſt: Niſi iudex ipſe ſententiam, à qua appellatum eſt, reuocauerit. Vill.S.19.Quarta exceptio eſt: Niſi victus præſtiterit iuramentum calumniæ. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Turz.d opin.101.nu.3.& Iul.Clar.§.fin.q.62. verſ. ſed quid ſi accuſator. Quinta exceptio eſt: Niſi doctiſſimi viri conſilium pro ſe victus habeat. Vill. C.168. Sexta exceptio: Niſi vel vnicum teſtē pro ſe victus habuerit. Viu. lib. 1. teſtis.§. per vnum teſtem. Cuius replic. eſt: Niſi teſtis non

 ſit omni.

omni exceptione maior.d.§.per vnum.versi.vlt.Septima exceptio: Nisi victor quóque iniustè litigauerit:puta actor plus petendo.Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de expensis,conclus.2.nu.1.item nu.10.cum sequentib.vsque ad finem.Plures propositæ regulæ exceptiones vide s̃.cap.prox.reg.4.except 28.

XXIIII. Regula: Etiam ex pacto seu stipulatione expensarum præstandarum, si non fiat quod promissum est, expensæ peti possunt. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Turz.opin.101.nu.4.ver. an conuentio siue pactum,cum sequentibus.

XXV. Regula: In expensas computatur etiam id quod victor aduocato causæ præstare debet.Cuius exceptio prima est: Nisi aduocatus propriam causam egerit: hoc enim casu honorarium inter expensas non computabit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill.A.60.item S.7.& Fichard.in addit.ad Vill. A 66. Idem in addit. ad Vill. P. 330. Viu.li.1 aduocati.vers.sed aduerte.Soarez A.103.cum sequẽte.Altera exceptio est. Nisi aduocatus victori gratis sit patrocinatus.Vill.S.6.& Soarez A.109.

XXVI. Regula,De expensis condemnati, qui ob victoris absentiam ab instantia fuit absolutus, deducendis ex taxatione expensarum,Vill.E.146.

## DE SPORTVLIS IVDICVM.

XXVII.Regula: Sportulæ iudici debentur. M.I.C.lib.1. cap. 6.q.3. reg.8. Accedit Viu. lib.2. sportulæ, num.5. Huius exceptio prima est : Nisi iudex sit Ecclesiasticus vel clericus M.I.P.lib.2. cap.20. reg.10. Accedit Viu. dict. spotulæ, nu. 1. cum sequente.Huius replicatio prima videtur:Nisi clericus sit iudex delegatus. Sed reprobatur d.sportulæ, num. 3. Altera replicatio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. Quæ replicatio controuertitur,magis tamen approbatur d.sportulæ, nu.4. Altera propositæ regulæ exceptio videtur in arbitrio. Quæ tamen reprobatur d.sportulæ, nume.8. Tertia exceptio est: Nisi litigatores sint pauperes. d. sportulæ, numero 9.

XXVIII. Regula: Si plures libelli porrecti sunt, pro singulis sportulæ debentur. d. sportulæ,nume.6. Non tamen pro singulis actionibus in eodem libello cumulatis. d. sportulæ,nu.7.

DE

# DE MISSIONE IN POSSESSIONEM, & venditione bonorum: necnon de priuilegiis creditorum.

## CAP. XIX.

PRima regula: Si reus conuentus potestatem sui non faciat, nec defendatur: in bona eius fit missio, vel saltem in rem petitam. Quæ regula cum aliis similibus approbatur M.I C.lib.2.cap 32.q.2.causa 1.cum sequentib & M.I.P.lib. 2. cap. 20. reg. 12. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi de beneficio obtinendo vel obtento agatur M.I.P. d. reg. 12. exceptione prima. Accedit Villalobos M.103. Altera exceptio est: Nisi absens reuersus defensionem causæ suscipere sit paratus: tunc enim cessat missio in possessionem. M.I. C.d.cap.32 q 3.except.5.& M.I.P.d.reg.12.except 2. item reg. 19. Huius replicatio est: Nisi post alterum decretum interpositum, vel post annum reuersus defensionem suscipere sit paratus. M I C.d.except.5.repl.1.& M.I.P.d. reg. 19. except. 1. Cuius duplicatio prima est: Nisi totus annus à tempore primi decreti nondum sit elapsus. l. 2. §. fin. C.vbi in rem actio. & l.si quis.8.§.penult.C.de præscript.30. annor. Accedit Viu. lib.2.arbitrio iudicis, nume.7. Fichard.in addit. 1. ad Baptist. ad Vill. S. 14. Altera duplicatio est quoad proprietatis causam. hæc enim reuerso etiam post annum vel alterum decretum interpositum salua est: vt tamen petitoris partes sustineat.d.§ fin. Tertia duplicatio est: Nisi non in rem petitam specialem, sed in vniuersa bona immissio facta sit. hoc enim casu perpetua est defensio. M.I. C. d. repl. 1. in fine. Accedit Vill.P.171.

II. Regula: Delegatus iudex non potest mittere in possessionem ex primo decreto. Villalob. D.33.47.& 48.

III. Regula: Missione decreta, etiam alii creditores quàm qui mitti petierunt, in possessionem bonorum sunt mittendi. M.I.C.d.cap.32.q.4.reg.1. Accedit Vill.M.105.& P.170. Huius exceptio prima est: Nisi creditores ex causa lucratiua sint missi: hæc enim missio non prodest aliis. Vill.M 105. & P. 170. Altera exceptio est: Nisi ij qui non petierunt mitti, præsentes quidem intra biennium, absentes verò intra quadriennium, creditum suum non probauerint, nec communicari possessionem sibi petierint. M.I.C.d.reg.1.except. 2. Ac-

cedit Vill.M.109.& P.172. Tertia exceptio videtur: Nisi non citatis iis qui missionem petierunt, alij mittantur in possessionem. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.lib.2.citatio.

IIII. Regula, Etiam in vnam rem vel speciem iudex mittere potest. Vill.P.95.

V. Regula, Petita missione, aduersarius est citandus. Viu. d.citatio.ibi: sed quotiescunque. Cuius exceptio est d.citatio, in prin.de quo dictum s̃.reg.3.except.3.

VI. Regula, Creditor missus non potest compellere debitorem, vt intra annum oblato debito possessionem redimat. Quæ regula controuertitur apud Gabriel.lib.2. de actionib. concl.4.nu.15.cum sequente.

VII. Regula, Si bona debitoris sunt vendenda, quibus potius vendi debeant, definitur M.I.C.d.lib.2. cap. 34. quæst. 4. Accedit Fichard.in addit.1.ad ad Vill.C.99.

VIII. Regula, Quando vendenda bona debitoris vel pignora, dubitatur M.I.C.d. cap.34. q. 5. Ideóque hoc arbitrio iudicis relinquitur, Viu.lib.2.arbitrio iudicis, nu.6. item Pignus prætorium.

## DE PRIVILEGIIS creditorum.

IX. Regula, Venditis bonis debitoris, fisci causa potior est. M.I.C.lib.2.cap.35.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi pœnam fiscus persequatur. M.I.C.d.reg.1.excep.1. Accedit Iul. Clar. § fin.q.78.ver.vidi quandoque.31. ibi; non tamen. Huius replicatio est: Nisi & alij creditores pœnam persequantur. d. vers.vidi quandoque.

X. Regula, Dotis causa cæteris præfertur creditoribus. M.I.C.d cap.35.reg.4. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non mulier ipsa, sed hæres eius dotem repetat. M.I.C d. reg. 4. except.2. Accedit Vill.D.163. Huius replicatio est: Nisi hæres sit filius mulieris defunctæ. M.I.C.dict.exceptio. 2. replic.1. Cuius duplicatio est: Nisi filius sit ex alio matrimonio, quàm cuius dos repetitur. Vill. H. 52. Altera exceptio videtur: Nisi & alius creditor, cui mulier præferri cupit, sit priuilegiatus. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d. reg. 4. except.3. Accedit Villal.H.50. Tertia exceptio est: Nisi hypothecarij sint creditores: hi enim mulieri videntur præferendi, quemadmodum præferuntur & fisco. Sed exceptio hæc reprobatur M.I.C. d.reg.4.excep.6. Accedit Vill.D 159.

Admitti

Admitti videtur in anterioribus creditoribus expressam hypothecam habentibus, Vill. M.135. Quam tamen distinctionem constat controuersam esse, ex Minsing. cent. 4. obseruat. 13. & Vill. H.56. & 57. cum addi. Fichardi. Ideóque merito reprobatur. Quarta exceptio videtur: Nisi matrimonium fuerit iniustum. Sed reprobatur in matrimonio putatiuo bona fide contracto, M.I.C. d. reg 4. except.10 Accedit Vill H.51. Viu. lib.1 matrimonium. ibi: & matrimonium hoc. vbi etiam distinguitur. Quinta exceptio videtur: Nisi constante matrimonio dos repetatur. Sed reprobatur M.I.C. d. reg 4 except.12. Contradicere quodammodo videtur Turz. opin.63. Sexta exceptio: Nisi dos confessata sit, non numerata: in hac enim cæteris creditoribus non præfertur. Fichard. in addit. 2 ad Vill D.178. item Vill D.180. item Fichard. in addit.1. ad Vil. V.76. Viu. libr.2. confessio de dote, nu.1 Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi & alij creditores nihil habeant præter scriptam cautionem. Fichard. in addit.2. ibi: fallit. Altera replicatio est: Nisi confessio fuerit iurata. Quæ tamen reprobatur apud Viu. d. confessio de dote, num.2. Tertia replicatio est: Nisi creditores exceptionem non numeratæ dotis intra legitimum tempus non opposuerint. Quæ replicatio controuetitur & distinguitur apud Vill. D. 181. & Viu. d. confessio de dote, num.3. cum quatuor sequentibus. Septima exceptio: Nisi mulier pro dote speciale pignus pacta sit: hoc enim casu videtur ei priuilegium tacitæ hypothecæ generalis deneganda. Sed reprobatur hæc exceptio apud Villal. A.24. & H.48. Plures exceptiones vide j. lib, proxim cap.9. re.13. Hæc de dotis causa.

XI. Regula: Pupilli causa in tutelæ actione cæteris creditoribus præfertur. M.I.C. d. cap.35. regu.5. Quo loco sciendum, quòd non solùm bona matris tutricis nuptias iterantis, sed etiam bona noui mariti pupillo tacitè sint obligata. Gabriel. lib.3. de secundis nuptiis, concl.9. nu.4. cum sequen.

XII. Regula: Is quoque cuius pecunia res est comparata, in ea re cæteris creditoribus præfertur. M.I. C. d. cap.35. regu.13. Huius exceptio est: Nisi ex pecunia mutuo data res sit comparata. Vill. C.110. Huius replicatio prima est: Nisi ad illam rem comparãdam mutuo data sit. Vill. C.211. Huius duplicatio est: Nisi alij sint creditores hypothecarij: his enim non præfertur creditor ex mutuo ad rem emendam. Vill. C.212. Altera replicatio est: Nisi ex pecunia Ecclesiæ mutuo data

data res sit comparata. Villal. C.213.

XIII. Regula: Venditor in re vendita cæteris creditoribus non præfertur. Vill. C.209.& V.13.

XIIII. Regula: Hæres quoque creditoris priuilegiati idem priuilegium prælationis habet, quod habuit defunctus. M.I.C. d.cap.335. reg.18. Cuius exceptio est in priuilegio dotis, s.reg.10.except.1.

XV. Regula: Si fiscus & alius priuilegiatus creditor concurrant: interest, vtrum fisci causa sit onerosa, an lucratiua: vt in priore casu fisci causa potior sit, in posteriore causa priuati. Vill. F.155.

## *DE COMPROMISSIS.*
## *CAP. XX.*

AD fine iudiciorum remedium est compromissum: de quo in hoc capite dicetur. item transactio: de qua dicetur s.cap.prox.

I. Regula: Compromissum regulariter quidem vtile est ac obligatorium. M.I.C. lib.2.cap.38. quæst.2. & M.I.P. libr. 2.cap.21.reg.1. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi is qui alienare non potest, compromiserit. Soarez A. 146. Viu.lib.1. statutum disponens quòd mulier.ibi: interpretatur vlterius. Secunda exceptio est: Nisi minor annis compromiserit. M.I.C. d.quæst.2.except.2. Cuius replicatio videtur: Nisi stante statuto, vt de causis inter consanguineos compromitti debeat, minor in huiusmodi causa compromiserit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib.2.minor litigans. Tertia exceptio est: Nisi inuitus compromiserit. Cuius replicatio prima est: Nisi statuto cogente compromiserit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2. statutum de compromissis. item Statutum disponens. Duplicatur remissiuè d.statutum disponens. Sed & eius duplicatio est: Nisi stante statuto, vt adfines de causis suis compromittere debeant, adfinitas inter compromittentem eiúsque aduersarium sit dissoluta. Soarez A. 135. cum seq. Viu.libr.1. statutum disponens quòd causæ. Item eius duplicatio est: Nisi statuto adfines compromittere cogente, inter nouercam & priuignam lis sit. Viu.d. statutum quòd causę. §.sub statuto. Altera replicatio est: Nisi iudex in lite dubia & incerta compromittere coegerit. Viu. lib.1.

lib.1.iudex ordinarius.versi.vlt. Quarta exceptio: Nisi prælatus vel Rector Ecclesiæ de rebus eius sine consensu capituli & superioris authoritate compromiserit. Turz.opin.77. num.1.& opin.161. Quinta exceptio: Nisi clericus de fructibus percipiendis ex rebus Ecclesiæ, vel alio iure Ecclesiæ sine superioris authoritate compromiserit. Turz d.opin.77. num. 2. & opin. 161. Sexta exceptio: Nisi minorem ætate compromissum sit. M.I.C. d.quæst.2. except.9. Controuertitur hæc exceptio, magis tamen approbatur apud Viu.lib. 2.minores vigintiquinque. & Soarez A. 242. Septima exceptio: Nisi in excommunicatum sit compromissum. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Viu. lib.2. excommunicatus arbitrator. Octaua exceptio: Nisi in iudicem ordinarium sit compromissum. M.I.C. d. quæst.2. except. 13. & M.I.P. d. reg.1.except.6. Accedit Vill. C. 116. Viu.libr.1. iudex ordinarius.& Soarez A.243. Contrarium dicitur esse de iure canonico apud Viu.d.iudex ordinarius. versic.ista verò communis. Planè huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tanquam in arbitratorem sit compromissum.d num.116.& d.iudex ordinarius.versi.sed prima opinio. item Soarez A. 244. Altera replicatio est: Nisi in Principem sit compromissum. d.iudex ordinarius. versic.2. Nona exceptio: Nisi de causa spirituali sit compromissum. Cuius replicatio est: Nisi talis sit causa, de qua etiam transigi potest. Soarez A.253. Decima exceptio: Nisi de causa spirituali in laicum sit compromissum.M.I.P. d. reg.1.except.10. Cuius replicatio est: Nisi consensu iudicis Ecclesiastici in laicum sit cõpromissum. M.I.P. d.except.10.replic.1.Accedit Viu.lib.2. compromitti possunt. Vndecima exceptio: Nisi Ecclesia sine consensu Episcopi in laicum compromiserit. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. libr.2. compromissum factum. Duodecima exceptio: Nisi sententia in compromisso definita sit, quam ferre arbiter debeat. M.I.C. d.quæst.2.except.21. Accedit Vill.S.40. vbi additur replicatio talis: Nisi sententia à partibus postea fuerit comprobata. Decimatertia exceptio: Nisi pœna in compromisso non sit adiecta. M.I.C. d. quæst.2. except.25. & M.I.P. d.reg.1.except.13. Huius replicatio prima est: Nisi per emologationem partium expressam vel tacitam sententia postea sit approbata. M.I.C. d.except.25. replic.1. Accedit Villal. A. 39.S.38.& 41.Soarez A.248. Altera replicatio est: Nisi decurso anni spacio sententiæ non sit contradictum. Hæc replicatio

catio reprobatur Soarez A. 247. & Turz. opin. 138. Videtur tamen contradicere M.I.C. d.except. 25. replic. 2. Decimaquarta exceptio: Nisi vnus ex arbitris pendente compromisso decesserit. Soar. A.238.& 251. Viu.lib.1. statutum disponens quòd ad onera.§.arbitri seu iudicis. Villal.A. 138. Decimaquinta exceptio: Nisi alter compromittentium pendente compromisso fuerit bannitus, ciúsque bona confiscata. Viu.lib.2.compromissum si fecerit. Decimasexta exceptio: Nisi dies compromissi finitus sit, sententia nondum dicta. M.I.C. d.quæst.2.except.38. Cuius replicatio est: Nisi computatione facta ab eo tempore, quo is in quem est compromissum, illud acceptauit, dies nondum sit finitus. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel lib.2. de arbitris, conclus.2. Decimaseptima exceptio: Nisi is in quem est compromissum, illud non acceptauerit. d.conlus.2. vbi etiam replicatur. Hæc de prima regula.

II. Regula: Per compromissum laudo secuto inducitur nouatio. Quæ regula controuertitur apud Gabriel.libr.3.de nouationibus.conclus.1 num.62..

III. Regula: Is in quem compromissum est, sententiam dicere cogendus est. M.I.C. lib.2. cap.39. quæst.1. Cuius exceptio prima est: Nisi arbitrium non receperit. M.I.C. d. quæst.1. except.1. Accedit Soarez A.240. Altera exceptio est: Nisi minor sit vigintiquinque annis. M.I.C. d q.1. except.13. Accedit Viu.lib.2.minores vigintiquinque annis.

IIII Regula: Si arbitri dissentiant, tertium adsumant cogi possunt. Quæ regula exceptionem recipit in arbitratoribus, Vill.A.141. Soarez A.252.

## DE ACTIONE ET EXCEPTIONE compromissi laudo lato.

V. Regula: Si compromisso vel sententiæ arbitri non pareatur, inde datur actio. M.I.C. lib.2.cap.40. quæst.1.causa 1. & causa 7.item M.I.P. d.cap.21 reg.2. Cuius exceptio prima est: Nisi sententia iniqua sit & minus probabilis. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.C.d.causa 7.except.2. Admitti videtur primùm quidem, quoad reductioné ad arbitrium boni viri. Quæ distinctio iure ciuili reprobatur, sed approbatur iure Pontificio, vt refert Viu. libr 3. appellari non potest. Cuius replicationes vide J. distinct.proxim. Deinde admittitur exceptio proposita in sententia arbitratoris, quæ si conti-

ſi contineat enormem vel enormiſſimam læſionem,ad arbitrium boni viri poteſt reduci. M.I.C. d.except.2.in fine.Accedit Vil.A.140 & R.12.item Gabriel.libr.2.de arbitris, concluſ.3.num.1. item accedit Soarez A.254. Declaratur definitione enormis læſionis Vill.A.134. & 135. in addit. Huius diſtinctionis replicatio prima eſt: Niſi reductioni ad arbitriũ boni viri ſit renunciatum.Quę tamen replicatio controuertitur, & magis reprobatur apud Gabriel.d. concluſ.3.num. 30.vſque ad nu.60. vbi etiam diſtinguitur: item apud Turz. opin.122.Vill.R.24.Soarez A. 250. Altera replicatio eſt: Niſi intra triginta annos reductio ad arbitrium boni viri non ſit petita.Quę replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt s.cap.17.reg.4 except.54.replic.1.duplic 2. Plures replicationes vide apud Gabriel.d.concluſ.3 item apud Vill.A.134.cum ſequente. item C.116. in additio. & Soarez A.241. & 249. Apud quem autem reductio ad arbitrium boni viri ſit petenda, diſſeritur apud Villal.R.13. Succumbens verò in cauſa reductoria indiſtinctè tenetur ad pœnam compromiſſo appoſitam. Quod tamen controuertitur, & communiter reprobatur apud Villal.C.116. in addit.verſic. ſimiliter alius error.Quod maximè obtinet,ſi pro parte in reductione obtinuit. Gabriel.lib.2.de expenſis, concluſ.2.nu.5. Hæc de ſecunda diſtinctione eiúſque replicationibus ſint dicta. Tertiò admittitur exceptio propoſita,ſi ita in arbitrum ſit compromiſſum, vt ius pronunciaret. Quæ diſtinctio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.2. de arbitris, concluſ. 5.Turz.opin.156.ibi: quæ Iaſonis ſententia. Quartò admittitur exceptio propoſita, ſi ſententia per arbitros lata ſit cum clauſula arbitratorum & arbitrorum. Villal.S.39. Hæc de prima exceptione. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi diuerſæ arbitrorum ſint ſententiæ: tunc enim neutri ſtatur. M.I.C. dicta quæſt.1. exceptio. 5. & M.I.P. d.regul.2. except.4. Huius replicatio prima eſt:Niſi arbitri ſecundum formam ſtatuti ſint dati: tunc enim ei ſententiæ ſtandum, quamſuperior confirmauerit. Villal. A.139. & Soarez A 239. Altera replicatio eſt: Niſi duobus arbitris diſcordantibus, tertius ſit aſſumptus: huius enim ſententia ſeruabitur. Cuius duplicatio eſt: Niſi tertius aſſumptus ab vtroque diſcrepet.Quæ duplicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.2.de arbitris,concluſ.1.Hæc de ſecunda exceptione. Tertia propoſitæ regulę exceptio eſt:Niſi de alia re,quã quę in com

in compromisso continetur, sententia lata sit. M.I.C.d.quæst. 1.except.6. & M.I P. d.regu.2.except 6. Cuius replicatio est: Nisi pro bono pacis arbiter etiam non deductis in compromisso pronunciet. Villal.C.116. versi. item nota quòd licet depositum Quarta exceptio: Nisi arbiter sua sententia compromissum minuat aut mutet. M.I.C. d. quæst.1.except. 7. Accedit Vill.A. 133. Quinta exceptio: Nisi absentibus partibus arbiter processerit. & sententiam tulerit. M.I.C. d.q.1. except.11. & M. I. P. d.reg 2 except.5. Huius replicatio est: Nisi in compromisso adiectum sit, vt etiam absentibus partibus procedere posset arbiter. Cuius duplicatio est: Nisi partes non citauerit. Vill.C.116.versic.vlt.Viu.lib.1.citatio.§. sententia. Huius triplicatio est: Nisi in compromisso adiectum sit, vt absentibus & non citatis partibus arbiter procedere posset. Viu. d. §. senténtia, num. 2. Sexta exceptio: Nisi cum in plures esset compromissum, non omnes sententiam dixerint. M.I.C.d.quæst.1.except.14. Accedunt ea quæ habentur s̃. reg. 1. except. 14. Septima exceptio: Nisi arbiter vnus compromittentium alteri inimicus factus, & ab eo testationibus conuentus, nihilominus dixit sententiam. M. I. C. d. quæst. 1. except.15. Accedit Gabriel.lib.2. de exceptionibus, conclus.1.num.19. Plures exceptiones vide s̃.reg. 1. Hæc de compromissis.

## DE TRANSACTIONIBVS.

## CAP. XXI.

PRima regula: Transactio regulariter valet, parítque exceptionem. M.I.C.lib.1.cap.41.q.2.in prin.& M.I.P. lib. 2. cap.vlt.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi alius quàm cui transactio obiicitur, transegerit: nam transactio ab alio facta alij non nocet. M.I.C.d quæst.1.except.1. Cuius replicatio prima est: Nisi administrator ciuitatis transegerit: hic enim transigendo ciuitati præiudicat. M.I.C.d. except. 1. replicat.3. Accedit Soarez A. 76. cum sequente. Altera replicatio est: Nisi tutor in causa pupilli transegerit, vel curator in causa eius cuius curam gerit. M. I. C. d. except. 1. replic.5 & lib.5.cap.11.de transigendo, reg. 1. Huius duplicatio est: Nisi de re certa & indubitata tutor transegerit. M. I. C. d. reg. 1. except.2. Huius triplicatio est: Nisi de morte vel iniuria patris pupilli transegerit: hoc enim casu, quamuis mors notoria sit, vel iniuria certa ac indubitata, valet tamen transactio tutoris

tutoris. Quæ triplicatio cõtrouertitur, magis tamen approbatur apud Turz.opin.32.& Viu.li.2.pacem,nu.1. Hęc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi minor ætate transegerit. M.I.C.d.reg.1.exc.1. Cuius replicatio est: Nisi minor de iniuria & morte patris sui transegerit. Viu.d pacē,nu.2. Tertia exceptio est: Nisi is qui alienare nõ potest, transegerit. Soar.A.147. Quarta exceptio videtur: Nisi errore calculi interueniente facta sit transactio. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.q.2.exc.5. Accedit Vil.T.125 Quinta exceptio: Nisi non inspectis cognitisq; verbis testamenti, de controuersia quæ ex testamento pendet, sit transactum. M.I.C.d.q.2.exc.6. Cuius replicatio est: Nisi transactio iuramento sit firmata. Vil.T.124 Sexta exceptio: Nisi vltra duplũ in transigendo quid sit deceptus Quæ exceptio reprobatur M.I.C d.q.2.exc.8. Accedit Viu.lib.1.mulier omni,nu.4.vers. sed vbicunq;. Cõtrouertitur & distinguitur apud Vill.L.103. Admittitur, si enormissima sit lęsio.d.nu.103.& Viu.d.mulier omni,nu.3. Cuius replicatio est: Nisi iuramento firmata sit transactio. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur d.nu.3.& apud eundem Viu.lib.2.transactioni. De qua re vide plura j.lib.5.c.6.reg.8.exc.3. Septima exceptio. Nisi de causa publici iudicij sit transactum. M.I.C.d.q.2.except.12. De qua vide plura s.lib.prox.c.7.except.33.& d.ca.7. in fine, repl gener.2. Octaua exceptio: Nisi in ludo facta sit transactio. Viu. lib.2.ludentib.§.in ludo transactio,nu.1. Iul. Clar.§.ludus.vers.9. vbi additur, hanc exceptionem consuetudine esse mutatam. Nona exceptio: Nisi post rem iudicatam sit transactum. M.I.C.d.q.2.exc.15. Huius replicatio est: Nisi transactio iuramento sit firmata. Vill. T. 123. Decima exceptio: Nisi de alia re vel causa facta sit transactio, quàm quæ in iudicium deducitur. M.I.C.d.q.2.excep.17. Cuius replicatio est: Nisi generalis transactio sit, nõ de aliqua re certa. M.I.C.d.exc.17.repl.1. Accedit Gabriel.lib.6.de reg.iuris, concl.4.nu.5.& 13. Huius duplicatio prima est: Nisi de certa re trãsactione facta, verba generalia hæc, Nihil amplius peti sint inserta: hoc enim casu verba ista generalia restringũtur ad rem vel causam expressam. M.I.C.d.repl.1.dupl.3. Accedit Gabriel.d.concl.4.nu.22. Huius triplicatio est. Nisi ratio recti sermonis non permittat talem restrictionem. d.nu. 22.vers.sublimita. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi causa sit iurata: hæc enim in generali transactione

non venit. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, concl. 3. Plures duplicationes vide apud Gabriel. d. concl. 4. nu. 6. cum quatuor seq. item j. lib. prox. c. 6. post reg. 9 exc. 3. repl. 1. dupl. 2. tripl. 3. & 4. Vndecima exceptio: Nisi testamentum vel codicilli postea reperiantur, ex quibus veritas postea emergit. M. I. C. d. q. 2. exc. 24 Accedit Turz. opin. 84. Duodecima exceptio: Nisi aduersa quoq; pars fidẽ placitis non præstet. M. I. C. d. q. 2. exc. 25. & M. I. P. d. c. vlt. exc. 4. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 47. vers. sed quoniam. & vers. sed hic incidenter. vbi controuertitur. Sed & contradicit Fich. in addit. ad Vill. T. 125. item controuertitur apud Viu. lib. 2. pax vel treuga. nu. 1. cum seq. Planè huius exceptionis replicatio est: Nisi ante sententiã dictam aduersarius fidẽ placitis præstare sit paratus: tunc enim alter proposita exceptione non amplius defenditur. M. I. C. d. except. 25. repl. 2. Accedit Villal. P. 392. Decimatertia exceptio: Nisi reus pœnam ob non seruatam transactionem petierit, & data receperit. M. I. C. d. q. 2. exc. 27. Huius replicatio prima est: Nisi in transactione ita cõuenerit, vt non præstita fide liceat rato manente pacto pœnam petere. M. I. C. d. except. 27. repl. 1. Accedit Vill. C. 62. Altera replicatio est: Nisi iureiurando transactio sit firmata. M. I. C. d. except. 27. repl. 2. Accedit Gabriel. lib. 3. de transactionib. concl. 1. vbi plures pœnas congerit eius qui iuratam transactionem non seruat, earúmq; distinctiones subiicit. Accedit item Iul. Clar. in §. periurium. vers. 5. Decimaquarta exceptio: Nisi postea noualis superuenerit. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. lib. 2. pax non dicitur. Decimaquinta exceptio: Nisi transactio de alimentis sine authoritate Prætoris facta sit. M. I, C. lib. 2. c. 42. except. 1. Cuius replicatio est: Nisi transactio sit iurata. Vill. T. 122. Hæc de prima regula.

II. Regula, Ex transactione inducitur nouatio. Gabriel. lib. 3. de nouationib. conclus. 1. num. 61.

III. Regula, Re cuius nomine transactio facta est, euicta, euictionis actio denegatur. M. I. C. d. cap. 41. quæst. 3. reg. 2. Accedit Villal. D. 104. vbi additur ratio, quòd non transferatur dominium per transactionem. Huius exceptio est: Nisi res data, vt à petitione rei litigiosæ recedatur, sit euicta: huius enim euictio est præstanda. Vill. D. 105. cum nu. sequente.

FINIS LIBRI SECVNDI.

# METHODI IVRIS CONTROVERSI LIBER III.

## DE RELIQVO IVRE PVBLICO, necnon de Iure personarum ac rerum priuato.

## *DE ECCLESIIS IN GENERE. CAP. I.*

PRIMA regula: Ex contractu vel delicto clerici Ecclesia non obligatur, nec ei præiudicatur. M.I.P.lib.3.cap.1.reg. 22. Cuius exceptio est: Nisi quatenus ex contractu vel delicto clerici ad Ecclesiam peruenit, vel in rem eius versum est.M.I.P.d.reg.22.excep.1. Accedit Iul. Clar.§. fin.q.36.vers.sed nunquid si delinquens.

II. Regula, Ecclesia est immunis ob oneribus publicis. M.I.C.lib.3.c.6.q.8.reg.2. item M.I.P.d.cap.1.reg.24. Cuius exceptio prima est:Nisi pro pace & quiete tributum sit persoluendum. M.I.P.d.reg.24.except.1.Accedit Vill.E 3 Altera exceptio est: Nisi munera sint patrimonialia. M I.P. d. reg.24. except.7. Cuius replicatio est: Nisi patrimonialia personis sint imposita. Vill. E.1.cum addit. Tertia exceptio est: Nisi munus sit reficiendarum pontium, murorum & fossarum, Vill.E.2.cum addit.Quarta exceptio esse:Nisi res Ecclesiastica ad laicum transeat: tunc enim desinit esse immunis. Vill.E.3.in addit.ibi: nota quod.

III. Regula, De securitate iis qui ad Ecclesias cōfugiunt, præstanda, & ne quis inde vi extrahatur. M. I. C. libro 3.

cap.6.quęst.8.reg.6.& M.I.P.d.cap.1.reg.26.Accedit Iul.Clar §. fin. quæst. 30. in princ. vbi additur, pœnam hoc nomine constitutam in desuetudinem abiisse. Sed & regula proposita hodie per consuetudinem dicitur restricta. d. quæst. 30. vers. scias autem. & vers.huiusmodi autem. Sed & quod de ambitu triginta & quadraginta passuum cautum est, id etiam hodie dicitur consuetudine sublatum, d. quæst.30. vers. hinc est. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi publicus latro vel nocturnus depopulator agrorum ad Ecclesiam confugerit. M. I. P. d, reg. 26.except.1. Accedit Iul. Clar.d.q.30.vers.quæro nunquid, in prin. vbi etiam replicatur. Altera exceptio est: Nisi homicida ad Ecclesiam confugerit. M.I.C.d.reg.6.except.3.item M.I.P.d.reg.26.except.2. Accedit Iul. Clar. d. q. 30.vers.quæro nunquid,in princ.& & vers. scias tamen.11. ibi: & quidem.item vers.hoc autem. 13. Idem in §.homicidium.vers.8.ibi: item committens homicidium.item vers.10.in fine.Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi culpa,non dolo:vel dolo, nulla tamen animi deliberatione ex interuallo præcedente homicidium fecerit.Iul.Clar.d.q.30.vers scias tamen.11.cum vers sequente. Tertia exceptio est: Nisi adulter vel raptor virginum ad Ecclesiam confugerit. M. I. C.d.except.3. Quæ mutata dicitur per ius canonicum apud Iul. Clar. d. vers. quæro nunquid.ibi:sed de iure ciuili.Quarta exceptio:Nisi reus criminis læsæ maiestatis ad Ecclesiam confugerit. Hæc exceptio est cōtrouersa apud Iul.Clar.in d.vers.quæro nunquid,in fine. & d. § fin.q.36 vers.quæro nunquid. Quinta exceptio: Nisi fur ad Ecclesiam confugerit. Hæc exceptio approbatur consuetudine.Iul. Clar. §. fin. q. 30. vers.quæro an fures. Sexta exceptio: Nisi is qui antea aduersus Ecclesiam deliquit,ad eam ex alio delicto confugiat. d.q. 30. vers. sed quid si,in fine. Septima exceptio:Nisi clericus ad Ecclesiam confugiat. Quæ exceptio reprobatur iure:consuetudine tamen approbari dicitur d. q. 30. versi. vlterius. Octaua exceptio: Nisi Iudæus ad Ecclesiam confugiat.M.I.C.d.reg.6.except. 2 Sed controuertitur d.quæst 30.vers.præterea quęro.Nona exceptio: Nisi excommunicatus ad Ecclesiam confugerit.Quę tamen reprobatur d.q.30.vers.quæro etiam. Decima exceptio:Nisi in ipsa persecutione ac fuga ad Ecclesiam confugerit. Quæ exceptio controuertitur d. quęst. 30. vers. pone familia. Vndecima exceptio: Nisi non extrahatur, sed

ſed poſitis cuſtodibus obſideatur, ne alimenta ad eum deferantur, vt ita cogatur exire. Quæ exceptio reprobatur d. q. 30. verſ. quęro modo. Duodecima exceptio: Niſi carceratus effracto carcere fugerit ad Eccleſiam. d. q. 30. verſ. pone familia. ibi: quinimò cum. & verſ. ſcias autem, in prin. Decimatertia exceptio: Niſi damnatus & bannitus capitaliter ad Eccleſiam confugiat. Quæ exceptio reprobatur d. verſ. ſcias autem. item q. 98. in princ. Decimaquarta exceptio: Niſi talis ſit Eccleſia, ad quam confugit, in qua non continuè ſeruatur ſacramentum Euchariſtiæ. d. q. 30. verſ. huiuſmodi autem. Decimaquinta exceptio: Niſi Eccleſia, ad quam confugit, nondum ſit conſecrata. Quę exceptio reprobatur d. quæſt. 30. verſ. quęro ſi. Decimaſexta exceptio: Niſi Eccleſia ſit interdicta. Quæ exceptio etiam reprobatur d. q. 30. verſ. idem etiam. Decimaſeptima exceptio: Niſi Eccleſia ſit deſtructa. Quę exceptio approbatur & diſtinguitur d. q. 30. verſ. maius eſt. Decimaoctaua exceptio: Niſi oratium, ad quod confugit, ſit priuatum. d. q. 30. verſ. ſed quid dicendum. Decimanona exceptio: Niſi quis in loco Eccleſiæ crimen commiſerit. M. I. P. d. reg. 26. except. 4. Accedit Iul. Clar. d. quęſt. 30. verſ. item quęro. Huius replicatio prima eſt: Niſi non ſub ſpe immunitatis in Eccleſia deliquerit. d. verſic. item quæro. ibi: hæc tamen concluſio. Altera replicatio eſt: Niſi in vna Eccleſia delinquens ad alteram confugiat. Quæ replicatio reprobatur d. quæſt. 30. verſiculo ſed quid ſi.

## REPLICATIO PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALIS.

Planè præcedentium exceptionum replicatio generalis videtur: Niſi non impetrata licentia prælati, in caſibus propoſitis confugientem ad Eccleſiam extraxerit. Quę replicatio controuertitur d. quæſt. 30. verſ. quæro nunc.

IIII. Regula, De pœna eius qui confugientem ad Eccleſiam inde abſtrahit, Iul. Clarus §. final. quæſt. 68. verſic. extrahens. 11.

V. Regula, Priuilegia Eccleſię ad bona clericorum non extenduntur. Fichard. in addit. ad Vill. P. 302.

VI. Regula, Eccleſię vacantis bona per Epiſcopum vel inſtituere valentem adminiſtranda. Vill. E. 12.

## *DE CLERICIS ET MONACHIS.*
## *CAP. II.*

PRima regula, Clericorũ appellatione continentur etiam in minoribus ordinibus constituti. Viu.lib.2.clericorum appellatione, in prin.

II. Regula, Canonici ac dignitates in fauorabilibus clericorum appellatione continentur: secus in odiosis. Vill.C. 98. Viu.lib.2.clericorum appellatione.vers.imò appellatione.

III. Regula, Ordinatio clericorum facta vltra numerum valet, etiam præstito iureiurando, quòd vltra numerum neminem ordinare vellet. Gabriel. lib. 2. de iureiurando, conclus.1.nu.16.cum sequente.

IIII. Regula, Peregrini in clericos non ordinandi. M.I.P. lib.3.cap.4.quæst.2.reg 9. Accedit Viu.lib.2.ordinari, num.4. cum sequente.

V. Regula, Periuri in clericos non ordinandi. Vill.P.75.

VI. Regula, Qui viduam vel corruptam duxit, non ordinandus. M. I. P.d.q.2.reg. 25. Cuius exceptio est: Nisi non ab alio, sed ab ipso ducente antea fuerit corrupta quam duxit. Vill.B.33.

VII. Regula, Illegitimè nati in clericos non ordinandi. M.I.P.d.q.2.reg.32. Cuius exceptio est: Nisi per subsequens matrimonium fuerint legitimati. Vill.F.75.

VIII. Regula, Fœminæ in clericos non ordinandæ. Villalo.M.133.

IX. Regula, Minores ætate non ordinandi. M.I.P.d.quæst. 2.reg.37. Accedit Viu.lib.2.ordinari, num.1. Huius exceptio prima est: Nisi excesserint decimumquartum annum: tunc enim ordinari possunt. M. I. P. d.reg. 37. except.1. Cuius replicatio est: Nisi ad duram religionem ordinentur: hoc enim casu requiritur, vt excesserint decimumoctauum annum. M.I.P. d.except.1.repl.1. Accedit Viu.lib.2. impubes. vbi reprobatur etiam duplicatio hæc: Nisi si solenniter fuerit professus. item hæc: Si fuerit doli capax. Altera exceptio est: Nisi minor maior factus ordinationem ratam habuerit. M. I. P.d.reg.37.except.4. Accedit Viu.d.ordinari, num.2. Tertia exceptio videtur: Nisi minor sit discretus. Quæ tamen reprobatur apud Vill.P.340. Quartæ exceptionis loco notandum, quòd minor ordinatus non sit ipso iure suspensus, sed per

per sententiam suspendendus. Quæ exceptio controuertitur apud Viu.d.ordinari,num.3.cum duob.sequentib.

X. Regula, Monachi in clericos non ordinandi. M.I.P. d. q.2.reg.45.Accedit Vill.M.115. cum sequente.

XI. Regula, Ante ordinationē clericorum edictum c. vlt. de elect.in 6.proponendū, si quis se velit opponere. Vill.E.22.

XII. Regula, Præbenda vacatura ordinato promissa ordinationem non vitiat. Vill.P.196.

XIII. Regula, Ordinatio quomodo probanda, differitur M.I.P. d.cap.4.quæst.8.reg.10. De eadem re differitur apud Gabriel.lib.1.de præsumptionibus,concl.1.nu.16.

## DE OFFICIIS CLERICORVM & monachorum.

XIIII. Regula, Clerici tabellionatus officium exercere prohibentur. M.I.P.lib.3.cap.5.reg.25. Accedit Viu.lib.2.notarius infamis,num.3.& 5.

XV. Regula, Religiosus executor in alicuius testamento datus non potest hoc officium sine superioris licentia suscipere. M. I. P. d.cap.5 reg.27. Accedit Vill.F.164.

XVI. Regula; Clericus & monachus prælato suo reuerentiam & obedientiam præstare debet. M.I.P. d.cap.5. reg. 40.Cuius exceptio est: Nisi monacho aliud Episcopus,aliud Abbas præcipiat:hic enim magis Abbati quàm Episcopo tenetur obedire. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz.opin.186.

XVII. Regula, Ne concubinas alant, cauetur M.I.P. d. cap.5.reg.60.Accedit Vill.C.85. Viu.lib.2.concubinarius, nu. 1.& 2.item num.9.

XVIII. Regula, Ne ab Ecclesia sua recedant, sed ibi resideant,cauetur M.I.P.d.cap.5.reg 67.Cuius exceptio prima est: Nisi rationabilis causa subsit. M. I. P. d.reg 67.except.1. Cuius replicatio est : Nisi preces horarias priuatim non dixerit absens. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib.1.clerici non residentes. Altera exceptio est:Nisi studiorum causa absit.M.I.P.d.reg.67.excep. 2.Cuius replicatio est quoad quotidianas distributiones:has enim non percipit studiorum causa absens.M.I.P.d.excep.2. repl.1. Accedit Viu.lib.1.distributiones.ibi : similiter nec illi. Tertia exceptio est : Nisi in familia Papæ absens sit. M.I.P. d.reg.67.except.5.Accedit Turz.opin.13.num.2.

XIX. Regula, Ne ad sæcularem vitam redeant, M. I. P. cap.5.reg.69. Cuius exceptio est: Nisi pactum illis non seruetur, de quo in ingressu religionis conuenit. Cuius replicatio est: Nisi pactum sit contra substantiam ordinis. Vill.P.15.

XX. Regula, Clericus qui homicidium commisit, vel mortis causam præstitit, deponitur. M.I.P. d. c.5.reg.74. Accedit Turz. opin.102.nu.1.cuius ratio redditur ibidem nu.2. Huius exceptio prima videtur: Nisi alium à morte defendens, aliquem occiderit. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill. O.21. in fine. Altera exceptio videtur: Nisi testimonio saltem suo causam mortis præstitit. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib. 2. testimonium dicens. Iul. Clar. §.fin.quæst.24.vers.vlterius. Admittitur tamen, si fuerit protestatus, ne illud testimonium ad mortis pœnam vergat. d. quæst 24.vers.sed quid si clericus. Tertia exceptio est: Nisi conatus non habuerit effectum. Viu lib.2.conatus.§.homicidium, num. 1. 2. & 5. Quarta exceptio est: Nisi sententia depositionis non intercesserit. Turz.opin.102.num.4. Villal. H. 44. Controuertitur hæc exceptio apud Iul.Clar.in §.homicidium. versi. 21. Huius exceptionis replicatio est: Nisi homicidium commiserit qualificatum, puta assasinium vel parricidium: tunc enim ipso iure priuatur beneficio. Turz. d.opin. 102. num.5. & Iul. Clar. §. fin. quæst. 73. vers. pariter etiam 7.ibi: item clericus committens. Turz.opin.102.nu.5. Quinta exceptio videtur: Nisi pœnitentiam egerit de homicidio. Quæ tamen reprobatur apud Turz.d.opin.102.nu.1.

XXI. Regula, Clerici & monachi nihil proprium habere debent. M.I.P.d.cap 5.reg.101. Cuius exceptio est: Nisi ingrediens religionem pacto sibi reseruauerit proprietatem bonorum. Quæ exceptio est controuersa apud Villal. P.341.& Viu.lib.2.pactum expressum.

## DE PRIVILEGIIS ET REBVS clericorum ac monachorum.

XXII. Regula, De immunitate clericorum & monachorum, M.I.C. lib.3.cap.3.reg.1.& M. I. P. lib.3.cap.6.reg.2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi munera sint patrimonialia: ab his enim clerici nō sunt immunes. M.I.P. d.reg. 2.except.1. Accedit Vill.C.96. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 1. clericus in bonis. Altera exceptio est: Nisi clericus sit coniugatus. Vill.E.3. in addit. vers.

fallit

fallit tertiò. Tertia exceptio est in solutione gabellarum ratione venditionis. d. addit. ver. fallit quartò. Quarta exceptio est: Nisi res clerici ad laicum transeat. d. addit. vers. nota quod. Quinta exceptio est in munere instruendorum pontium, murorum, portarum ac viarum. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. clerici tenentur.

XXIII. Regula, Clerici de bonis suis testari, eáue alienare non prohibentur. M.I.P. d. cap. 6. reg. 5. Accedit Iul. Cla. in §. testamentum, quæst. 27. vers. circa bona. Huius exceptio prima est: Nisi tempore clericatus vel Episcopatus ea adquisierit. M.I.P d. reg. 5. except. 1. Accedit Viu. lib. 1. clericus seu prælatus. vbi controuertitur, magis tamen approbatur. Item accedit Iul. Clar. d. quæst. 27. vers. sed quid dicendum. & vers. tertiò dixi. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non occasione clericatus, sed ipsius personæ intuitu illi relictum vel acquisitum sit. M.I.P. d. except. 1. repl. 7. Intuitu autem Ecclesiæ vel ipsius personæ relictum præsumitur ex persona relinquentis. d. repl. 7. Cui accedit Turz. opin. 14. Item ex appellatione eius cui relinquitur. Turz. d. opin. 14. Altera replicatio est: Nisi priuilegium impetrauerit, vt de rebus tempore clericatus vel Episcopatus acquisitis liceat testari. Vill. P. 23. & Fichard. in addit. ad Villal. C. 90. Viu. lib. 1. clericus seu prælatus. ibi: dicta prima & Iul. Clar. in d. quæst. 27. vers. sed an poterit. Tertia replicatio est: Nisi de fructibus extantibus ex bonis Ecclesiæ testetur. Quæ replicatio est controuersa d. q. 27. vers. quartò videndum. Quarta replicatio est: Nisi de bonis suo labore & industria, non ex rebus Ecclesiæ acquisitis testetur. d. quæst. 17. vers. sed quid dicendum. Quinta replicatio est: Nisi de quotidianis distributionibus sit testatus. Quæ controuertitur d. q. 27. versi. quintò. Sexta replicatio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. Viu. lib. 1. clericus seu prælatus. vers. interpretatur postremò. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est in monachis, qui testamentum facere non possunt. M. I. P. d. reg. 5. except. 2. Accedit Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 28. vers. tertium tempus. Fichard. in addit. ... & 2. ad Vill. M. 114. Huius replicatio prima est: Nisi monachus liberos legitimos habeat. M. I. P. d. except. 2. repl. 1. Accedit Iul. Clar. in d. quæst. 28. vers. scias tamen. Altera replicatio est: Nisi nouitius testatus sit. Iul. Clar. d. q. 28. vers. dixi.

Tertia replicatio est: Nisi monachus sub hac conditione professus sit, vt bona retineat. Quæ replicatio est controuersa apud Vill. P.341. Viu.lib.2.pactum expressum. Quarta replicatio est: Nisi monachus in ingressu religionis protestatus sit de bonis retinendis. Quæ replicatio est controuersa apud Vill P.370. Quinta replicatio est: Nisi antequam ingressus sit religionem, testamentum fecerit. Hæc replicatio est controuersa per ea quæ proponentur j. lib. prox.cap. 4. except.1 Hæc de secũda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi neque liberos, neque propinquos habens, extraneum instituat hæredem non Ecclesiam Quæ exceptio reprobatur apud Iul.Clar.in §.testamentum, q.27.vers.circa. Quarta exceptio est: Nisi de bonis Ecclesiæ testentur clerici vel prælati. Iul. Clar.d.q.27.vers.dixi secundò. Cuius replicatio est: Nisi ex speciali priuilegio de bonis Ecclesiæ testetur.d.q.27.vers.sed quæro.

XXIIII. Regula, Monachi & monastriæ bona monasterio acquiruntur.M.I.C.lib.3.cap.3.reg.5.Cuius exceptio prima est: Nisi monachus filios habeat: tunc enim filiis acquiruntur.M.I.C d.reg.5.except.2. Huius replicatio est in vita monachi: nam viuente patre filij in bonis eius nihil iuris habent. Quæ tamen replicatio admittitur quidem iure ciuili, sed iure Pontificio etiam viuente patre monacho filij legitimam in eius bonis habent. Vill.F.102.

XXV. Regula, Clerici & monachi apud Ecclesiasticum, non ciuilem iudicem conueniendi. M.I.C. d.cap 3.reg. 10.& M. I. P. d.cap.6.reg.10. Accedit Vill. C.69. Viu.lib.1.clerici à potestate.item Iul.Clar.§.fin.q.36.in prin. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi clericus sit coniugatus. Sed reprobatur M.I.P. d.reg.10.except.1.Accedit Viu.d.clerici.ibi: sed in clericis coniugatis. Iul. Clar.d.q.36. vers.quæro an clericus. Admittitur, si non abstineat à negotiationibus d.q.36. vers. hæc verò omnia. Altera exceptio est: Nisi clericus bigamus sit, vel viduam duxerit.d.vers.quæro an clericus. Huius replicatio prima est: Nisi vxorem dimissam reduxerit, & inde bigamus sit.d.q.36.vers.sed non ille. Altera replicatio est: Nisi post crimen commissum factus sit bigamus.d.q.36. vers.sed pone quod, cum vers.sequente. Tertia exceptio est: Nisi clericus mutato habitu clericali & tonsura se pro laico gerat. M.I.P. d.reg.10.except.2. Accedit Viu.lib.1.iudex.laicus seu. vers.interpretatur hoc. Iul.Clar.§ fin. quæst.35. vers.

sed

sed pone. Declaratur definitione habitus clericalis apud Iul.Clar.§.fina.quæst.36. versi. dixi clericum. Huius replicatio prima est: Nisi non ter monitus fuerit à suo prælato. Quæ replicatio approbatur apud Iul. Clar.§. fina. quæst. 36. versi.hæc autem.ibi: bene verum est. Duplicatio prima est: Nisi facta sit monitio generalis in synodo. d.q.36. versic.sed quid si facta. Contradicit Viu. d clerici. ibi: & monitio seu citatio. Ex quo loco patet, duplicationem hanc esse controuersam. Altera duplicatio est: Nisi clericus fuit coniugatus. d.quæst.36.vers.hæc autem. ibi:& hæc est differentia.& Viu. d. clerici.ibi:sed in clericis coniugatis.Tertia duplicatio est: Nisi enorme crimen clericus commiserit. Quæ duplicatio controuertitur,magis tamen approbatur d q.36. vers.quæro modò. Altera replicatio est: Nisi clericus sit primæ tonsuræ. Viu.d.clerici.ibi: & hoc procedit. Quæ tamen replicatio reprobatur concilio Tridentino,vt refert Viu.d.clerici.ibi:sed hodie isti. Tertia replicatio est: Nisi tempore commissi criminis reassumpserit habitum clericalem. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.§.fin.q.36.versi. sed hic quæro. Quarta replicatio est: Nisi cùm tẽpore,quo non habebat tonsuram,fuisset cõdemnatus,postea reassumpta tonsura capiatur à iure ciuili. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul.Clar.d.q.36.vers.sed quid si. Quinta replicatio est: Nisi quia non habet capillos,tonsuram non gerit.d.q.36.vers. quæro nunc. Sexta replicatio est: Nisi non sit coniugatus clericus. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d.q.36.vers.hæc autem.19. Septima replicatio est: Nisi mortua vxore habitum clericalem reassumpserit.d.q. 36.versi.vnum etiam. Hæc de tertia propositæ regulæ exceptione.Quarta exceptio est:Nisi criminalis,non ciuilis actio aduersus clericum instituatur. Quæ exceptio approbata iure ciuili M.I.C. d.reg.10.excep.2. reprobatur iure Pontificio M.I.P. d.reg.10.except.4. Accedit Viu.lib.1.clerici à potestate.ibi:& quod iste clericus.Iul.Clar.§. fin.q.36.in prin.Quinta exceptio: Nisi clericus fori præscriptioni renunciauerit. Hæc exceptio approbata iure ciuili. M.I.C.d.reg.10.exce.4. reprobatur iure Pontificio M.I.P. d.reg.10.except.7.Cui accedit Iul.Clar.d.q.36.vers.2.infertur.4. Sexta exceptio videtur: Nisi dubitetur an sit clericus. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.P. d.reg.10. except.8. Accedit d.q.36.versi.dixi clericum.ibi: & nota.& versi.regulariter.21. Captus tamen, de quo

de quo dubitatur an sit clericus, à iudice ciuili detineri potest, donec iudex Ecclesiasticus cognouerit an sit clericus. d.versi.regulariter, in princ. & in fine. Septima exceptio: Nisi clericus sit incorrigibilis, & prælato suo inobediens. M.I.P. d.reg.10.except.9. Accedit Iul. Clar.d.q.36. versic.successiuè quæro33.& versi.dixi etiam.ibi: si verò sit. Declaratur definitione incorrigibilis d.q.36.vers.sed quęritur.34.ibi:Bossius autem in tit. Huius exceptionis replicatio est: Nisi sententia de incorrigibilitate non præcesserit. Quæ replicatio cõtrouertitur d.versi.34. Octaua exceptio: Nisi Episcopus caussam clerici laico delegauerit. M.I.P.d.reg.10.excep.10. Accedit Vill.D.54. Nona exceptio videtur: Nisi Papa iurisdictionem ordinariam in clericos laicos cõtulerit. Quę tamen reprobatur apud Iul.Clar.§.fin.q.41.versi.sed quid dicendum. ibi:non tamen. Decima exceptio: Nisi ratione rei apud ciuilem iudicem conueniatur. M.I.P. d.reg.10.except.11. Quæ tamen reprobatur apud Vill.C.70. Vndecima exceptio: Nisi clericus hæres defuncti laici actione hæreditaria apud ciuilem iudicem conueniatur. Quæ exceptio est controuersa per ea quę habentur s̃.lib.prox.ca.2.& q.2.in fine, repl.gener. 4.dupl.1. Duodecima exceptio: Nisi clericus sit degradatus. Vill.C.71.& Iul.Clar.§.fi.q.36.vers.scias autem.vbi etiam declaratur. Decimatertia exceptio: Nisi clericus reconueniatur apud ciuilem iudicem Vill. C.72. Reprobatur apud Iul. Clar.§.fina.q 36.versic.& hæc quidem. Decimaquarta exceptio: Nisi de feudo clericus apud ciuilem iudicem conueniatur. approbatur & distinguitur apud Vill. C.73.cum duobus sequent. Decimaquinta exceptio: Nisi clericus in flagranti crimine à laico deprehendatur.Vill.C.76. cum duob. sequentibus: Decimasexta exceptio: Nisi clericus de fuga sit suspectus.Villal.C.78. Decimaseptima exceptio: Nisi creditor clericum debitorem de fuga suspectum ceperit. Villal. C.79. Decimaoctaua exceptio: Nisi aliud consuetudine sit receptum. Quæ exceptio est controuersa Vill.C.8 & reprobatur sub conditione apud Iul.Clar.§.fin.quæst.36. versi.sed ea retenta. Decimanona exceptio: Nisi de delicto ante adeptum clericatum commisso conueniatur. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill. C.8[illegible], in addit. Viu.libr.1, clerici à potestate.§. ordo Ecclesiasticus. Controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.§.fin.q.36. vers.sæpenumero contingit, cum vers.sequente. Sed & eius replicatio est: Nisi ante delictum

delictum commissum suum, votum clericatus fecerit.d.§. ordo.ibi: hoc verò limitatur. Vigesima exceptio: Nisi clericus vel monachus intra annum probationis apud ciuilem iudicem conueniatur. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Gabriel.lib.1.de præsumptionibus,concl.12.nu.5. Vigesimaprima exceptio: Nisi de crimine assassinatus accusetur clericus. Viu.lib.1.iudex laicus potest. Iul.Clar.§.fi.q.36.versi. item quæro nunquid. 29. Cuius replicatio prima videtur: Nisi clericus non sit solenniter degradatus. Quæ tamen replicatio reprobatur d.quæst.36 versi.sed quæro.30. Altera replicatio videtur: Nisi per iudicem Ecclesiasticum non sit declaratus assassinus. Quæ replicatio approbata iure, consuetudine reprobatur.d.q.36.versi.bene verum.31. Tertia replicatio est: Nisi clericus non sit incorrigibilis. Quæ tamen exceptio conuertitur, & magis reprobatur d.quæst.36.versi. quæro etiam.32. Vigesimasecunda exceptio: Nisi apud ciuilem iudicem clericus falsum dixerit testimonium. tunc enim ab eodem puniri de eo potest. Quæ exceptio est controuersa per ea quæ habentur s̃.lib.prox.cap.2. quæst.2.in fine, replic.gener.6. duplic.1. Vigesimatertia exceptio: Nisi exceptionem clericus apud ciuilem iudicem conuentus non opposuerit. Quæ exceptio controuertitur,magis tamẽ reprobatur apud Iul.Clar.d.quæst.36. versic. est autem hæc. Vigesimaquarta exceptio: Nisi clericus sit illegitimè natus. Quæ tamen reprobatur d.quæst.36.versi.habet etiam. Vigesimaquinta exceptio: Nisi clericus in minoribus ordinibus sit constitutus. Quæ exceptio reprobatur d.q.36 versic.hæc autem. ibi: in Regno autem. Vigesimasexta exceptio: Nisi clericus incedat armatus vt miles. Sed reprobatur d.ver.hæc autem,in fine. Vigesimaseptima exceptio: Nisi enorme crimen clericus commiserit,vel iterauerit. Sed reprobatur d.q. 36.versi.cæterùm si clericus. & versi.scias autem. Vigesimaoctaua exceptio: Nisi clericus sit seditiosus, & turbet quietem publicam.d.versi.cæterùm.ibi: bene verum. Vigesimanona exceptio: Nisi clericus in ciuili officio constitutus contra illud deliquerit. Quæ exceptio approbatur consuetudine magis quàm iure, d.quæst.36.versi.quæro pone. Trigesima exceptio: Nisi clericus contra edictum laicorum arma portauerit. Quæ exceptio approbatur certis conditionibus d.quæst.36.versi. vlterius quæro. Trigesimaprima exceptio: Nisi crimen læsæ maiestatis clericus commiserit. Quæ exceptio

ceptio approbatur consuetudine, non iure.d.quæst.36.versi. quæro nunquid. Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus. Quomodo autem clericus à iudice ciuili ad Ecclesiasticū sit remittēdus, differitur d.q.36.vers.quæro quo modo. Remissione verò facta, Ecclesiasticus iudex non tenetur seruare processum & acta facta coram iudice ciuili. d.quæst.36.versi.vltimò.

XXVI. Regula: Episcopus est iudex ordinarius clericorum & monachorum, non prælatus inferior. Iul.Clar.§.fi. q.35.vers.quæro quis sit.15. Excipiuntur monachi, quorum iudex ordinarius est Abbas.d.versic.quæro quis sit.ibi: quo verò. Non tamen minus Episcopus est illorum iudex ordinarius.d.versi.quæro quis sit.ibi: bene verum. Magis tamen Abbati quàm Episcopo monachus tenetur obedire. De qua re vide s.reg.16.except.1.

XXVII. Regula: Clericus non nisi in quantùm facere potest, tenetur, deductis necessariis alimentis, ne cogatur mendicare. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2.clericus debitor.

XXVIII. Regula: Nobilitas non amittitur per ingressum religionis. Vill.N.14.

XXIX. Regula: Clericus habet omnia priuilegia armatæ militiæ. Vill.C.89.

## *DE PRÆBENDIS ET DIgnitatibus.* CAP. III.

PRima regula, De differentia præbendæ & canoniæ, habetur apud Vill.P.194.

II. Regula: Ex mandato vel rescripto Papæ de præbenda alicui conferenda, potest præbenda peti. M.I.P.lib.3.c.7.reg. 3. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum antea alij de præbenda vacatura à capitulo prouiso facta esset, impetrans hoc in suis precibus dissimulauerit. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Turz.opin.6. versic. & licet Innocentius. Altera exceptio est: Nisi is qui beneficium habet, rescriptum impetrauerit de alio beneficio sibi conferendo. M.I.P.reg.3. except.6. Accedit Vill.I.10. Cuius replicatio prima est: Nisi in rescripto de hoc ipso, quòd aliud beneficium habeat, mentio sit facta. M.I.P. d.except.6.repli. 5. Accedit Turz.reg.32.& Vill.I.11. Altera replicatio videtur: Nisi

Nisi beneficium aliud,quod habet,sit patrimoniale. Quę replicatio reprobatur apud Viu.lib.2. beneficia. Hæc de secũda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi beneficium impetrans expresso valore,valorẽ non probauerit. Quæ tamen reprobatur apud Vill.I.12. Quarta exceptio est: Nisi beneficium impetrans non fecerit mentionem de sua nobilitate. Vill.I.13. Quinta exceptio videtur: Nisi quis alieno nomine sine mandato beneficium impetrauerit. Quæ tamen exceptio reprobatur Vill.I.14 Sexta exceptio: Nisi Papa sine causa præbendam alicui contulerit. Quę exceptio est controuersa apud Vill.B.20.& 22. Plures huiusmodi exceptiones vide j.eod.cap.reg.18.

III. Regula: Qui beneficium habet, ei aliud beneficium non conferendum. M.I.P.d.cap.7.reg.8. Cuius exceptio est: Nisi Papa cum eo dispensauerit. M.I.P. d.reg.8. exceptio.1. Huius replicatio est: Nisi in dispensatione non fiat mentio, quòd plura beneficia illicitè retineat fructus inde percipiẽdo. Gabriel.lib.5.de acquir.posses.concl.4.num.8.

IIII. Regula: Diuitibus qui per se sustentari possunt, præbendæ non conferendæ. M.I.P. d.cap. 7.reg.13. Contradicit Vill.C.96.& Viu.lib.3.clericus habens.

V. Regula: Liberis hæreticorum præbendæ non conferendæ vsque ad secundam generationem. M. I. P. d.capit.7. reg.16. Huius exceptio videtur: Nisi liberi sint naturales seu spurij. Quę tamẽ exceptio reprobatur apud Vill.F.96.& 127.

## A QVIBVS PRÆBENDÆ conferendæ?

VI. Regula: Laicus præbendas conferendi ius non habet. M.I.P. d.cap.7.reg.17. Cuius exceptio videtur: Nisi laicus hoc ius immemoriali tempore præscripserit. Quæ exceptio est controuersa apud Soarez B.18.

VII. Regula: Si sede vacante capitulo mandatũ sit de prębenda alicui conferenda, Episcopus postea electus exequi mandatum tenetur. M.I P.d.cap.7.reg.20. Accedit Vill.E.97.

VIII. Regula: Si duobus conferendi præbendas ius competat, vnus sine altero conferre non potest. M.I.P.d.cap. 7.reg.23. Accedit Turz.opin.151. vers. non tamen arbitreris: & opin.154. Cuius exceptio est: Nisi dum alter absens expectatur, periculum sit ne Papa vel eius legatus aliquem præsentando præueniat. Turz.d.opin.154.ibi: limitatur.

IX. Re

IX. Regula: Si is cui ius conferendi competit, præbendam vacantem intra sex menses alij non contulerit: ius cōferendi eam amittit. M.I.P d. cap. 7. post reg 26. except. gene. 1. Cuius exceptio est: Nisi Papa beneficium apud sedem Apostolicam vacans intra sex menses non contulerit. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. libr. 6. de clausulis, conclus. num. 72.

X. Regula: Excommunicatus vel suspensus præbendas conferre non potest. M.I.P. post. d. reg. 26. except. gener. 4. Accedit Vil lib. 2. excommunicatus beneficium, num. 1. Cuius exceptio est: Nisi occultus sit excommunicatus. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. lib. 1. de probationibus, conclus. 8. num. 17.

XI. Regula, Filio legitimo potest conferri beneficium per patrem vicarium. Vill. F. 128.

XII. Regula, Si is cui ius conferendi beneficia, competit, illud amisit: regulariter id ad superiorem transit. M. I. P. d. capit. 7. regul. 27. Imò ad Papam deuoluitur. Turz. regula 49.

## QVID CONFERENDVM?

XIII. Regula, Præbenda nondum vacans alij non conferenda vel promittenda. M.I.P. d. cap. 7. reg. 28. Accedit Vill. P. 196. Cuius exceptio prima est: Nisi generaliter de præbenda proximè vacatura, non hac vel illa promittatur. M.I.P. d. reg. 28. except. 2. Accedit Vill. C. 191 cum addit. vlt. Altera exceptio est: Nisi priori beneficium nondum fuerit collatum, sed mandatū saltem de beneficio ei conferendo. M.I.P. d. reg. 28. exceptio 7. Huius replicatio est: Nisi mandatum istud sit præsentatum. M. I. P. d. except. 7. repl. 1. Huius duplicatio est: Nisi mandatum sit conditionale, nec eius conditio tempore quo posteriori confertur, sit impleta. M. I. P. d. repl. 1. dupl. 3. Accedit Turz. opin. 166. num. 3.

XIIII. Regula: Mandatum de beneficio vacaturo conferendo regulariter. primum vacans continet. M.I.P. d. cap. 7. reg. 41. Accedit Gabriel. lib. 6. de legibus, conclus. 2. num. 4. & 6. vbi etiam reprobatur prima eius exceptio hæc: Nisi vocabulum Primum non sit mandato adiectum. Altera exceptio est: Nisi primum vacans ante acceptationem impetrantis alij fuerit collatum. M.I.P. d. reg. 41. except. 2. Cuius replicatio est: Nisi beneficium vacans per alium fuerit possessum. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel. lib. 5. de acq.

de aeq.possess.conclus.3.num.11.cum sequente.

XV. Regula, Mandatum de beneficio proximè vacaturo conferendo continet etiam id quod tempore mandati impetrati vacabat. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2.Papa cum mandat.

XVI. Regula, Mandatum de præbenda canonico conferri consueta conferenda continet etiam canonicatum. Turz. opin. 150.

EVENTVS COLLATIONIS.

XVII. Regula, Institutio clerici de beneficio confert ius plenum instituto sine apprehensione possessionis quæ vacat. Villal. I. 64.

XVIII. Regula, Actio beneficialis competit ex mandato Papæ de conferendo alicui beneficio, de quo s̃. reg.2. item ex collatione & ex aliis causis, de quibus M.I.P. d.c.7. reg.59. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum absenti collatio facta esset, ac terminus ad consentiendum constitutus, intra terminum non declarauerit suum consensum. M. I.P.d.reg.59.exc.2. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.6.de clausulis, concl 3.num.61.cum duob.sequentib. Altera exceptio: Nisi concedens beneficium, antequam sit collatum, fuerit mortuus. M.I.P.d.reg.59.except.5. Approbatur item & distinguitur apud Gabriel.lib.6.de prębendis, conclus. 1. Tertia exceptio est: Nisi habens mandatum de præbenda quam acceptauerit sibi conferenda, præbendam ab alio possessam, quamuis vacantem, acceptauerit. Quæ exceptio controuertitur apud Gabriel. lib. 5.de adq.possess. concl.3.num.13.cum sequente. Quarta exceptio est: Nisi habens mandatum de præbenda sibi conferenda, præbendam ab alio, qui prius habuit mandatum, acceptatam acceptauerit, eáque ei sit collata. hæc enim collatio non valet, per ea quæ dicta sunt s̃.reg.13. Huius exceptionis replicatio videtur: Nisi antequam priori accedat prouisio, eius mandatum fuerit reuocatum. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Gabriel.lib.6.de clausulis, conclus.3.num.64. 66. & 67.

XIX. Regula, Recepti authoritate Apostolica præferuntur cæteris in conferenda præbenda. M.I.P.d.cap.7.reg. 60. Accedit Turz.opin.6.num.1.

XX. Regula, Si duo diuerso tempore mandatum de conferenda sibi præbenda vacante vel vacatura impetrassent: Prior impetrans posteriori est præferendus. M.I.P.d.cap.7. reg.61.

reg. 61. Huius regulæ exceptio prima videtur: Niſi poſterior prius ſuas literas præſentauerit,& prius fuerit receptus. Quæ exceptio reprobatur M.I.P.d.reg.61.exc.3. Admittitur tamen,ſi prior intra menſem non acceptauerit. Quæ diſtinctio controuertitur apud Gabriel. lib.6.de clauſulis,concl.3. num. 65. & 69. Subdiſtinguitur d. concluſ. 3. num. 70. cum ſequente. Altera exceptio eſt:Niſi prioris mandatum fuerit conditionale poſterioris purum.Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 6.de præbendis,concluſ.2.

## DE AMITTENDIS PRÆBENdis & dignitatibus.

XXI. Regula, Præbendæ & dignitates ſine cauſa alicui non ſunt auferendæ.M.I.P. d.cap.7.reg.71.Accedit Iul.Clar. §. fin. quæſt. 74. verſ. regulariter.2. Huius regulæ exceptio videtur: Niſi Papa alicui ſine cauſa præbendam vel dignitatem abſtulerit. Quæ exceptio controuertitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. lib.1.cap.7.reg.56.except.3.

XXII. Regula, Si quis per ſimoniam conſecutus ſit præbendam, ea priuatur, per ea quæ dicta ſunt ſ. lib. 1. cap. vlt.de ſimonia,reg.5.

XXIII. Regula, Prælatus inſufficiens dignitate priuatur. Iul. Clar. §. fin.q.63.verſ.prælati,in prin.Cuius exceptio eſt in Papa d.verſ. [illegible] ſed quid in Papa.

XXIIII. Regula, Si ceſſauerit à diuinis,præbenda priuatur. M.I.P.d.cap.7.reg.79 Accedit Iul. Clar.§.fin.q.74.verſ. [illegible] clericus qui non dicit.

XXV. Regula, Si abſit ab Eccleſia ſua,vel non reſideat: priuatur præbenda.M.I.P.d.cap.7.reg.80. Accedit Viu.lib.1. [illegible] Cuius exceptio prima videtur: Niſi Papa abſenti indulſerit. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.P. [illegible] Accedit Viu.d.diſtributiones,ibi: quibus aſtipulantur,cum ſequentibus. Altera exceptio eſt:Niſi conſuetudo loci ſit in contrarium.Cuius replicatio eſt:Niſi Epiſcopus ſine conſenſu capituli eam fecerit. Turz. opin.13. num.1. Tertia exceptio eſt: Niſi in Epiſcopi ſeruitio abſit. Viu.d.diſtributiones,in prin.

XXVI. Regula, Si aduerſus eum qui contulit beneficium, fuerit ingratus:ex hac cauſa beneficium nō auferendum. Viu.lib.2.ingratitudinem.Iul.Clar.in §.donatio,quæſt. 21. verſ.ſed hic quæro.

XXVII. Regula, Si continentiam non seruauerit, vel vxorem duxerit, præbenda priuatur. M.I.P. d. cap. 7. reg. 86. Accedit Vill. B. 8. & C. 85. Iul. Clar. §. fin. quæst. 73 vers. clericus. 5. Huius exceptio prima est: Nisi in minoribus ordinibus constitutus vxorem duxerit. Quæ tamen exceptio reprobatur d clericus. ibi. & hoc locum. Altera exceptio videtur: Nisi matrimonium sit nullum ratione consanguinitatis. Sed reprobatur d. clericus. ibi: adde quòd illud. Tertia exceptio est: Nisi sententia declaratoria non interuenerit. Quæ exceptio est controuersa d. clericus. ibi: sed nunquid est. vbi etiam distinguitur. Quarta exceptio est: Nisi cum impubere matrimonium nulliter contraxit. d. clericus. ibi: sed quid si contraxit. Quinta exceptio est: Nisi sponsalia tantùm de furto contraxit. d. vers. sed quid si. ibi: propter quæ certum est. & Vill. B. 9. Sexta exceptio est: Nisi vxor ducta ante copulam ingrediatur monasterium. Reprobatur d. clericus. ibi: sed quid si vxor. Septima exceptio videtur in pensione, quam clericus in resignatione beneficij super fructibus reseruauerat. Quæ tamen reprobatur d. clericus. ibi: item clericus contrahens. Octaua exceptio est in simplici fornicatione, Vill. C. 84. Postremò notandum, quòd ex causa proposita non solùm beneficium, sed & regressus, accessus, & alia qnælibet iura ad beneficium competentia amittantur. d. clericus. ibi: adde quòd clericus.

XXVIII. Regula, Si in hæresin lapsus sit, deponitur. M. I. P. d. cap. 7. reg. 97. Accedit Iul. Clar. in §. hæresis. versic. 16. in prin.

XXIX. Regula, Si pater clerici hæreticus sit factus, vel hæreticos receperit: filius beneficium amittit. Quæ regula est controuersa d. vers. ib. ibi: quinimò. Cuius exceptio est: Nisi ante hæresin patris natus sit. Quæ tamen exceptio reprobatur d. §. hæresis. vers. 17.

XXX. Regula, Si beneficio vel dignitati renunciauit, eam amittit. M. I. P. d. cap. 7. reg. 102. Cuius exceptio est: Nisi renunciationis, antequam collatio alteri facta sit, renunciantem pæniteat. Quę exceptio reprobari videtur M. I. P. d. reg. 102. except. 7. Sed reprobatur apud Vill. R. 29.

XXXI. Regula, Si aduersus Apostolicam sedem contumax existens suspensus fuerit, & per annum in suspensione permanserit: beneficio priuatur. M. I. P. d. cap. 7. reg. 104. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 73. vers. item clericus. 6. in prin.

XXXII. Regula, Si factus sit miles beneficio priuatur d.vers.item clericus.ibi:item clericus qui effectus.

XXXIII. Regula, Si sit excõmunicatus vel suspensus, beneficio priuatur. Quæ regula approbatur & distinguitur d.q.73.vers.pariter etiam.7.in prin.

XXXIIII. Regula, Si beneficium permutauerit, vel colluserit in causa beneficiali: illud amittit. d.vers. pariter. ibi.item clericus colludens.

XXXV. Regula, Si bannitus sit perpetuò, beneficium amittit.d.vers.pariter,in fine.

## EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM regularum de amittendo beneficio generalis.

Planè istarum regularum, quæ sunt de beneficio amittendo, exceptio generalis est: Nisi sententia priuationis non sit secuta. Turz.opin.102.num.4. Cuius replicatio prima est in homicidio qualificato: puta cũ assasinio.d.opin.102.nu. 5. De qua replicatione vide item s̃. capit. proxim. reg. 20. except. 4.replic.1. Altera replicatio videtur: Nisi crimen, ob quod beneficio priuatur, sit notorium. Sed reprobatur d. num. 5. ibi: & quantumcunque. cum num. 6. Tertia replicatio est in concubinario notorio, Viu.lib.2.concubinarius, num.1.cum sequente.

XXXVI. Regula, Laicis non competit ius auferendi beneficia. M. I. P. d. cap.7.reg.105. Cuius exceptio videtur: Nisi laici institutionem præscripserint. Quę tamen exceptio reprobatur apud Gabriel.lib.5.de præscriptionibus, conclus. 2.num.9.cum num. sequente

XXXVII. Regula, Promotus à Papa ab ordinario deponi non potest. Villal.O.25.

XXXVIII. Regula, Episcopus non nisi à Papa deponendus.Iul.Clar.§.fin.q.73.vers.prælati.ibi scias tamen.

XXXIX. Regula, De degradandis clericis, habetur apud Iul.Clar.§.fin.q.74.vers.sed quęro.4.Duplex degradatio habetur apud Iul. Clar.d.§.fin.q.36.vers.scias autem. De qua re vide item s̃.lib.1.cap.8.q.4.reg.16.

XL. Regula, Priuatus præbenda fructus etiam restituere tenetur.Iul.Clar.d.q 73 vers.vlt.

XLI. Regula, De præbendis non minuendis cauetur M. I. P. d. cap. 7. reg. 114. Accedit Turz.opin. 3. in fine.vbi additur

additur exceptio.

XLII. Regula, De non diuidendis præbendis cauetur M.I.P.d.cap.7.reg.115. Cuius exceptio videtur: Nisi aliquis vltra numerum in canonicum sit receptus. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill.P.195.

XLIII. Regula, De non permutandis nec alienandis præbendis cauetur M.I.P.d.cap.7.reg.116. Cuius regulæ exceptio est: Nisi permutatione facta, sententia rescissoria non interuenerit. Vill.B.10. Huius replicatio videtur: Nisi sine consensu patroni facta sit permutatio. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Vill.P.74. & Soarez B.19.

XLIIII. Regula, De fructibus præbendæ vacantis disseritur apud Turz.opin.3.

XLV. Regula, Clericus est vsufructuarius, non vsurarius fructuum beneficij. Villal.C.92. Cuius exceptio est in tempore mortis, d.C.93. Cuius replicatio prima est: Nisi simplex sit beneficium. d.C.94. Altera replicatio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. d.C.95.

## *DE EPISCOPIS ALIISque prælatis in genere.*

## *CAP IIII.*

PRima regula, Maiores tantùm ciuitates priuilegio Episcopatus sunt honorandæ. M.I.P.lib.3.cap.8.q.7.reg.1. Accedit Vill.E.91.

II. Regula, Episcopus sine consensu capituli nihil administrare debet. M.I.P.d.cap.8.q.8.reg.14. Cuius exceptio prima videtur: Nisi statutum fecerit Episcopus de percipiendis vel non percipiendis fructibus in absentia. Quæ exceptio est controuersa apud Turz.opin.13 num.1. Altera exceptio est: Nisi Episcopus sine consensu capituli procuratorem vel œconomum constituat. Turz.opin.7.vbi etiam replicatur. Tertia exceptio est: Nisi Papa sine consensu Cardinalium administret. Vill.P.19.

III. Regula, Non requitur cōsilium capituli in eo quod gerit Episcopus, sed tantùm requiritur consensus: nisi in specialiter expressis. Turz.reg.52.

IIII. Regula, Episcopus laicis Ecclesiastica negocia committere non debet. M.I.P.d.q.8.reg.26. Accedit Vill.V.33.

V. Regula, Ne vnus Episcopus alterius plebem vsurpet,

nec alterius parochiæ terminos aut ius inuadat, cauetur M. I.P.d.q.8.reg.43. Huius exceptio est, quòd Episcopus in aliena diœcesi annulos portare, & in pontificalibus celebrare possit. Vill.E.92. Plura de regula proposita vide j.reg.17.

VI. Regula, De præsentia ab Episcopo distribuenda, habetur apud Viu.lib.1.archidiaconus.

VII. Regula, Cessante aliquo in iure suo exercendo, ius istud ad superiorem deuoluitur qui supplet. M.I.P. d. cap.8. quæst.9.reg.2. Imò ad solum Papam deuoluitur. Turz. reg.49.

VIII. Regula, Statuta Episcopi quatenus ligent inferiores prælatos & alias Ecclesias, disseritur apud Turz.opin.17.

IX. Regula, Episcopo ex reditibus & oblationibus Ecclesiæ debetur tertia pars. M. I. P. d.cap.8.q.10.reg.2. Cuius exceptio est: Nisi fraternitati laicorum sit oblatum. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. lib. 6. de pia causa, conclus.1.num.12.

## DE CHARITATIVO SVBSIDIO, quod debetur prælatis.

X. Regula, Charitatiui subsidij exactio est de iure diœcesano. Vill.C.9.petíq; potest per ea quæ habentur M.I.P. d. cap.8 q.8.reg.8. Cuius exceptio prima est: Nisi non subsit causa rationabilis. Vill.C.3. cum sequente. Altera exceptio videtur: Nisi sit remissum. Sed reprobatur Villal.C.5. Tertia exceptio videtur: Nisi per plures annos non sit petitum. Sed reprobatur Vill.C 6. Quarta exceptio: Nisi consilium & consensus capituli non præcesserit. Vill.C.10.

XI. Regula, Archidiaconus & alius inferior prælatus non potest petere charitatiuum subsidium: nisi hoc habeat ex priuilegio vel consuetudine. Villalobos A.145. & Soarez A.256.

XII. Regula, Charitatiuum subsidium debet solui ab eo qui fructus percepit, & non à nouo possessore. Vill.C.7.

XIII. Regula, Charitatiuum subsidium non exigitur à monasteriis. Villal.C.8. Hæc de charitatiuo subsidio.

## DE REBVS EPISCOPI.

XIIII. Regula, Res Episcopi ab Ecclesiæ rebus debent esse separatæ. M.I.P. d.cap.8.q.10.reg.16. Accedit Viu. lib.2. clericus habens.vers.imò retenta.

XV. Regula, Confugiens ad domum Episcopi, vi non est inde

inde abstrahendus. M.I.P. d.q.10.reg.20. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst.30. vers. scias etiam cum vers. sequente. vbi dicitur hanc regulam non obseruari.

## DE IVRISDICTIONE prælatorum.

XVI. Regula: Prælatus non habet territorium, nec potest habere officiales armatos, nec illorum iurisdictio adhæret territorio. Vill. I. 117. in addit. & P.222. ibi: prælati enim non habent.

XVII. Regula: Vnius Episcopi subditi, alterius Episcopi iurisdictioni non sunt subiecti. M.I.P. lib.3. c.9. reg.3. Accedunt ea quæ habentur s. reg.5. Huius regulæ exceptio videtur in subditis Episcopi suffraganei, qui ad iurisdictionem Archiepiscopi pertinere videntur. Sed exceptio hæc reprobatur M.I.P. d. reg.3. except. 3. Accedit Turz. opin. 187. vbi controuertitur in monachis.

XVIII. Regula, Laici ad iurisdictionem Episcopi non pertinent. M.I.P.d.cap.9.reg.4.except.8. Cuius exceptio est: Nisi causa laici Ecclesiastica sit. M.I.P.d.except.8.repl.2. Huius exemplum est crimen adulterij. Vill. L.5.

XIX. Regula, De iure dispensandi. Quatenus hoc Episcopo competat, dictum s. lib.1.cap.8.q.4.reg.1.except.3.

## DE ELECTIONIBVS prælatorum.

XX. Regula, Illegitimè natus in prælatum nō eligendus, M. I. P. lib.3.cap.10.q.1.reg.19. Cuius exceptio est: Nisi per subsequens matrimonium sit legitimatus. Vill. F 75.

XXI. Regula, Electio accusati vel denunciati non valet. M.I.P. d.q.1.reg.31. Cuius exceptio est: Nisi postea fuerit absolutus. Quæ exceptio est controuersa apud Viu. lib. 1. accusatus.

XXII. Regula, Clericis & monachis ius eligendi prælatum competit. M. I. P. d.cap.10. quæst. 2. reg 1. Cuius exceptio est: Nisi clericus sit impubes. d.reg.1.except.3. Accedit Villal. M.102.

XXIII. Regula, Si ij quorum est electio, eo iure omnes fuerint priuati; ad proximum superiorem ius illud eligendi deuoluitur. M.I.C. d.q.2.reg.2. Cuius exceptio est: Nisi in cathedrali Ecclesia aliter quàm propter negligentiam eligendi

iure fuerint priuati: hoc enim casu ad Papam ius eligendi deuoluitur. M.I.P.d.reg.2.except.1. Accedit Tuz.reg.49.

XXIIII. Regula, Ei quoque qui est in quasi possessione iuris eligendi, electio competit. M.I.P.d.q.2.reg.9. Accedit Vill.P.228.cum sequente.

XXV. Regula, Non nisi sepulto prius decessore, de electione tractandum est. M.I.P.d.cap.10.q.4.reg.2. Cui contradicit Vill. E.31. Cui obiectioni respondetur Vill. S.49. quòd regula proposita sit de honestate, non de necessitate.

XXVI. Regula, Etiam noctu potest fieri electio. Villalobos. E.32.

XXVII. Regula, Si in electione dissentiant, statur sententiæ maioris partis. M. I. P. d.cap.10.q 7.reg.5. Cuius exceptio est: Nisi in minori parte vnus duplicem vocem habeat: hic enim pro duobus computatur. veluti si idem Archidiaconus & canonicus sit in eadem Ecclesia. Viu.lib.1. Archidiaconus.

XXVIII. Regula, Munus consecrandi electum delegari potest. M.I.P.d.cap.10.q.8.reg.37. Accedit Vill.A.143.

## *DE PRAELATIS ALIISQVE personis ecclesiasticis in specie,*
## *CAP. V.*

### DE PAPA.

PRima regula, Papa omnes iudicat, & à nemine iudicatur. M.I. P.lib.3.cap.11.de Papa, reg.9. Accedit Iul. Clar.§. fin.quæst.35.vers. videndum igitur. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. Papa non potest. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi hæresin committat Papa: hoc enim casu potest accusari. Viu.d. Papa non potest. Altera exceptio est in quolibet crimine notorio, ex quo scandalizatur Ecclesia. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. d. vers. videndum igitur. ibi: dicit tamen glossa, cum sequentibus. Tertia exceptio est in temporalibus alterius regni: de his enim Papa non iudicat. Viu. lib. 2. Papa in terris, num.1.

II. Regula, Papa seu Romana Ecclesia non errat. M.I.P. d.cap.11.de Papa, reg.12. Contradicit Iul.Clar.§.fin.q.35.vers. sed retenta, in fine.

III. Reg-

III. Regula, Papa non est alligatus conciliis. M.I.P. d. cap.11. de Papa, reg.17. De hac re vide remissiuè Iul. Clar.d. vers.sed retenta.ibi: hic esset videndum.

IIII. Regula, Papa in beneficialibus plenam potestatem habet etiam sine causa auferendi alteri ius quæsitum. Quæ regula controuertitur per ea quæ habentur s.lib.1.cap.5.reg. 56. except.3.

## DE LEGATO PAPÆ.

I. Regula, Legatus Papæ legitimare non potest sine speciali concessione. M. I. P. lib.3.cap.11. de legato Papæ, reg.2. Accedit Vill.L.83.

II. Regula, Legatus Papæ non solùm per appellationem, sed etiam per simplicem querelam adiri potest. M.I.P.d.cap. 11.de legato Papæ, reg.4. Accedit Vill.L.8.

III. Regula, Legatus etiam in alio loco constitutus, in alio iurisdictionem suam exercere potest. M.I.P. d. cap. 11. de legato Papæ, reg. 6. Cuius exceptio est: Nisi extra prouinciam aliquem absoluat. Villal.L.9.

## DE VICARIO ET officiali.

I. Regula, Ratione ordinis spiritualis Episcopus vicarium constituere non potest. Turz.reg.74.

II. Regula, Vicarius primus non censetur reuocatus per constitutionem secundi. Vill.V.35.

III. Regula, Vicarius potest reuocari, quamuis de eo non reuocando iusiurandum sit præstitum. Gabriel.lib.2. de iureiurando, conclus.1.num.14.

## DE ABBATE.

I. Regula, Qualis iurisdictio Abbati in monachos competat, definitur Vill.M.123.

## DE ORDINIBVS MENdicantium.

I. Regula, Duo sunt genera mendicantium apud Iul.Clar. in §.testamentum, q.29.vers.debes.

II. Regula, Fratres prædicatores possunt capere vt vendant, & pretium in suum vsum conuertant. Vill.F.163.

III. Regula, Fratres minores non possunt esse executores testamentorum. Vill.F.164.

## DE HOSPITALI.

I. Regula, Hospitale priuatum non est impetrabile à Papa, licet dicatur pius locus. Vill.H.45.

# *DE REBVS ECCLESIASTICIS.* *CAP. VI.*

PRima regula, Valet legatum Ecclesiæ relictum vel ad pias causas. M.I.C. lib.3. cap.6. quæst.1. causa 1. Accedit Villal. L.108. cum sequente. & Iul. Clar. in §. testamentum, quæst.5. in prin.

II. Regula, Res Ecclesiæ alienari non possunt. M. I. P. d. cap.6. quæst.3. reg.1. & M.I.P. lib.3. cap.12. reg.12. Accedit Vill. A.81. vbi etiam distinguitur. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi res emphyteutico iure fuerit alienata. M. I. C. d. reg.1. except.2. Reprobatur tamen M. I. P. reg.12. except. 1. Cui accedit Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst.6. in prin. Admittitur tamen etiam iure Pontificio in rebus solitis in emphyteusin concedi, M. I. P. d. except. 1. distinct. 2. Cui accedit Iul. Clar. d. quæst.6. in prin. ibi: si verò res. item q. 28. vers. secundus est. ibi: aut verò erat. & vers. præterea posset. item Vill. E.53. in fine. Huius exceptionis in casu approbatæ replicatio prima est: Nisi res aliter quàm solita est, in emphyteusin concedatur. Iul. Clar. d. q.6. vers. scias tamen. & quæst.28. d. vers. aut verò erat. Cuius duplicatio est quoad solitum: nam non tota concessio in emphyteusin infirmatur, sed id duntaxat quod solitum excedit: quoad solitum, valet. Quæ duplicatio est controuersa d. vers. scias tamen. Altera replicatio est: Nisi in perpetuum etiam vltra secundum hæredem in emphyteusin sit concessa. M.I.C. d. except. 2. repl. 1. Controuertitur apud Iul. Clar. d. q. 6. vers. quæro vsque. 3. & Turz. opin.67. opin.73. in prin. item opin.188. nu.1. Reprobatur apud Vill. E.5. Huius duplicatio est, quòd nihilominus hæc concessio valeat vsque ad tertiam generationem. Villal. E.53. vbi apparet controuersa. Plures duplicationes vide ĵ. replicat. prox. Tertia replicatio est: Nisi res concessa sit, vt etiam ad extraneos transeat hæredes. M. I. C. d. except. 2. repl. 2. Accedit Turz. opin.73. num.1. Controuertitur apud Iul. Clar. d. q.6. vers. sed nunquid. 4. & Turz. opin.188. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi subsit causa necessaria & vtilis Ecclesiæ, adhibitisque debitis solennitatibus facta sit concessio. Turz. d. opin 188. num.2. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst.28. vers. secundus est.5. Altera duplicatio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. d. opin.188. nu.4.

Plures

Plures duplicationes vide d.opin.188. Sed & plura de replicatione proposita vide j.lib.5.cap.7.reg. 12. except.1.distin.1. replic.1.& 2. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi res Ecclesiastica locata sit. M.I.C. d. reg.1.except.10. & M.I.P. d.reg 12. except.2. Accedit Vill. L. 137. Huius replicatio prima est: Nisi prælatus res ex qua percipit fructus, locauerit, & mortuus fuerit: huic enim locationi successor stare non tenetur. Vill.L.136. cum sequente.& Viu.lib.2.conductorem expellere, num.1. cum duobus sequentibus. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi res Ecclesiastica pignori sit obligata. Quæ exceptio est controuersa. M.I.P. d.reg.12.except.3. Reprobatur apud Vill.P.192. vbi admittitur in generali hypotheca. Quarta exceptio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. M.I.P.d.reg.12.excep 30. Reprobatur tamen, Nisi fiat alienatio adhibitis debitis solennitatib.apud.Fichard.in addit.ad Villal.C.185.item S.67. Viu.lib.2.consuetudo non tenet. Quinta exceptio est: Nisi Ecclesiæ conditio per alienationem melior sit facta. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Gabriel.libr.3. de rerum alienat. conclus.1. Sexta exceptio est: Nisi prælatus ius alienandi præscripserit.Villal.P.235. Septima exceptio est: Nisi alienatio consistat in non acquirendo: veluti si legatum Ecclesiæ relictum sit repudiatum. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4. de legatis, conclus.3. Octaua exceptio est: Nisi quadraginta annorum præscriptio vindicationi rei alienatæ obstet. M.I. P.lib.3.cap.1 reg.19. Cuius replicatio est: Nisi dempto tempore, quo alienans vixit, quadraginta anni nondum sint completi. Vill.E.9.& R.42.

## DE DECIMIS.

III. Regula: Quatuor sunt genera decimarum. M. I.P. lib.3.cap.13.regu.3. Accedit Viu.lib.2.consuetudo non soluendi, num.6.

IIII. Regula: ab omnibus regulariter decimæ sunt persoluendæ. M.I.P. d.cap.13.reg.8. Cuius exceptio prima est in clericis & aliis religiosis, qui à decimis persoluendis sunt immunes. M.I.P. d.reg.8.except.1. Huius replicatio est: Nisi prædia sua non propriis laboribus ac sumptibus, sed per colonos colant. M.I.P. d.exceptio.1.replic.1. Huius duplicatio est: Nisi speciali priuilegio hoc casu se defendant. Viu. lib.2.

libr.2.priuilegium poteſt, num.2. Altera exceptio eſt: Niſi ſpeciali priuilegio quidam ſe tueantur. M. I. P. d.reg.8.except.2. Accedit Viu.libr.2. conſuetudo non ſoluendi, num.5. item Priuilegium poteſt, num.. Huius replicatio eſt: Niſi priuilegiati per triginta annos decimas ſoluerint. M.I.P. d. exceptio.2.replic.3. Accedit Viu.d.priuilegium poteſt, num. 3. Tertia exceptio eſt: Niſi conſuetudo loci incolas exemerit. Quæ exceptio controuertitur apud Viu.lib.2.conſuetudo non ſoluendi, num.1.cum tribus ſequentibus

V. Regula: Decima pars omnium frugum ratione decimarum debetur. M.I.P. d.cap.13.reg.11. Cuius exceptio prima eſt: Niſi conſuetudine loci minus ſoluatur. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Vill.C. 188. & P. 249. Altera exceptio eſt: Niſi Papa minus ſolui conceſſerit. Villal.P. 249.ibi: Curtius autem.

VI. Regula: Laicis decimæ non ſunt conferendæ. M.I.P. d.cap.13. reg. 22. Cuius exceptio prima eſt: Niſi Epiſcopus loci conſenſerit. Quæ exceptio controuertitur M.I.P. d.reg. 22, Reprobatur apud Vill.L.2. Altera exceptio eſt: Niſi laicus ante cõcilium Lateranenſe habens eas alteri laico conceſſerit. Quæ exceptio reprobatur Vill.L.2. Tertia exceptio eſt: Niſi vltra hominum memoriam laici decimas perceperint. Vill.P.250.

## DE OBLATIONIBVS.

VII. Regula: Si die feſto oblata vni debeatur, & die Dominico oblata debeantur alteri: & contingat feſtum eſſe in die Dominico: oblationes tunc factæ inter eos ſunt diuidendæ. Vill.O.1.

## DE IVRE PATRONATVS.

VIII. Regula: Ius Patronatus competit ex gratia & fauore Eccleſiæ, vt laici ad amplificationem Eccleſiarum inuitentur. Viu.lib.1.ius patronatus de gratia.

IX. Regula: Ius patronatus præſcriptione non acquiritur. Turz.opin.11. in prin. Vill.P. 231. Contradicit tamen Vill. I.181.& 184. in addi.1.item P.230.232.& .34.item Viu.lib.2.ius patronatus. Ex quibus patet, regulam propoſitam eſſe controuerſam. Planè huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi conſtet Eccleſiam non eſſe liberam, ſed alicui in ea ius patronatus competere: hoc enim caſu ius iſtud in ea præſcribi poteſt.

Turz.d.opin.11.num.1.& 2. Altera exceptio est: Nisi præscriptio sit temporis immemorialis. Fichard. in addit. ad Vill.I. 184.& vill.P.232. cum sequente.

X. Regula: Ius patronatus transit ad successorem vniuersalem, siue hæredem, siue alium. M.I.P. lib.3.cap.14.quæst.2. reg.1. Accedit Vill.I.82.cum sequente. item 16.quæst. 7. cap. filiis. Cuius exceptio videtur: Nisi extranei sint hæredes. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Turz.opin.34. Altera exceptio est: Nisi bona patroni ad fiscum deuoluantur. de qua vide s.libr.1. cap.11. regu. 27. exceptione 5.

XI. Regula: Ei cui patronus ius suum cessit, hoc ius non competit. M.I.P. d.quæst.2.reg.2. Accedit Villal.D.120.& I. 183.item P.54. Viu.lib.1.donari ac concedi, in fine. Cuius exceptio prima est: Nisi Episcopus loci in cessionem illam consenserit. Villal.D.120.& I.183. Huius replicatio videtur: Nisi post cessionem factam consenserit. Sed reprobatur apud Vill.C.166. Altera exceptio est: Nisi loco religioso ius patronatus sit cessum. M.I.P.d.reg.2.excep.1. Cuius replicatio est: Nisi sine consensu Episcopi loco religioso ius istud cessum sit. Quæ replicatio est controuersa M.I.P. d.exceptio.1. replic.1.magis tamen reprobatur apud Viu.d.donari ac concedi.vbi etiam distinguitur.

XII. Regula: Creditori, cui fundus pignori datus est, cui ius patronatus est annexum, non competit hoc ius. Vill. C.214.cum addit.

XIII. Regula: Sequestro an competat ius patronatus, controuertitur apud Vill.S.52.

XIIII. Regula: Pluribus patronis existentibus, sufficit maiorem partem præsentare vel consentire. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur & distinguitur apud Turz.opin.151.

XV. Regula: Vacante Ecclesia, non nisi ad præsentationem patroni aliquis est instituendus vel ordinandus. M.I.P. d.cap.14.quæest.3. regu.1. Accedit Turz.opin.12. num.1.cum sequente.& Vill.I.62. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi Conuentionalis sit Ecclesia quæ vacat. M.I.P. d.reg.1.excep. 1. Accedit Vill.I.184. Huius replicatio est: Nisi non electionem, sed præsentationem sibi in fundatione reseruauerit, vel præscripserit.d .I. 184. in addit. Altera exceptio est: Nisi semel aliquē patronus præsentauerit: hoc enim casu postea

alium

alium præsentando non auditur. M.I.P. d.reg.1. exceptio.2. Cuius replicatio est: Nisi cum duos præsentasset inuicem litigantes, vnus ex iis mortuus sit. Sed reprobatur apud Vill. P.290. Tertia exceptio est: Nisi intra tempus statutum, postquam beneficium vacare cœpit, neminem præsentauit. M.I.P. d.reg.1.except.5. Cuius replicatio videtur: Nisi ignorauerit beneficium vacare. Quæ tamen replicatio reprobatur apud.Vill.T.10. Quarta exceptio est: Nisi patrono sciente & non contradicente prælatus aliquem instituerit. Turz. opin.12.num.3. Quinta exceptio est. Nisi patronus sit excommunicatus. Viu.lib.2.excõmunicatus beneficium, nu.2.

XVI. Regula: Si in præsentando patroni discordent: præfertur sententia maioris partis. M.I.P.d. q.3.rep.7. Accedit Viu.lib.1.ius patronatus competens.

XVII. Regula: Ius patronatus amittitur per alienationem. Villal.P.54.

## DE REBVS ECCLESIASTICIS corporalibus in specie.

XVIII. Regula: Ædificia ex quibus prospectus est in religiosorum vel monialium hortos, prohibentur apud Soarez A. 114.

XIX. Regula: de imaginibus sanctorum non violandis, habetur M.I.P. lib.3.cap.15.reg.39. Cuius delicti pœna capitalis est apud Viu.lib.2.ludos omnes.versic. & istis tales percussores. Iul.Clar.in §.fin.quæst.68.versi. imaginem.10. Hæc de rebus Ecclesiasticis.

## *DE ACTIBVS ECCLESIASTICIS. CAP. VII.*

PRima regula. Oratio particularis plus prodest ad remissionem peccatorum quàm generalis. Vill.O.24.

II. Regula: Concubinarius & fornicarius diuina officia & sacra mysteria administrare non debet. M.I.P. lib.4.cap.2. quæst.1.reg.3.& quæst.7.reg.5. Accedit Viu.lib.2. concubinarius. Turz.opin.179.

III. Regula: Sodomita diuina officia administrare non debet. Viu.lib.2. Sodomita.

IIII. Regula: Is qui per somnum sibi visus est coire, à diuinis officiis abstinere debet. M.I.P. d.quæst.1.reg.7. Accedit

cedit Viu.libr.2.pollutio nocturna.

V. Regula: Simoniacus & alius hæreticus diuina officia administrare non debet. M.I.P.d.quæst.1.reg.9. Accedit Viu. lib.2.simonia.

VI. Regula: In priuatis ædificiis diuina officia peragere non licet. M.I.C.lib.3.cap.7. quæst.2.reg.2. & M.I.P. d.cap.2. quæst.3.reg.1. Accedit Iul.Clar.§.fi.quæst.79. versi.domus.4. Huius exceptio est: Nisi consensus Episcopi vel eius vicarij accesserit.d.versi.domus

VII. Regula: Sacramenta solus Episcopus conferre potest. Turz.opin.8.in princ. Cuius exceptio est: Nisi Papa alij delegauerit.d.opinio.8. Cuius replicatio est: Nisi laico delegauerit. Quæ replicatio est controuersa d.opin.8.ibi: tertia verò.

VIII. Regula: Sacramentum Eucharistiæ etiam damnatis ad mortem petentibus non est denegandum. Iul.Clar.§. quæst.99.versi.sed quæro 3.

IX. Regula: Baptismatis sacramentum delet peccatum, & prodest baptizato ad salutem.M.I.P. lib.4.cap.3.de baptismate, reg.2.Accedit Villal:B.1.Cuius exceptio prima est: Nisi baptismo Ioannis sit baptizatus. M.I.P. d.reg.2.except.2. Accedit.Vi.C.2. Altera exceptio est quoad temporalem pœnam.de qua exceptione vide s.lib.1.cap.6.except.18.

X. Regula: Is qui est in vtero matris, non est baptizandus. Quæ regula approbatur simul & distinguitur apud Viu. lib.2. baptizari.

XI. Regula: Compater ipse, non per alium, baptizandum debet offerre. Vill.C.99.

XII. Regula: Nomina in baptismate ad placitum assumuntur. Viu.lib.2.nomina,num.1. Est tamen bonum, habere nomen bonum.d.nomina,num.2.cum sequentibus.

XIII. Regula: Baptismatis sacramentum non reiterandum. M.I.C. lib.3.cap.7.de baptismate, reg.2.item M.I.P. d. cap.3.de baptismate, reg.60. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi hæreticus vel alius malus prius baptizauerit. Quæ tamen exceptio reprobatur d.regul.60. exceptione 2. Accedit Viuius libr.2.baptizari.versic.item baptismum. Altera exceptio est: Nisi matre baptizata, infans in vtero adhuc extiterit: hoc enim casu natus rebaptizari potest. M.I.P. d.reg.60.except.13. Accedit Viu.d.baptizari,in princ. vbi etiam replicatur.

XIIII. Regula: Baptizatus potest compellere susceptorem ad præstanda sibi alimenta. Vill. P. 29. in addit.

## DE POENITENTIA ET confessione.

XV. Regula: pœnitens eligere sibi sacerdotem potest cui confiteatur. M.I.P. lib.4. cap.5. regu 32. Huius exceptio est: Nisi is sacerdos, cuius est parochianus, satis sit idoneus ad confessionem audiendam. M.I.P. d.reg. 32. except.2. Cuius replicatio videtur: Nisi crimen quod vult confiteri, in alio loco commiserit. Quæ replicatio reprobatur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 38. versi. quæro nunquid.

XVI. Regula: Laicus confessionem audire & absoluere non potest, per ea quæ habentur s. lib.1. cap.2. except.2. Cuius exceptio prima est: Nisi deficiente sacerdote, ob necessitatem laico confessio fiat. M. I. P. d. cap.5. reg 35. Accedit Viu. lib.2. confiteri quilibet, num.1. Altera exceptio est: Nisi laicus errore communi pro sacerdote vulgò habitus sit: tunc enim absolutio ab eo facta valet. Viu. d. confiteri quilibet, num.3.

XVII. Regula, Etiam notoria & nota ipsi sacerdoti patefacere debet. Vill. C. 160.

XVIII Regula, Sacerdos peccata quæ quis confessus est, reuelare prohibetur M.I.P. d.cap.5. reg.41. Accedit Viu. lib.2. confessionem, num.1. item Confiteri quilibet, num.2. Huius exceptio prima est: Nisi confessus consenserit peccata reuelari. Villal. P. 57. & Viu. lib.1. confessio. §. hoc verò Altera exceptio: Nisi peccatum futurum confessus sit. Viu. d. confessionem, numero secundo. Tertia exceptio est: Nisi laicus testis confessionem reuelet. Viu. d. confessionem, num. 3. Quarta exceptio videtur: Nisi Papa reuelari mandauerit. Quæ exceptio reprobatur Viu. d. confessionem, num. 1.

XIX. Regula, Pœnitentia nulli petenti deneganda. M.I.P. d. cap.5. reg.51. Cuius exceptio videtur: Nisi apostata ad pœnitentiam admitti petat. Sed reprobatur apud Soarez A. 190.

XX. Regula, Pœnitentia indicenda pro qualitate peccati & indicentis arbitrio. M.I.P. d.cap.5. reg.52. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 83. vers. vlt. vbi additur, has pœnas non esse amplius in vsu.

DE

## DE PECCATIS.

XXI. Regula, Peccatum diuiditur in mortale & veniale. M.I.P.lib 4.cap.6.q.2.reg.1. Correctio autem fraterna cadit sub præcepto peccati mortalis. Vill.C.202. Iuramentum temerarium vtrum sit peccatum mortale, an veniale, differitur apud Viu.lib.2 promissio, num.6.

XXII. Regula, Mediocriter mali sunt qui decesserunt cum multis peccatis venialibus. Vill.M.84.

XXIII. Regula, Facere contra legem etiam ciuilem, peccatum est mortale. Vil..L.95.

XXIIII. Regula, Pollutio nocturna dormientis & somniantis an sit peccatum, differitur apud Viu. libr.2.pollutio nocturna.

## DE SEPVLTVRA.

XXV. Regula, In ciuitate non est sepeliendum. M.I.C. lib.3.cap.7.de sepultura, q.3.reg.1. Accedit Iul.Clar. §.fin.q. 79. vers.locus in quo.6.vbi hæc regula dicitur vsu sublata.

XXVI. Regula, Potest quis sepulturam sibi eligere. M. I.P.lib.4.cap.9.q.2.reg.1. Pater autem filio sepulturam eligere non potest. M.I.P.d.reg.1.except.2. Accedit Vill.P.48.

XXVII. Regula, Vsurarij manifesti in cœmeterio non sunt sepeliendi. M.I.P.d.quęst.2.reg 9. Cuius exceptio videtur: Nisi fœnerari desierint. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Viu.lib.1.vsurarius.vers.item accedit hoc.

XXXIII. Regula, Vltimo supplicio adfecti non prohibentur in cœmeterio sepeliri. M.I.P.d.q.2.reg.11. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.100.num.1.ibi;de iure autem.

## DE IVREIVRANDO relaxando.

XXIX. Regula, Iusiurandum vt relaxetur, peti potest propter enormissimam læsionem. Fichard. in addit. 2. ad Vill.E.90. Idem in addit. ad Vill.L.1. Plures causas petendæ relaxationis iuramenti vide M.I. P. lib. 4.cap.10.de iureiurando, reg.1. Quarum exceptio generalis hęc est: Nisi post commissum periurium relaxatio petatur. Turz.opin.2.nu.1. vers.abba tamen.item Fichard.in addit.ad Vill. P.75. Huius replicatio est: Nisi propter temporis lapsum commiserit periurium: quia fortè in termino contra iusiurandum non soluerit, vel interpellatus in mora fuerit. Quæ replicatio est controuersa apud Turz.d.opin.2.in prin.

XXX. Regula, A solo Papa relaxatio iurisiurandi petenda. Viu. lib. 2. absolutio, num. 1.

XXXI. Regula, De precibus formandis pro relaxatione impetranda, habetur apud Viu. d. absolutio, num. 9. cum sequente.

XXXII. Regula, De citando prius aduersario, quàm relaxatio indulgeatur, habetur apud Turz. opin. 47. Vill. C. 45. Controuertitur apud Fichard. in addit. ad Vill. I. 122. Viu. lib. 2. absolutio, num. 2. cum quatuor sequentibus.

XXXIII. Regula, Relaxatione impetrata, impetrans venire potest contra actum iuratum. Cuius exceptio prima est: Nisi relaxatio sit indulta ad effectum agendi: per hanc enim non censetur indulta potestas veniendi contra actum iuratum. Turz. opin. 2. num. 2. cum sequente. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. absolutio, nu. 11. cum sequente. Altera exceptio est: Nisi sine causa fuerit relaxatio indulta. Turz. opin. 10. Tertia exceptio est: Nisi obreptum fuerit Papæ. Viu. d. absolutio, num. 7. cum sequente.

## DE CONCILIIS ET VISITATIONIBUS.

XXXIIII. Regula: Minores ætate ad concilia non sunt euocandi. Villal. M. 102.

XXXV. Regula, Visitatio institui potest, licet Episcopi suffraganei non sint negligentes. M. I. P. lib. 4. cap. 24. quæst. 1. except. 1. Accedit Villal. A. 144.

XXXVI. Regula: Confraternitates laicorum Episcopus visitare non potest. Gabriel. lib. 6. de pia causa, conclus. 1. num. 14. cum sequente. Contradicere videtur d. conclus. 1. num. 7.

## *DE SPONSALIBVS ET nuptijs. CAP. VIII*

### DE SPONSALIBVS.

Prima regula: Sponsalia diuiduntur in sponsalia de præsenti, & de futuro, M. I. P. lib. 4. cap. 11. quæst. 2. Sponsalia de præsenti quibus verbis contrahantur, differitur apud Viu. libro 2. matrimonium tecum. item Matrimonium indicunt.

II. Regula, Sponsa de præsenti quamuis carnaliter non cognita, vxoris loco habetur. M. I.P. d.cap.11.quæst.3. Controuertitur autem hæc regula apud Fichard. in additionib. ad Villal. S. 88. Distinguitur in odiosis Villal. M. 81. & 140. Quæ distinctio multò magis obtinet in sponsa de futuro, exemplo Villal. S.95.

III. Regula, Sponsalia perinde ac nuptiæ consensu contrahuntur. M.I.C.lib.4.cap.1.quæst.3.in prin.& M.I.P.d.cap. 11.quæst.4.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi sponsalia inter eos easúe, qui quaúe nuptias inuicem cõtrahere prohibentur, sint contracta. M. I. C. d. quæst. 3. except. 1. & M. I. P. d.quæst.4 except.1. Huius replicatio est: Nisi inter impuberes sponsalia sint contracta: hęc enim sponsalia valent, quamuis nuptiæ inter eos contrahi non possint. M.I.C. d.excep.1.repl.1.& M.I.P.d.except.1.repl.1.Accedit Viu.lib.2. matrimonium non potest, num. 3. Huius duplicatio est: Nisi impuberes minores sint septem annis. M.I.C. & M.I.P. d.repl.1.dupl.1.Accedit Viu.d.num.3.Altera propositę regulæ exceptio est: Nisi sponsalibus sub conditione contractis, conditio nondum extiterit. M.I.P.d.q.4.except.3. Cuius replicatio est in sponsalibus de præsenti, in quibus conditio pro non adiecta habetur. M. I. P. d.except. 3. repl.1.Accedit Vill.M.83.cum addit. De qua re vide plura J.c.prox.except. 15.cum sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi sponsalia sub conditione, quæ naturæ matrimonij contraria est, sint contracta. M.I.P.d. quæst.4.except.4. Accedit Vill. M. 63. cum sequente. vbi etiam additur replicatio. Quarta exceptio, sumpta ex specie & quantitate arrhæ, quę sponsaliorum nomine datur, reprobatur apud Soarez A. 270. Quinta exceptio: Nisi vtrinq; arrhæ tradantur. Quę exceptio est controuersa apud Villal. A. 271. Sexta exceptio: Nisi sponsalibus postea sit renunciatum. M.I.P.d.quæst.4.except.5. Cuius replicatio prima est: Nisi sponsalia sint de præsenti: his enim renunciari nequit. M. I. P. d.except.5.repl.2.Huius duplicatio est: Nisi impubes sponsalia de præsenti contraxerit: hic enim iis renunciare potest. M.I.P.d.repl.2.dupl.1. Cuius triplicatio est: Nisi amplexus, oscula & munera ætate superueniente sint secuta. Vill.S.91.cum sequente. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi carnalis copula superuenerit: hoc enim casu ne de futuro quidem sponsalibus potest renunciari.M.I.P.d.excep.5.repl.3.Accedit Vill.P.348. Huius

duplicatio videtur: Nisi protestatio fuerit interposita de nō consentiendo per copulam. Quæ tamen duplicatio reprobatur Vill.S.88 Tertia replicatio est: Nisi iusiurandum sponsalibus interuenerit. M.I.P.d. except.5.repl.4. Cuius duplicatio est: Nisi iusta subsit causa: hoc enim casu quamuis iusiurandum interuenerit, nihilominus sponsalibus potest renunciari. d.replic.4.duplic.1. Iusta autem causa censetur, si sponsa facta sit pauperior, vt dotem soluere non possit. Secùs, si nullam dotem promisit. Vill. S. 93. Quarta replicatio videtur: Nisi sponsa in domum sponsi sit traducta. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Vill.S.89.cū addit. Quinta replicatio videtur: Nisi amplexus, oscula vel munera interuenerint. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Vill.S. 90. Hęc de sexta exceptione. Septima exceptio: Nisi sponsus postea cum alia, vel sponsa cum alio sponsalia vel nuptias contraxerit. M.I.P.d.q.4.excep.6. Cuius replicatio prima videtur: Nisi priora sponsalia iuramento fuerint firmata. Quæ replicatio est controuersa M. I. P. d. except.6.repl. 3. & reprobatur apud Villal.S.94. Altera replicatio videtur: Nisi posteriora sponsalia copula carnalis non sit secuta. Quę tamen reprobatur apud Vill. S.94.

IIII. Regula, Nuptiis non secutis, arrha sponsaliorum nomine data restitui debet. M.I.C.d.cap.1.quæst.4.reg.1. Accedit Soarez A.272. Cuius exceptio prima est: Nisi per eum qui arrham edit, steterit quo minus nuptiæ fuerint secutæ. d. 272. Altera exceptio est: Nisi ob adulterium sponsæ nuptiæ non sequantur. Quæ exceptio species est præcedentis, & approbatur apud Soarez A.80.

V. Regula, Nuptiis non secutis, dos dato repetitur. M.I. C. d. q. 4. reg 3. In quam actionem venit solidum, etiamsi reus solidum facere non possit. Vill. N.50. Et competit hæc actio statim, non post annum. Vill. N.49.

VI. Regula, De damno ex contractu matrimonij emergente actio non datur, nisi dolus interuenerit. Vill. D.2.

DE NVPTIIS.

VII. Regula, Liberi ex iniustis nuptiis procreati spuriis similes sunt. M. I. C. libro 4. cap. q. 3. reg.1. & M. I. P. lib. 4. cap. 12. quæst. 6. reg.10. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi per ignorantiam iniustæ nuptiæ sint contractæ. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d. reg. 1. except. 1. Reprobatur M.I.P.d.reg. 10.except.1.& cap.15.replicat.1. Con-

trouertitur

trouertitur apud Viu. lib. 1. matrimonium. verſ. & hic. diſquirendum. Altera exceptio eſt: Niſi in facie Eccleſiæ iniuſtæ nuptiæ ſint contractæ. Quæ exceptio reprobatur M.I.P. d.reg.10 except.2. Approbatur M. I.P. lib. 4.cap.15.replic.2. Controuertitur apud Viu. d. verſ. & hic.diſquirendum. De qua re vide item ĵ.cap.11.reg.18 except.1.

VIII. Regula, Nuptiis iniuſtis exiſtentibus, nec dos, nec donatio propter nuptias intelligitur. M.I.C.d.q 3 reg.2. Cuius exceptio eſt: Niſi ſtatuto nuptiæ ſint prohibitæ. Quę exceptio approbatur & diſtinguitur apud Iul. Clar. §.fin.q.28. ſtatuto.3 in prin.cùm verſ.quatuor ſequentib.

IX. Regula, Iniuſtis nuptiis exiſtentibus, quod dotis nomine datum eſt, fiſco vindicatur. M I.C.d.quæſt.3.reg.3. Accedit Iul. Clar.in §.fin quæſt.80.verſ.dos mulieris. 4. Cuius regulæ exceptio eſt: Niſi per errorem & ignorantiam iniuſtæ nuptiæ ſint contractæ. M. I. C. d.reg.3.except.1. Accedit Viu. lib. 1.matrimonium. verſ.occurrit etiam. Huius replicatio eſt: Niſi non facti, ſed iuris error fuerit. Iul.Clar.d.verſ. dos mulieris.

X. Regula, Iniuſtæ nuptiæ pœna excommunicationis puniuntur. M.I.P. d.quæſt.6.reg.11.Accedit Iul. Clar.in §.inceſtus.verſ.5. Puniuntur item aliis pœnis. M.I.C.d.q.3.reg.6. vbi publicatio bonorum imponitur. Accedit huic Viu. lib. 1. matrimonium, in prin. & Iul. Clar. in d. §. inceſtus. verſ. 2. Cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi matrimonium copula carnali non ſit conſummatum. Iul.Clar.in d.§.inceſtus. verſ.7. & Viu.d.verbo Matrimonium.ibi:& regula iſta. Vill. M.80. cum addit. Altera exceptio eſt: Niſi ſententia non ſit ſecuta. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Viu.in d. verbo Matrimonium, in prin. ibi: & confiſcatio ipſa ſit ipſo iure. Tertia exceptio eſt: Niſi matrimonium ſub hac conditione ſit contractum, Si Pontifex diſpenſauerit. Quæ exceptio controuertitur d. matrimonium.ibi:& præmiſſa ampliantur.Iul.Clar.in d.§.inceſtus.verſ.6. Quarta exceptio videtur: Niſi nõ per nuptias, ſed per ſtuprum inceſtus crimen ſit comiſſum. Quæ tamen exceptio reprobatur d.matrimonium.ibi:ampliatur ſecũdò. Quinta exceptio eſt: Niſi ſponſalia tantùm ſint contracta Vill.S 95. Vide ŝ.except.1. Sexta exceptio eſt: Niſi ignorans iniuſtas nuptias contraxerit, vel inceſtum commiſerit. d. matrimonium. ibi .limitatur. & Iul. Clar.d.§.inceſtus.verſ.8.Huius exceptionis replicatio

est: Nisi certior factus à coitu non abstinuerit. Quæ replicatio approbatur d.vers.limitatur. ibi: & hoc procedit. Reprobatur tamen apud Iul. Clar.in d.§.incestus.vers.9. Septima exceptio est: Nisi non secundum ciuile, sed secundum canonicum ius nuptiæ sint incestuosæ. Quæ exceptio controuersa est apud Iul.Clar.in d.§.incestus.vers.3. Octaua exceptio est: Nisi non incestuosæ, sed alio modo iniustæ nuptiæ sint contractæ. Quæ exceptio est controuersa in d.§.incestus.vers.4. Nona exceptio est: Nisi Iudæi contra ius ciuile, permittente lege Mosaica, iniustas nuptias contraxerint. d.§.incestus. vers.10. Decima exceptio est: Nisi contra ius ciuile, permittente iure canonico, nuptiæ sint contractæ. Villal.N.48. Plures huiusmodi exceptiones vide j.reg.prox. in fine, replic.gener.1.cum sequentibus.

## DE EXCEPTIONIBVS aduersus nuptias.

XI. Regula, Regulariter nuptiæ iustæ præsumuntur. Ideóque dicenti iniustas probatio incumbet. quæ probatio sumenda est ex sequentibus exceptionibus, desumptis partim ex personis nuptias contrahentium, partim ex aliis huiusmodi circunstātiis. Est igitur aduersus nuptias prima exceptio hæc: Nisi inter cognatos nuptiæ sint contractæ. Quæ exceptio approbatur M.I.C. lib.4.cap.3.except. 1.& 2.item M.I.P.lib.4.cap.13.except.1. Cuius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi per adoptionem sint cognati. Quæ tamen replicatio reprobatur M.I.C.d.excep.1.repli.1. & except.2.repl.1.item M.I.P. d.except.1.repl.1. Accedit Vill. M.60. Planè admittitur replicatio proposita, si adoptiuus vel naturalis fuerit emancipatus: tunc enim dissoluta per emancipationem adoptione conualescit matrimonium. M.I.C. d.replic.1. distinct.3.& M.I.P. d.repl.1.distinct.1. Accedit Vill. M.62. Cuius duplicatio est: Nisi dissoluta per emancipationem adoptione, nouus consensus non accesserit. Vill. M. 61. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi vltra quartum gradum sibi inuicem sint cognati. M. I. P. d.except. 1. replic. 3 Hoc loco notandum, gradus cognationis aliter iure Ciuili, aliter Pontificio iure computari. de quo vide M.I.P. d. repl. 3. vbi inter cætera est annotatum, cōputationem graduum quæ fit iure Pontificio in causis tantùm matrimonialibus, non etiam in successionibus.

nibus attendi. Cui accedit Viu. lib. 1. statutum disponens super gradibus & Villal. C. 14. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio: Nisi inter adfines nuptiæ sint contractæ. M. I. C. d. cap. 3. except. 3. & M. I. P. d. cap. 13. except. 2. Cuius replicatio videtur: Nisi non per nuptias, sed per adulterium vel stuprum adfinitas sit contracta. Quæ tamen replicatio reprobatur M. I. P. dict. except. 2. replicatio. 5. Accedit Vill. A. 72. & Soarez A. 134. Tertia exceptio: Nisi rapta raptori suo nupserit. M. I. C. d. cap. 3. except. 41. & M. I. P. d. cap. 13. excep 13. Hæc tamen exceptio iure nouo mutatur ac reprobatur M. I. P. d. except. 13. fine Accedit Iul. Clar. in §. raptus vers. 7. Quarta exceptio: Nisi habens vxorem, aliam duxerit: vel habens maritum alij nupserit. M. I. C. d. cap. 3. except. 44. & M. I. P. d. cap. 13. except. 17. Cuius replicatio est: Nisi posterius matrimonium in facie Ecclesiæ sit contractum, prius non. Villal. M. 73. Quinta exceptio: Nisi cum impubere matrimonium sit contractum. M. I. C. d. cap. 3. except. 47. & M. I. P. d. cap. 13. except. 27. Accedit. Villal. M. 57. Viu. lib. 2. matrimonium non potest, num. 1. Declaratur exceptio proposita definitione pubertatis M. I. P. d. exceptione. 27. in prin. Accedit Viu. d. num. 1. cum sequente. Huius replicatio prima est: Nisi cũ pubertatis proximo matrimonium sit contractum, in quo malitia supplet ætatem. M. I. P. d. except. 27. repl. 1. Accedit Vill. I. 16. M. 4. & 59. Quis autem dicatur pubertati proximus, arbitrio iudicis relinquitur, Viu. lib. 1. pubertati. Altera replicatio est: Nisi impubes antea cum alia carnaliter coierit. Vill. M. 58. Sexta exceptio: Nisi is qui præsbyterum occidit, nuptias contraxerit. Vill. M. 69. Septima exceptio: Nisi impotens vxorem duxerit. M. I. P. d. c. 13. except. 36. Accedit Vill. M. 66. Huius replicatio prima est: Nisi non natura, sed casu sit impotens. Villal. M. 67. Altera replicatio est: Nisi extraneam cognoscat. Vill. M. 68. Octaua exceptio: Nisi generare nolens nuptias contraxerit. Vill. G. 6. Nona exceptio: Nisi eam duxerit, quæ eius dignitati est impar, & quam honestè in vxorem habere non potest. Hæc exceptio est controuersa, Fichard. in addit. ad Villal M. 47. Decima exceptio: Nisi eam duxerit, quam se non ducturum antea iurauerat. Hæc exceptio reprobatur apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, conclus. 1. num. 18. & sequente. Vndecima exceptio: Nisi sine consensu parentum nuptiæ sint contractæ. M. I. C. lib. 4. cap. 4 except. 1. & M. I. P. lib.

4.cap.14. except. 2. Contradicit Viu.lib.1.in verbo Filius. §. pater tenetur,nu.2.ibi:cæterùm.item nu.3.& 4. & Vill F.112. 113.136.item M.141.& P.71. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi is eáue. qui quà ue nuptias contrahit, non sit in potestate parentum. M.I.C.d.except.1.repl.1.Cuius duplicatio est: Nisi filia sui iuris existens minor sit vigintiquinq; annis M.I.C d.repl.1.dupl.1.Contradicit Vill.F.114. & 136.ibi: & illud quod. Quibus duplicatio proposita reprobatur. Admittitur tamen,si turpem vitam elegerit.Villal.F.115. Altera replicatio est: Nisi filius filiaúe peruenerit vsque ad annum vicesimumquintum. Viu.lib. 1. filius.§. pater tenetur, num. 4.in fine,cum duobus sequentib. Duodecima exceptio:Nisi desponsati in nuptias non consenserint. M. I. C. d.cap.4.except.6.& M. I. P. d.cap.14. except. 3. Cuius replicatio prima est: Nisi verbis annuit. Cuius duplicatio prima est: Nisi verbis fraudem adhibuerit quasi consentiret,vt puella frueretur. Quæ duplicatio approbatur M. I. P. d.except.3.repl.3. Cuius tamen alia interpretatio habetur apud Villal. M. 33. Altera duplicatio est: Nisi antea protestatus sit, quamuis verbis annueret, tamen se non consensurum. Villal. P. 369. Altera replicatio est: Nisi præsens tacuit. Villal.M.38. Cuius duplicatio est: Nisi antea protestatus sit, se non consensurum. Vill.P.378. Decimatertia exceptio: Nisi metus causa matrimonium sit contractum. M.I.P.d.cap.14.except.4. Accedit Vill. M.43. & 44. Huius replicatio prima est: Nisi metum passus causam metui dederit.Sed reprobatur apud Vill. M.45. Altera replicatio videtur: Nisi præsumptus sit metus, non verus. Sed reprobatur apud Vill.M.44. Tertia replicatio est: Nisi non talis sit metus, qui cadat in constantem virum.Vill.M.46. Quarta replicatio videtur: Nisi metus fuerit reuerentialis.Sed reprobatur apud Villal.M.49.Cum tribus sequentibus. Decimaquarta exceptio: Nisi non liberorum,sed libidinis causa matrimonium contrahatur. Reprobatur hæc exceptio M.I.P. d.cap.14.except.6. Admittitur, si studio indagatur, ne ex coitu liberi procreentur. d. except.6. in fine.Accedit Villal.G.6 Decimaquinta exceptio: Nisi sub conditione nuptiæ sint contractæ. Quæ exceptio reprobatur M.I.P. lib.4.cap.11.q 4. except.3.repl.1. Accedit Villal. M. 40.item 83.cum addit.Decimasexta exceptio: Nisi sub conditione quæ est contra substantiam matrimonij, nuptiæ sint contractæ. Villalobos. M. 63. Decimaseptima exceptio: Nisi

Nisi cum sub conditione, Si Fuerit dispensatum, matrimonium esset contractum, dispensatione superueniente non denuò consenserint. Vill. M. 41. Cuius replicatio est: Nisi postea cohabitauerint, vel Cardinalis copula interuenerit. Vill. M 41. & 63. Decimaoctaua exceptio: Nisi stipulatio non interuenerit. M. I. P. d. cap. 14. except. 12. Contradicit Vill. M 32. & 33. item V. 26. Viu. lib. 2. matrimonium, In matrimonio. Decimanona exceptio: Nisi ita sit contractum matrimonium, Non nisi te habebo in vxorem. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. M. 34. Vigesima exceptio: Nisi ita sit contractum matrimonium, Non mutabo te pro meliori vxore. Et hæc reprobatur apud Villal. M. 35. Vigesimaprima exceptio: Nisi ita sit contractum matrimonium, Iuro vel promitto quòd te habebo in vxorem. Sed & hæc reprobatur apud Vill. M. 36. Vigesimasecunda exceptio: Nisi lite pendente super alio matrimonio, nuptiæ sint contractæ. M I. P. lib. 4. cap. 17. q. 3. reg. 3. Accedit Villal. M. 65. Vigesimatertia exceptio: Nisi à iam morituro matrimonium sit contractum Quæ exceptio reprobatur apud Vill. M. 73. in addit. Vigesimaquarta exceptio: Nisi Cardinalis copula non accesserit. Quæ exceptio reprobatur M. I. P. d. cap. 4. except. 7. M. I. P. d. c. 14. except. 8. Accedit Vill M. 32.

## REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM exceptionum generales.

Planè exceptiones hactenus enumeratæ, & si quæ sunt similes, recipiunt aliquot replicationes generales, quarum prima hæc est: Nisi Papa dispensauerit. M. I. P. lib. 4. cap. 16. repl. 7. Cuius duplicatio est: Nisi in dispensatione affinitatis, affinitas & publica honestas non sit expressa. Villal. D. 76. Altera replicatio generalis est: Nisi nuptiæ iure ciuili prohibitæ, iure canonico sint permissæ. Villal. N. 48. Plures huiusmodi replicationes vide s. reg. 7. cum trib. sequentibus. Quæ enim ibi exceptiones propositæ sunt, hic replicationum loco repeti possunt.

## DE IVRE CONTRACTI matrimonij, constante matrimonio.

XII. Regula, Ex contractu matrimoniali actio nascitur, qua alter coniugum alterum deserentem petere ac persequi potest. M. I. C. lib. 4. cap. 7. reg. 12. & M. I. P. lib. 4. cap. 17. quæst. 1.

Cuius except. prima est: Nisi notoria sit fornicatio desertæ actricis. M. I. P. dict. quæst. 1. except. 5. Accedit Iul. Clar. in §. adulterium. vers. 12. ibi: quinimò. Altera exceptio videtur: Nisi à patre mariti vxor detineatur. Quæ exceptio reprobatur Vill. M. 13.

XIII. Regula. De probando matrimonio vide s. libro. prox. cap. 10. in verbo Matrimonium.

XIIII. Regula, De paraphernalibus. Quid iuris maritus in hisce habeat, & quæ horum nomine competat actio soluto matrimonio, definitur M. I. C. lib. 4. cap. 7. reg. 3. Accedit Vill. B. 36. Quæ actio denegatur, si vxor adulterium commiserit. Iul. Clar. in §. adulterium. vers. 15. in prin. Soarez. A. 80.

XV. Regula: Quid veniat in iam dictam actionem? De fructibus rerum paraphernalium differitur apud Villal. F. 171. & M. 21.

XVI. Regula, De rebus vxori defunctæ à cognatis mariti donatis. Hæ non veniunt à marito restituendæ. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. donata sponsæ.

XVII. Regula, Maritus vxorem alere tenetur. M. I. C. d. cap. 7. reg. 7. Cuius exceptio est: Nisi separatio thori facta sit ob adulterium vxoris. Quæ tamen exceptio reprobatur Iul. Clar. in §. adulterium. vers. 17. in prin. Plura de regula proposita vide apud Vill. M. 14. in addit. & nu. 24.

XVIII. Regula: Alimentorum nomine, quæ maritus vxori debet, actio hypothecaria non competit. Vill. B. 35.

XIX. Regula: De alendo marito bannito ab vxore differit Iul. Clar. in §. fin. quæst. 82. statuto 2. vers. item quæro. 4. Soarez B. 13.

XX. Regula, De non verberanda vxore cauetur M. I. C. d. cap. 7. reg. 9.

XXI. Regula, Vxor maritum mutantem domicilium sequi tenetur: nisi aliud conuenerit. Vill. V. 74.

XXII. Regula, Vxor in patris, non mariti est potestate. Fichard. in addit. ad Vill. V. 74.

XXIII. Regula, Maritus ob dotem non solutam vxorem potest expellere. Quæ regula est controuersa apud Villal. M. 14.

## DE SOLVTIONE matrimonij.

Causæ

## CAVSÆ EX QVIBVS SOLVAtur matrimonium.

XXIIII. Regula: Fornicatio coniugis est iusta causa diuortij. M.I.P. libr.4.cap.18. causa 3. Accedit Iul.Clar.in §. adulterium. versic. 12. ibi: & hinc. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi vterque coniugum fuerit fornicatus. M. I. P. d.causa 1.exceptio.4. Cuius replicatio videtur: Nisi post sententiam diuortij dictam alter quoque fuerit fornicatus, non ante. Quæ replicatio reprobatur apud Vill.M.22. Altera exceptio est, quòd non in totum ex causa proposita, sed quoad thorum saltem dissoluitur matrimonium. Viu.lib. 1.mulier non potest, num.6.ibi: exploratum est.

XXV. Regula: Sodomiæ crimen est iusta causa diuortij, quoad thorum. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2.Sodomiæ.vill.M.72.Iul.Clar.in §.sodomia.versic.7.

XXVI. Regula: Hæresis est iusta causa diuortij. M.I.P. lib.4.cap.18.causa 4. Accedit Iul.Clar. in §.hæresis. versic.15. vbi etiam distinguitur.

XXVII. Regula: Votum continentiæ ac religionis est iusta causa diuortij. M.I.P. d.cap.18.causa 6. Cuius exceptio est: Nisi alter coniunx in votum illud non consentiat. M.I.P. d.causa 6.except.2. Accedit Fichard.in addit.ad Vill.P.52.

XXVIII. Regula: Dispensatio est iusta causa diuortij. Quę regula approbatur sub cõditione apud Vill.M 77.cum duobus sequentibus.

XXIX. Regula: Si in eum casum deuenerit alteruter coniugum, quo ab initio matrimonium contrahere non potuit, matrimonium potest dissolui. M.I.P. d.cap.18. causa 18. Cuius regulæ exceptiones vide apud Vil.M.69. cũ sequente.

## EVENTVS SOLVTI matrimonij.

XXX. Regula: Hæres defuncti mariti viduam alere tenetur. vill.H.19.Viu.lib.1. hæres mariti.ibi: & prædictis. & libr.2.vxori hæredes, num.3. Cuius exceptio prima est: Nisi dotem ei statim restituat.d.num.19.in addit. Altera exceptio est: Nisi vidua habeat vnde se alat.d.num.3.ibi: si ipsa non habeat. Tertia exceptio est: Nisi intra annum luctus nuptias iterauerit.d. vxori hæredes, num.4.

XXXI. Regula: Dos propriè dicitur etiam soluto matrimonio.

trimonio. Viu.libr.2. dos propriè. Vill.D.161.cum sequente. vide item §.cap.prox.reg.28.

XXXII.Regula: Soluto matrimonio arrha ab initio contractus data ad dantem reddit. vill.A.142.

XXXIII. Regula, De fructibus bonorum inter superstitem coniugem & defuncti hæredes diuidendis, Villal.V. 60.in addit.

## DE SECVNDIS NVPTIIS specialia.

XXXIIII. Regula: Dissoluto matrimonio, mulier intra annum nuptias iterare non potest. M.I.C.lib.4 cap.5. quæst.2.regu.1. Sed & si intra annum peperit ab alio conceptum, punitur.d.reg.1.except.5. Accedit Gabriel.lib.3.de secundis nuptiis, conclus.8. Excipitur tamen à regula proposita, si intra annum non fuerit carnaliter cognita: tunc enim nuptias intra annum iterasse ei non nocet. Gabriel.libr.3.de secundis nuptiis, conclus.5.num.7. Sed nec marito superstiti nocet intra annum nuptias iterasse. M.I.C. d.reg.1.except.4. Cui accedit Gabriel.d.conclus.5. num.2. Planè iure Canonico regula proposita est sublata, vt nec mulieri noceat intra annum nuptias iterasse. M.I.P.lib.4.cap.21.quæst.3.reg.1. Accedit Gabriel.d.conclus.5.& conclus.6. vbi etiam hæc mutatio distinguitur. Sed & eius mutationis distinctio est in ea quę intra annum luxuriosè vixerit, & stuprum passa est: huic enim pœna remissa nō videtur. Iul.Clar.in §.stuprum.vers.6.

XXXV. Regula: Secundæ nuptiæ non sunt beneficiendæ. M.I.P. d.cap.21.quæst.1. Accedit Iul.Clar.§.fin. quæst.75. versi.sacerdos.vbi declaratur quoad pœnam sacerdotis.

XXXVI. Regula: Si diuortio matrimonium sit solutum: neutri viuente altero nuptias iterare permittitur. M.I.P. d.cap.21.quæst.2.except.2. Accedit Viu.lib.1.mulier non potest, num.6.versi.vnde non licet.

XXXVII. Regula: De bonis quæ coniunx superstes & nuptias iterans à priore coniuge acquisiuit. Horum dominium per secundas nuptias amittit, quod transit ad liberos prioris matrimonij. M.I C.lib.4.cap.6. quæst.1.reg.1. Accedit vill.B.13. Viu.lib.1.mulier ad secundas, num.1. item Statutum simpliciter, num.15. Gabriel.lib.3.de secundis nuptiis, conclus.1.num.1. Huc pertinet arrha sponsaliorum. Villal.A. 142.in addit.in fine. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi coniunx

coniunx superstes non iterauerit nuptias. tunc enim dominium illorum bonorum retinet. M.I.C. d.reg.1.except.1. Cuius replicatio est: Nisi luxuriosè vixerit. Vill.B.21. cum addit.& num.22. Altera exceptio est: Nisi rebus à superstite coniuge alienatis, liberis prioris matrimonij ei hæredes extiterint: hoc enim casu alienationem rescindere non possunt. M.I.C. reg.1.except.3. Accedit Vill.B. 26. Huius replicatio videtur quoad legitimam, quæ liberis debetur. Sed hæc replicatio reprobatur Vill.B.27. Tertia exceptio videtur: Nisi non vxor, sed maritus superstes nuptias iterauerit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1.except.7. Accedit Vill.B.23.& 25. Viu.lib.1. mulier ad secundas, num.3. Quarta exceptio est: Nisi vno ex liberis prioris matrimonij mortuo, parens superstes illi pro parte ex testamento vel ab intestato successerit. pro hac enim parte dominium rerum à priore coniuge acquisitarum recipit. M.I.C. d.reg.1.except. 9. Accedit Vill B.17. Hoc tamen casu partem deuolutam ad se per successionem aliis liberis prioris matrimonij reseruare tenetur. Vill.B.24 De qua re vide j.reg.39. Quinta exceptio est: Nisi superstes voluntate coniugis defuncti nuptias iterauerit. Vill.B.15. Viu.lib.1. mulier ad secundas, num. 7.& 8. Sexta exceptio est: Nisi res non à defuncto, sed ab extraneo, quamuis contestante matrimonio & contemplatione defuncti, superstiti donatas alienauerit, Villal.B.16. Septima exceptio est: Nisi defunctus ratione iuuentutis vel generositatis superstiti donauerit. Villal. M.82. ibi: nota quod. Octaua exceptio: Nisi liberi prioris matrimonij secundis nuptiis consenserint. Viu. libr.1. mulier ad secundas, num.9. Nona exceptio: Nisi filij prioris matrimonij nulli supersint. M.I.C. d.reg.1.except.8. Cuius replicatio est: Nisi ex filiis defunctis supersint nepotes. M.I.C. d.except.8. replic.1. Accedit Viu.lib.1. mulier ad secundas, num.2.& ibi: & præmissa ampliantur. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Gabriel.lib.3. de secundis nuptiis, conclus.1.& 2.

XXXVIII. Regula: De cautione à superstite præstanda de rebus à priore coniuge acquisitis, liberis prioris matrimonij restituendis, cauetur M.I.C. d.cap.6. quæstio.4. reg.1. Huius regulæ exceptio est, Quòd si superstes est soluendo, sufficit nuda repromissio sine satisdatione. Vill.B.28.

XXXIX. Regula: De bonis quæ à liberis prioris matrimonij acquisiuit superstes & nuptias iterans. Hæc superstes

stes & nuptias iterans. Hæc superstes alienare non potest, sed tenetur ealiberis prioris matrimonij post mortem suam restituere. M. I. C. libr.4.cap.5. quæstio. 3. regu.2. Accedit Gabriel.libro 3. de secundis nuptiis, conclus.3. num.1. Cuius ratio ibidem num.2. subiicitur ac controuertitur. item accedit Vill.B.24. Huius regulæ except.prima est: Nisi nulli liberi prioris matrimonij amplius supersint: tunc enim quasi cessante ratione cessat regula proposita. M I.C.d.reg.2.except.1. Accedit Villa.B.19. Altera exceptio est: Nisi is à quo bona acquisiuit, ea non à defuncto parente, sed aliunde acquisierit. M.I.C. d.reg.2 except.3. Accedit Viu. libr.1.mulier ad secundas, num.10. Tertia exceptio videtur: Nisi non mater, sed pater superstes nuptias iterauerit. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Gabriel.libr.3. de secundis nuptiis, conclus.3. num.3. & conclus.7.num.2. Plures huiusmodi exceptiones vide d.conclus.3.

XL. Regula: De bonis quæ nuptias iterans à secundo coniuge acquisiuit. Hæc secundi matrimonij liberi habent præcipua. M.I.C. d. quæst.3. regu.3. Huius regulæ exceptio videtur: Nisi non ad tertias nuptias superstes transierit. Quæ exceptio reprobatur M I.C. d.reg.3. except.1. Approbatur tamen apud Vill.B.20. vbi ista bona dicuntur inter liberos primi & secundi matrimonij communicari.

XLI. Regula: De bonis propriis, quæ coniunx superstes & nuptias iterans præter bona prædicta habet: item de donatione ante nuptias viri, & dote mulieris. Hæc de bona cui velit parens superstes potest relinquere, eóque mortuo ad vtriusque matrimonij liberos pertinent. M.I.C. d.quæst.3. reg.4. Accedit Vill.F.113.ibi: reliqua verò.

XLII. Regula: Superstes coniunx & nuptias iterans secundo coniugi quantum velit ex bonis suis alienare potest. M.I.C. d.quæst.3.reg.5. Cuius exceptio prima est: Nisi mulier intra tempus luctus nuptias iterauerit: tunc enim nō nisi tertiam bonorum suorum partem illi potest alienare. M.I.C. d.reg.5.except.1. Accedit Vill.M.11. Altera exceptio est: Nisi ex priore matrimonio supersint liberi: tunc enim secundo coniugi non amplius alienare potest, quàm vni ex liberis prioris matrimonij relinquit: & quod plus alienatum est, liberi possunt reuocare. M.I.C. d.regul.5. except.2. & regul.6. Accedit Vill.B.29. & 31. Viu.libr.2. vxor non potest. Gabriel. libr.3. de secundis nuptiis, conclus.4.num.1. cum duobus sequentibus.

quentibus. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi statuto aliud sit inductum. Vill.B.30.&32. Cuius duplicatio est quoad legitimam, quæ liberis prioris matrimonij ex eo quod secundo coniugi alienatum est, debetur. Vill. F.111. Altera replicatio est: Nisi liberi prioris matrimonij habeant suam legitimam. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel.d.conclus.4.num.60.cum num.sequente. Plures huiusmodi replicationes vide d.conclus.4.

## DE POENIS NVPTIAS ITE-rantium generalia: déque earum mutatione.

XLIII. Regula: Pœnæ secundò nubentium communes sunt tam masculis quàm fœminis secundò nubentibus. Gabriel.libr.3.de secundis nuptiis, conclus.7. Cuius regulæ exceptio est s.reg.34.

XLIIII. Regula: Pœnæ secundò nubentium iure canonico sunt sublatæ, exceptis iis quæ concernunt fauorem filiorum. Fichard. in addit.1. ad vill. P. 68.& 71. Gabriel.3.de secundis nuptiis, conclus.5.& 6. vbi controuertitur & distinguitur.

XLV. Regula: Pœnæ secundarum nuptiarum obtinent etiam in inhonestè viuentibus. Gabriel. libr.3. de secundis nuptiis, conclus.8.

## DE CONCVBINIS.

XLVI. Regula: Definitur concubina M.I.P. libr.4.cap. 22.in princip. Accedit Viu.libro primo.filij naturales. ibi: & concubina.

XLVII. Regula: Concubinatus regulariter iure Ciuili est permissus. M.I.C. libro 4.cap.9.quæst.1.reg.1. & M.I.P. d.cap. 22. in princip. Quæ regula controuertitur apud Iul. Clar.in §. fornicatio. versic.6. Sed & controuertitur M.I.P. d.cap.22.in princ.

XLVIII. Regula: Concubinatus illicitus stupri speciem habet. Iul.Clar.in d.§.fornicatio.versic.10.

## *DE DOTE ET ANTE NVptiali donatione, CAP. IX.*

QVia dos & donatio ante nuptias accessoria sunt matrimoniorum, & ob id incidenter apud iudicem

Ecclesiasticum de iis tractari potest. M.I.P.lib.4. cap.20.reg. 9. Ideo iura illarum hic subiicienda duxi.

## DE PETITIONE DOTIS.

I. Regula: Bonæ fidei hæc actio est. Vill.A.41.

II. Regula: Hæc actio ex præsumptione iuris competere videtur, dote nulla constituta: hoc enim casu omnia mulieris bona doti data præsumuntur. Quæ regula est controuersa, & communiter reprobatur apud Turz.opin.119.

III. Regula: Dote autem constituta seu promissa, haud dubiè competit actio proposita. M.I.C. lib.4.cap.11.q.1.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi certa species vel quantitas in dotis promissione non sit expressa. M.I.C. d.reg.1.except. 9. Contradicit Viu.lib. 1. statutum excludens filias. ibi: etsi quis opponeret. Huius replicatio est: Nisi nuptias iterans dotem promiserit, quantitate non expressa: hoc enim casu dotem promisisse videtur, quam in priori matrimonio dederat. Viuius lib. 1. mulier recipiens. Altera exceptio est: Nisi alienari prohibita in dotem dederit. Quæ exceptio reprobatur sub conditione apud Vill.A.79.cum sequente.

IIII. Regula, Ex promissione dotis facta marito vxori, cuius respectu facta est, non datur actio M.I.C. d cap.11.q.2. reg. 1. except. 1. Accedit Gabriel. libro 3. de iure dotium, conclus.3. in qua etiam propositæ regulæ exceptiones subiiciuntur.

V. Regula, Si intra annum dotem dari stipulatus quis sit: à die nuptiarum, non stipulationis annus currit. M. I. C. d. cap. 11.quæst.5.reg.3 Cuius exceptio est: Nisi dies in stipulatione nominatim sit adiectus, à quo currere annus debeat Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. lib. 2. de arbitris, conclus.2.num.6.

VI. Regula, Ad dotem petendam ex stipulatu competit actio, quamuis stipulatio non interuenerit. M. I. C. d cap.11. quæst.1.except 17.& quæst.6.reg.1.Accedit Viu. lib.1.dos per actionem. ibi: & aduerte.

## DE REPETITIONE DOTIS.

VII. Regula, Hæc actio bonæ fidei est. M.I.C.lib.4.cap. 14. quæst.1.reg.2 Cuius exceptio est: Nisi extraneo competat. Villalob. A. 40.

VIII. Regula, Regulariter aduersus maritum dotis repetitio datur quamuis alij dos sit data. M.I.C.d.ca.14 quæst. 2.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi maritus in potestate sit

ſit patris, cui dos data eſt. tunc enim aduerſus patrem datur actio. M.I.C.d.reg.1.except.1. Huius replicatio eſt: Niſi pater conſenſu nurus filio dotem reſtituerit. Quæ replicatio approbatur & diſtinguitur apud Turz. opin. 167. num. 1. & 5. Altera exceptio eſt: Niſi pater & filius in eodem inſtrumento confeſſi ſint dotem ſe recepiſſe: tunc enim vterque pro dimidia parte tenetur. Viu.lib.2.pater & filius, num. 1.

IX. Regula, Fideiuſſor pro dote reſtituenda interuenire non poteſt. M.I.C.d.quæſt.2.reg.5.except.1. Secus eſt in duobus reis promittendi. Vill.D.194 in addit.

X. Regula, Non in loco contractus, ſed in loco domicilij dotis repetitio competit. Vill.M.18. Cuius exceptio eſt: Niſi ita contractum ſit matrimonium, vt in loco contractus viuatur. Villal. M. 19.

XI. Regula, Conſtante matrimonio dos repeti non poteſt. M.I.C.d.c.14.q.3.reg.1. Accedit Turz.opin.63. Vill.A.20. D.161. cum ſequente. & .67. Viu.lib.1. mulier non poteſt, nu.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi maritus ad inopiam vergat. M.I.C.d.reg.1.exc.1. & M.I.P lib.4.c.20.reg.10. Accedit Turz. opin.20 Viu.lib.1. mulier non poteſt, nu.3. Vill.A.21. & D.167. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi nõ mulieri, ſed extraneo dotis repetitio competat. Turz. d.opin.20.num.2. Vill.A.22. in fine & D 167. Huius duplicatio eſt: Niſi extraneo, à muliere actio ceſſa ſit. Quæ duplicatio eſt controuerſa apud Viu. lib. 2. actio dotis. vbi tamen magis approbatur. Altera propoſitæ exceptionis replicatio videtur: Niſi nõ ſua culpa, ſed caſu ad inopiam maritus vergat. Quæ replicatio reprobatur apud Vill. A. 22. Tertia replicatio eſt: Niſi non perſonali, ſed hypothecaria actione agatur de dote. M.I.C. d.except.1.repl.1. Accedit Vill.D.162. Plures replicationes vide in exceptionibus quæ dotis repetitioni obſtant, de quibus ĩ. reg.16. nam & hæ à marito ad inopiam vergente aduerſus exceptionem propoſitam replicando poſſunt obiici. Turz.opin.21. Hæc de prima exceptione. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi maritus ſit excommunicatus. Quę tamẽ exceptio reprobatur apud Vill.D.168. Tertia exceptio videtur: Niſi dos dicatur inofficioſa. Sed & hæc exceptio reprobatur apud Vill. D.169. Quarta exceptio videtur: Niſi vxor ſæuitia mariti ab eo repellatur. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib. mulier non poteſt, num. 2. Quinta exceptio eſt: Niſi maritus malè ſuis

rebus vti cœperit. Viu. d mulier non poteſt, num. 4. Sexta exceptio eſt: Niſi culpa mariti ſeparatio thori ſit facta. Viu. d. mulier.num.6.

XII. Regula, Poſt annum à ſoluto matrimonio repetitio dotis competit. M I.C d.quæſt 3 reg.2. Accedit Viu.lib.1 hęres mariti, in prin. & lib.2. vxori hæredes, num. 1. Huius exceptio prima eſt: Niſi res ſoli ſit. hoc enim ſtatim ſoluto matrimonio repeti poteſt. M.I.C d.reg.2. except. 1. Accedit Viu.d num.1. Altera exceptio eſt: Niſi ipſo iure non ſubſiſtat matrimonium: puta quia inceſtuoſum. Vill.N.49.

XIII. Regula, Mariti bona pro dote tacitè ſunt pignori obligata. Ideóque non ſolum perſonali, ſed etiam hypothecaria actione pro dote agi poteſt: & præfertur mulier cæteris creditoribus. M I.C.d.cap.14.quæſt.5 reg.2. Accedit Vill. A. 23. Huius exceptio prima eſt: Niſi mulier pro dote ſpeciale pignus pacta ſit: per hoc enim tacitæ hypothecæ videtur renunciaſſe Sed reprobatur hæc exceptio per ea quæ habentur ſ.lib.prox.cap.19.reg.10.except.7. Altera exceptio videtur: Niſi maritus minor ſit annis. Sed reprobatur apud Villal. D. 164. Viu.lib.1.maritus minor. Tertia exceptio eſt: Niſi mulier non de dote, ſed de alimentis agat. Vill.B.35. Cótradicit Viu.d.maritus minor.ibi: ampliatur. Controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib.6.de alimentis, concluſ. 2. Quarta exceptio eſt: Niſi matrimonium iure non ſubſtiterit. De hac exceptione vide ſ.lib.prox.c.19.reg.10.except. 4. Sed & plures exceptiones vide d.reg.10.

XIIII. Regula, A die promiſſionis dotis, non à die ſolutionis bona tacitè cenſentur obligata pro dote. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib.1.maritus cui.

XV. Regula, De dotis ſequeſtratione cauetur M.I.C.d. q.5.reg.12. Accedit Viu. lib. 1.mulier non poteſt, num. 5.

## DE EXCEPTIONIBVS PEREMPTORIIS aduerſus repetitionem dotis.

XVI. Regula, Soluto matrimonio, regulariter quidem dos repeti poteſt. M.I.C.lib.4.cap.15.in prin.& M.I.P.libro 4. cap. 10.reg. 7. Cuius exceptio prima eſt: Niſi culpa vxoris matrimonium ſit ſolutum. M. I. C. d cap.15.except.1.& M. I.P.d.reg. 7.except.1. Huius exemplum eſt j. except. prox. Altera exceptio eſt: Niſi vxor adulterium commiſerit. Iul. Clar.in §.adulterium. verſic.13. ibi: ſi verò ſeparatur. Villal. A. 68.

A.68.Viu.lib.1. vxor perdit,in prin. Soarez.A.80. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vxor fuerit putatiua, non vera. Hæc replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. d. vxor perdit. ibi: fallit dicta. Villal. A.68. in additionib. ibi: quam communem. Iul.Clar.in d.§. adulterium. vers.14. Soarez A. 81. Altera replicatio est: Nisi maritus de adulterio vxoris non sit conquestus. Viu.d.vxor perdit. ibi: secundò limitatur. item idem Viu.libro 1.hæres mariti. ibi: cæterùm transacto. Soarez A. 82. Controuertitur & magis approbatur apud Gabriel.lib. 7. conclus. 35. num.8. Huius replicatonis duplicatio prima est: Nisi maritus ignorauit adulterium vxoris, vel non habuit tempus conquerendi. Quę duplicatio cõtrouersa est apud Gabriel. d. conclus. 35. num. 9. cum sequente. Altera duplicatio est: Nisi maritus ipse conueniatur ab hęredibus defunctę vxoris. Quæ duplicatio est controuersa d. conclus. 35. num. 11. cum sequente. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi dum vidua fuit, fornicata sit. Viu.d.vxor perdit.ibi tertiò coarctatur. Iul. Clar. in §. stuprum.vers.5.vbi controuertitur. Quarta replicatio est: Nisi vxor in patris potestate constituta patri præiudicium faceret in dote. Viu.d.vxor perdit. vers.vlt. Quinta replicatio videtur: Nisi vxor intra quinquennium de adulterio non fuerit accusata. Quæ replicatio reprobatur apud Villal. A. 69.E.118. & Soarez. A. 89. Sexta replicatio est: Nisi ciuiliter, non criminaliter de adulterio vxor fuerit conuicta. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Iul.Clar.in §.adulterium. vers. 13 ibi:& nota. Septima replicatio est: Nisi extraneus mariti hæres vel successor singularis conuentus proposita exceptione vtatur: huic enim non competit. Gabriel.d.concl.35.num.13. Octaua replicatio est: Nisi maritus quoque vel postea adulterium commiserit Iul.Clar.in §.adulterium.vers.17.ibi:tenetur. Nona replicatio est: Nisi post commissum adulterium maritus cum vxore coierit. Iul.Clar.in d.§.adulterium.vers.18. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi vxor post mortẽ mariti luxuriosę vel impudicè vixerit. Quę exceptio approbatur de rigore, contrà de æquitate, Villal. B.21.in addit. ibi: de dote tractat Paulus Cast. & V. 34. cum addit. Quarta exceptio est: Nisi vxor alteri præbuerit osculum luxuriosum. Quæ exceptio est controuersa Iul. Clar.

in d.§ adulterium. verſ.16. Viu. lib. 1. vxor perdit.ibi:an autem mulier. Quinta exceptio eſt: Niſi nulla vel innutilis ſtipulatio aut pactum de reddenda dote interceſſerit. Quæ exceptio reprobatur M I.C.d.cap.15. except.6. Accedit Viu. libro 1. dos per actionem. Quod autem in d. except. 6. annotatum eſt, actionem præſcriptis verbis ex pacto de reddenda dote hodie non dari,ſed pro ea ex ſtipulatu actionem ei accedit Viu.d.dos per actionem.ibi: & ob talem,hoc adiecto, quòd Paulus Caſtrenſis in contraria fuerit opinione. Sexta exceptio eſt:Niſi dos marito non ſit numerata, nihílque dotis nomine acceptum M.I.C d.ca.15.except.21. Cuius replicatio prima eſt:Niſi querela non numeratæ dotis intra legitimum tempus non fuerit propoſita.M.I.C.d.except.21. repl. 1. Cuius duplicationis loco notandum,quòd iudex nihilominus ex officio iuſiurandum deferre poſſit. Vill. I. 92. in addit. Altera replicatio eſt: Niſi maritus dotem ſe recepiſſe confeſſus ſit.M I.C.d.except.21.repl.10. Accedit Villal. C.153.& D.178.Huius duplicatio eſt:Niſi cõſtante matrimonio cõfeſſus ſit maritus. hoc enim caſu habetur iſta confeſſio loco donationis inter maritum & vxorem.Vill. C.158.& D.173. Huius triplicatio prima eſt: Niſi inſtrumentum dotale præceſſit, quo ipſi marito dos fuit promiſſa. hoc enim caſu verè numerata præſumitur. Fichard. in addit.1.ad Vill. D.178. Controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 3. de iure dotium,concluſ. 4. Altera triplicatio eſt:Niſi maritus confeſſionem conſtante matrimonio factam in vita non reuocauerit. Vill. C. 155.& D. 175. cum addit.item 176. cum num.ſequente.Iul.Clar.in §.donatio,q.9.verſ.ſcias autem.6. ibi: ſecundum exemplum. Tertia triplicatio videtur: Niſi iurata ſit confeſſio conſtante matrimonio facta. Quæ triplicatio reprobatur Vill. D.174.item C.154.item I. 151. item Iul.Clar.in d.§.donatio.verſ.hæc tamen concluſ. 4. Controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 3. de donationib. concluſ. 3. num.3. vſque ad num. 17. Quarta triplicatio eſt: Niſi ante decem annos facta confeſſio. Vill. D.175. in addit in fine. Plures huiuſmodi triplicationes vide apud Gabriel. lib.3.de iure dotium,concl.4. Tertia propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi cum inſtrumentum dotale præceſſiſſet, maritus vxorem aluerit. Vil.I.77. Hæc de ſexta exceptione. Septima propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi pactum de retinenda & non reddenda dote factum ſit. M. I. C. d. cap. 15.

except.

except.26.& M.I.P. d.reg.7. except. 2. Cuius replicatio prima est: Nisi ob adulteriũ mariti solutum sit matrimonium. M.I.C.d.except.26.repl.2. Accedit Iul. Clar.in §.adulterium. vers. 13 in prin. Altera replicatio est: Nisi maritus vxorem occiderit. Iul. Clar.in §.homicidium. vers. 22. ibi: sed quid si maritus. Huius duplicatio videtur: Nisi iure occiderit. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen reprobatur d.vers.22.in fine. Tertia replicatio est: Nisi ante copulã carnalem, & antequam in domũ mariti deducta sit vxor, mortua fuerit. Quæ replicatio est controuersa apud Villal. D. 160. Octaua exceptio est: Nisi statuto vel consuetudine lucretur maritus dotem vel partem eius. M.I.P.d.reg 7.excep. 3. Accedit Gabriel.lib. 4.ad Trebellian.conclus.5.num 3 Ratio & vsus statuti habetur apud Viu. libro 1. statutum simpliciter, num. 5. Huius replicatio prima est: Nisi momentaneum fuerit matrimonium, vel non consummatum. Quæ replicatio est controuersa apud Viu.d.statutum simpliciter, num.11. Vil.M.15.& 139. Altera replicatio est: Nisi in domum viri nondum traducta fuerit vxor. Quæ replicatio reprobatur apud Viu. d.statutum simpliciter, num.12. Tertia replicatio videtur: Nisi in domicilio vxoris statutum illud non obtineat. Quæ replicatio reprobatur apud Vill. D. 95. cum quatuor sequentibus. & M.16.cum sequente. & Viu.d statutum simpliciter, num.17.cum duob.sequentibus. vbi controuertitur. Quarta replicatio est: Nisi in domicilio mariti statutum illud non obtineat, sed in domicilio vxoris tantùm. Approbatur per ea quæ proposita sunt s̃.exc.prox. Controuertitur & magis approbatur apud Viu. d. statutum simpliciter, num.16.cum trib. sequentibus. Quinta replicatio est: Nisi in loco, in quo bona sita sunt, statutum istud non obtineat. Villal. M. 20. Sexta replicatio est: Nisi statuto maritus plus quàm vnus è filiis de dote lucretur. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Vill. S.124. Septima replicatio est: Nisi ex priore matrimonio supersint liberi. Viu. lib. 1. statutum simpliciter, num. 1. & Erchard. in addit. 1. ad Vill. S. 124. Huius duplicatio est: Nisi aliud statuto cautum sit. Viu. d. statutum simpliciter, num. 4. Cuius triplicatio prima est: Nisi non expresse statuto aliud cautum sit, sed ex verisimilibus coniecturis mens eius colligi posset. Quæ triplicatio controuertitur, magis tamen reprobatur d. statutum simpliciter, nu.2.& 3. Altera triplicatio est quoad legitimam,

quæ liberis prioris matrimonij ex dote debetur. Vill. F. 11. Octaua replicatio est: Nisi dos non data, sed promissa tantùm sit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. d. statutum simpliciter, num. 7. cum tribus sequentibus. Vill. S. 124. in addit. 1 & in Fichar. addit. 2. Nona replicatio est: Nisi non verum, sed putatiuum fuerit matrimonium. Viu. d. statutum, nu. 6. Decima replicatio videtur: Nisi vxor defuncta ante copulam carnalem monasterium fuerit ingressa. Quæ replicatio reprobatur apud Viu. d. statutum, nu. 13. Vndecima replicatio: Nisi maritus superstes nuptias iterauerit. Controuertitur apud Viu. d. statutum, num. 15. Hæc de octaua exceptione. Nona exceptio est: Nisi dos soluta vel reddita sit. M. I. C. d. cap. 15. except. 38. Huius replicatio prima est: Nisi mulieri sine consensu patris dos sit reddita. M. I. C. d. except. 38 repl. 1. Cuius duplicatio est: Nisi non profecticia, sed aduenticia dos mulieri sine consensu patris reddita sit. Villal. F. 131. Altera replicatio est: Nisi constante matrimonio dos sit reddita. Villal. D. 167. & 170. Hæc de decimasexta regula.

## QVIBVS DOTIS REPETITIO competat?

XVII. Regula: Dotis repetitio regulariter nulli alij competit, præterquam mulieri, eiúsq; defunctæ hæredibus. M. I. C. lib. 4. cap. 16. reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi mulier dotis actionem alteri cesserit: tunc enim huic cessionario competit. Vill. A. 25. Huius replicatio est: Nisi constante matrimonio dos à cessionario repetatur. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. lib. 2. actio dotis. Altera exceptio videtur: Nisi alius pro muliere dotem dederit. nam huic dotis repetitio videtur competere. Quæ tamen exceptio reprobatur M. I. C. d. c. 16. reg. 2. Cuius ratio est, quia donasse mulieri censetur, qui pro ea dotem dedit. Viu. lib. 2. mater. Admittitur tamen exceptio hęc in patre, qui pro filia dotem dedit. huic enim dotis repetitio non denegatur. M. I. C. d. c. 16. reg. 8. Cuius replicatio prima est: Nisi pater dotẽ filiæ reddi pactus sit. Quæ replicatio approbatur apud Vill. A. 19. Altera replicatio videtur: Nisi pater dotem sibi reddi pactus non sit. Quæ tamen replicatio reprobatur M. I. C. d. reg. 8. excep. 14. Controuertitur in addit. ad Vill. A. 19. ibi: & in hac materia. Tertia replicatio est: Nisi filia relictis liberis decesserit. Vill D. 171. cum sequente. Quarta replicatio: Nisi pater, à quo dos profecta est, decesserit. hoc enim casu filiæ, non

patris hæredibus actio de dote competit. M. I. C. d. cap. 16. reg. 5. except. 1. Cuius duplicatio est: Nisi pro filia spuria pater dotem dederit. hoc enim casu hæredibus patris, non filiæ, nec eius hæredibus datur actio. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de alimentis, conclus. 1. num 39. cum tribus sequentibus.

XVIII. Regula: Si auus pro nepte dotem dedit, patri datur repetitio dotis tanquam profecticiæ. Quæ regula est controuersa M. I. C. d. cap. 16. reg. 8. except. 3. repl. 6. Sed & cõtrouertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 3. de iure dotium, conclus. 5. num. 17. cum sequentibus, vsque ad finem.

## QVID VENIAT IN REPETItione dotis?

XIX. Regula: Fructus rei dotalis in repetitione dotis non veniunt. M. I. C. li. 4. cap. 17. reg. 2. Cuius exceptio prima est: Nisi post solutum matrimonium fructus sint percepti. M. I. C. d. reg. 2. except. 3. Accedit Viu. lib. 1. filij. debent. vers. imò dic. Huius replicatio est: Nisi eo anno, quo matrimonio soluitur, sint percepti. hoc enim casu pro parte ad maritum pertinet, suntque inter maritum & vxorem, eorúmve hæredes diuidendi. M. I. C. d. excep. 3. repl. 4. Accedit Vill. M. 20. in addit. Imò fructus rerum mobilium eo anno percepti ad hæredem mariti in solidum pertinent. Viu. lib. 1. hæres mariti, in prin. & lib. 2. vxori heredes, num. 2. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi dos ab impubere data sit. tunc enim fructus cedunt doti. Vill. D. 189.

XX. Regula: Vsuræ dotis in eius repetitione nõ veniunt. M. I. C. d. cap. 17. reg. 9. Cuius exceptio est: Nisi soluto matrimonio dos sua die reddita non sit M. I. C. d. reg. 9. except. 5. Cuius replicatio est: Nisi mulier dotem non repetierit. Viu. lib. 1. hæres mariti. vers. accedit similiter.

XXI. Regula: Si vendito prædio dotali, maritus & vxor confessi sunt pretium se recepisse: præsumitur pars precij ad vxorem peruenisse. ideóque soluto matrimonio non nisi altera precij pars dotis actione peti potest. Quæ regula controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. lib. 2. maritus. item in verbo Pater & filius, num. 2.

XXII. Regula: Res pro dote permutata in doct. actione venit. M. I. C. d. c. 17. reg. 16. Accedit Fichard. in ad Vill. D. 159.

XXIII. Regula: Dotis actio non nisi in id quod reus

facere.

venit. M. I. C. d.cap.17.reg.16. Accedit Fichard. in addit. ad Villal. D.159.

XXIII. Regula, Dotis actio non nisi in id quod reus facere potest, competit. M.I.C. d.cap.17.reg.18. Cuius exceptio est: Nisi nuptiæ fuerint incestuosæ. Vill.N.50.

XXIIII. Regula. Per pactum & statutum maritus partem dotis lucrari potest De qua re vide s̃ reg 16.exc.7.& 8.

## DE ALIENATIONE FVNDI dotalis à marito facta.

XXV. Regula, Alienatio fundi dotalis à marito facta non valet, sed mulieri vindicatio eius salua est. M.I.C. lib.4. cap.18.q.5. item lib 7.cap.4. causa 1. except.4. & M.I P. lib 4. cap.20. reg 12. Cuius exceptio prima videtur: Nisi mulier alienationi consensit. Quæ tamen exceptio reprobatur M. I. C. d.quæst 5 except.9. Accedit Turz.opin.115.in prin. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si mulier elapso biennio in eodem consensu perseuerauerit. M. I. C. d. except. 9. dist.1. Accedit Turz.d. opin.115.in prin. Controuertitur tamen hæc distinctio apud Turz.d. opin.115. nu. 1. Deinde admittitur exceptio proposita, si præstito iureiurando mulier consensit.M.I.P. d.reg.12.except.1. Sed & hæc distinctio controuertitur apud Villal.I. 129. & Gabriel.lib.3. de iure dotium, conclus.1.num.7. Planè propositæ exceptionis in casibus quibus approbatur, replicatio hæc est: Nisi viro nulla alia bona supersint, ex quibus vxori satisfieri possit. Turz.d.opin. 115. in prin.ibi: quod intellige. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi locatio sit facta. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill. L.135. M.145. Viu.lib. 2. conductorem expellere, num.8. Admittitur secundum Alexand & Coua. si ad modicum tempus facta sit locatio. Villal. L.135. ibi: licet sibi placeat.

XXVI. Regula, Dote alienata, etiam ipsi marito ad eam repetendam datur actio. Turz.opin.115.num.2. Vill M.12.

XXVII. Regula, Euicta re alienata per mulierem, emptor aduersus venditorem de euictione agere potest. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Turz.d.opin.115. nu. 3 cum duobus sequentibus.

## DE RELIQVO IVRE DOTIS.

XXVIII. Regula, Dos propriè dicitur etiam soluto matrimonio, de quo vide s̃. cap, prox. reg. 31. Nisi restituta sit: tunc enim non amplius dos dicitur. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Villal. D. 166.

XXIX. Regula, Rem dotalem mulier, vel alius qui dotem dedit, alienare nequit. V.I.C.lib 4.cap.19.reg.5. Accedit Villal. B 37. Huius exceptio prima videtur: Nisi maritus alienationi consenserit. Quæ tamen exceptio reprobatur d. 37. Admittitur ibidem, si maritus in eodem consensu, dum vixerit permansit. Altera exceptio est: Nisi cum marito dos permutata sit. De qua vide s.reg.22.

XXX. Regula, Dos dicitur ius vniuersale & incorporale. Vill.D.157.

XXXI. Regula, Dos est magis priuilegiata, quàm fiscus. Villal. D.159.

XXXII. Regula, Mulier suo consensu dotis causam deteriorem facere non potest. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Turz.opin.167.num 2.

XXXIII. Regula, Frater sororem pauperem tenetur dotare & alere. Vill.D.187. cum addit.& F.162. Cuius exceptio est in sorore vterina, quoad dotem, non quoad alimenta. Viu.lib.2.frater tenetur.

XXXIIII. Regula, Filia vnius fratris ex communi patrimonio est dotanda. Quæ regula controuertitur & distintur apud Gabriel.lib.3.de iure dotium, conclus.2.

XXXV. Regula, Pater legitimus est administrator in dote profecticia filiæ. Viu.lib.2.pater est legitimus.

## DE DONATIONE ANTE, vel propter nuptias.

XXXVI. Regula, Ex donatione ante, vel propter nuptias mulieri ad rem donatam persequendam datur actio, & ad retinendam exceptio, M.I.C. lib.4. cap. 20. q. 4. reg. 3. & M. I. P. lib. 4. cap. 20. reg. 14. Cuius exceptio prima est: Nisi donatio facta non sit. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. in §. donatio, q. 11. Altera exceptio est: Nisi matrimonium sit solutum: tunc enim marito rei donatæ repetitio datur. M.I.C.d.q.4 reg.7.& M.I.P.d.cap.20.reg.13. Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi ob adulterium mariti solutum sit matrimonium. M. I. C. d.reg.7.except. 1. Accedit Iul. Clar.in §.adulterium. vers.15.ibi: pariter etiam. Altera replicatio est: Nisi pactum de lucranda re donata factum sit. Cuius duplicatio est: Nisi culpa vxoris matrimonium sit solutum, vel separatio thori facta. M. I. C. d. reg.3. except. 8. Accedit Viu.lib. 1. vxor perdit.ibi: amplia etiam. Hæc de dote & antenuptiali donatione.

# DE RELIQVO IVRE publico, CAP. X.

## DE NVNTIACIONE AC DElatione ad fiscum.

PRima regula: Si ei qui capere non potest, in testamento quid relictum sit: hoc fisco defertur. M I.C. lib.3.cap.11. quæst.1.causa 1. Accedit Iul. Clar. in §.fin.q.79.vers.quando hæres. 7. Huius exemplum est, si pater filio spurio quid reliquit. quod habetur apud Iul.Cla.in §.testamentum, quæst. 31. vers. sed quid si pater. vbi etiam propositæ regulæ exceptio notanda, hæc scilicet: Nisi palàm sit relictum ei qui capere non potest, nec alius qui capere potest, clàm rogatus ad restituendum ei qui capere non potest.

II. Regula: Si mors defuncti ab eius hæredibus non vindicata est, hæreditas fisco vindicatur. M.I.C.dict. quæst. 1. causa 2. Accedit Iul. Clar. §.fin.quæst.79. vers. item quando. 8. vbi dicitur hæc regula vsu mutata.

III. Regula: Si quis coactus testamentum fecerit: hæredi scripto hæreditas tanquam indigno aufertur, & fisco vindicantur. M. I. C. lib. 9. cap. 8. except. 50. Accedit Iul. Clar. d. quæst.79. vers. vlt. vbi etiam habetur exceptio. Qua autem pœna puniatur is qui testari cogit, differit Iul. Clar. in §.fin. q.83. vers. compellens.6.

IIII. Regula: Si quacunque ratione hæres hæreditate sit dignus in, hæreditas fisco vindicatur. M.I.C.d. q.1. causa 4. Accedit Vill.F.154. Huius exceptio prima videtur: Nisi substitutum habeat. Quæ tamen except. reprobatur d. num. 154. Altera except. est: Nisi indignitas hæredis veniat ex errore testatoris, non culpa hæredis. tunc enim succedunt venientes ab intestato. Vill. I. 24. cum num. sequente. Tertia exceptio est: Nisi testator testamentum incidit vel cancellauit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. testam. q. 93. vers sed quæro, cum vers. sequente.

V. Regula: Si mulcta aliqui indicta sit, ea fisco debetur. M. I. C. d. q. 1. causa 27. Accedit Gabriel. lib. 7. conclus. 16. vbi huius regulæ annotantur exceptiones. Sed & eius exceptio est M.I.P. lib.1. cap.7. quæst.1. reg.4.

VI. Regula: Qui alium defert, tertiam eius quod defert partem præmij loco consequitur. M. I. C. d.cap.11.q.5.reg.2.

Cuius

Cuius exceptio prima est: Nisi deferens sit socius criminis quod defert. Iul. Clar. §.fin.. quæst.27. versi.in multis. Altera ex-ceptio est: Nisi non probauerit quod defert. d. quæstione 27. versic. vlimò.

## DE CENSIBVS AC TRIBVTIS, necnon de vectigalibus & commissis.

VII. Regula: Prædiis census & tributa indicuntur. M.I.C. lib.3 cap.13. quæst.1 regu.2. Cuius exceptio prima est: Nisi Princeps alicui personæ, ciuitati vel collegio immunitatis priuilegium concesserit: eius enim prædia ab indictione tributorum sunt libera. M.I.C. d. reg.2. except.8. Cuius replicatio prima est: Nisi prædia is qui immunitatis priuilegio gaudet, alienauerit: hoc enim casu desinunt esse libera. Vill. E.3. in addit ibi: nota quòd si bona. & 43. Huius duplicatio est: Nisi non tam personæ, quàm rei data sit immunitas. M.I.C. d. except.8: repl.2. duplic.1. Accedit Vill. d. versic. nota quòd si bona. ibi: quod intellige. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ob publicam necessitatem tributa indicantur Fichard. in addit. ad Vill I.8. Tertia replicatio est. Nisi immunis descriptus in libro debentium non appellauit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de iure immunitatis, conclus.1. num.1. cum duob. sequentibus. Quarta replicatio est: Nisi immunis sine protestatione soluerit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d. conclus.1. num.4. vsque ad finem. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi prædia sint forensium. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de iure immunitatis, conclus.2. De qua exceptione vide item j. regu. prox. Tertia exceptio est: Nisi quis alio vectigali grauatus sit: hic enim nouo vectigali non videtur onerandus. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. lib.6. de clausulis, conclus.2. num.31.

VIII. Regula: In loco vbi prædium situm est, non in loco vbi dominus habet domicilium, tributum est pudendum. M.I.C. d cap.13. quæst.2. Controuertitur & distinguitur s. except. proxim. Contradicit Fichard. in addit. ad Vill. C.101. Admittitur ex speciali consuetudine Fichard. in additio. ad Vill. l. C.189.

IX. Regula: Sine principis authoritate census, vectigal vel tributum indici non potest. M.I.C. d. cap.13. quæst.3. Accedit

cedit Iul.Clar.in §.feudum,quæst.29. num.1. & Vill.V.9. Cuius exceptio est: Nisi dominus inferior hoc ius præscripserit tanto tempore, cuius non extat memoria. Gabriel.libr.5. de præscriptionib. conclus.1.num. 15. & Iul. Clar.d. questione 29. num.2.

X. Regula: Emphyteuta, non dominus tenetur soluere tributum. Iul.Clar.in §.emphyteusis, quæst.46.

XI. Regula: Emptor, non venditor tenetur soluere gabellam. Quæ regula est controuersa apud Vill.E.3. in addit. versic.nota quod.ibi: & nota pro intellectu, cum sequentib.

XII. Regula: Ciuis nouus non tenetur ad collectas impositas pro debitis veteribus. Vill.C 60.

XIII Regula: Si gabella in decima parte rei venditæ sit præstanda, deducendæ sunt expensæ. Villal.d. versic.nota quod.ibi: nota quod.

XIIII. Regula: Non nisi perfecta venditione & re tradita gabella debetur. Villal. d. versic. nota quod. ibi: item nota aliud.

XV. Regula: In vectigalibus consuetudo spectatur. M. I.C.libr.3.cap.15.de constitut.vectigalis,quæst.3. regu.4. Cuius exemplum habetur apud Gabriel. libr.5.de præscriptionibus, conclus.1.num.15.de quo dictum s.reg.9.except.1.

XVI. Regula: In foro conscientiæ gabella est soluenda. Vill.G.num.2.

XVII. Regula: Si non soluatur gabella vel vectigal, res in commissum incidit. M.I.C. d.cap.15. de commissis, quæst. 1.causa 4. Cuius exceptio prima est: Nisi clerici vel Ecclesia non soluant gabellam. Vill.G.1. cum addit. Altera exceptio est: Nisi ab eo qui immunis est, rem comparauerit. Gabriel.lib.6.de legibus, conclus.3.num.19. Contradicit tamen d.addit.ad Villal.G.1.in iis qui ab Ecclesia emunt. Tertia exceptio est: Nisi proprij vsus gratia quid emerit vel transportet. M.I.C. d.causa 4.except.11. Accedit Villal. G.4. Viu.libr.1.statutum prohibens quòd non possit, num.8.Iul. Clar.§.fina.quæst.76.versic.ciuitas,vbi additur, consuetudinem esse in contrarium. Quarta exceptio est: Nisi cum gabella soluenda esset de rebus è territorio exportandis, res non originaliter è territorio transportetur, sed per transitum. Villal. E.5. Quinta exceptio est: Nisi vectigal solutum sit. M.I.C. d.causa 4. except. 25. Cuius replicatio prima est: Nisi non intra tẽpus à lege vel statuto præfixum sit solutum.

Gabriel.

Gabriel.lib.2.de exceptionibus, conluſ.4. num.5. Huius duplicatio eſt: Niſi ſoluens ignorauerit ſibi ſub pœna iniunctum eſſe. Gabriel.d.libr.2.de arbitris,concluſ.2. num.11. Altera replicatio eſt: Niſi in loco contractus, non ſolutionis gabella ſit ſoluta: vel contrà in loco ſolutionis, non in loco contractus. Hæc replicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.6.de conſuetudine,concluſ.2. num.12. cum quinque ſequentibus. Sexta exceptio eſt: Niſi cùm ſtatuto cautum eſſet, vt de omnibus contractibus vectigal penderetur, inutilis ſit contractus de quo ſolutum non eſt. Viu. lib.1.ſtatutum diſponens quòd de contractibus. Septima exceptio eſt: Niſi cum negociationi vectigal impoſitum eſſet, legatum ſit aliquid de quo non ſoluitur vectigal. Viu. d. ſtatutum. verſic. interpretatur. Octaua exceptio eſt: Niſi ſententia declaratoria non ſit ſecuta. Fichard. in addit. 4. ad Villal.I.96.

XVIII. Regula: Si pluribus rebus emptis, de quibuſdam gabella ſoluta ſit, de quibuſdam non: hæ tantùm, non etiam illæ in commiſſum incidunt. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Vill.G.3.

## DE RE MILITARI.

XIX. Regula: De transfugis puniendis agitur M.I.C. lib.3.cap.21.reg.24. Accedit Iul.Clar.in §.fin. quæſt.68.verſic. transfuga.41. Cuius exceptio prima eſt: Niſi caſu, non data opera ad hoſtes peruenerit. M.I.C. d.regu.24. exceptio.1. Accedit Iul.Clar.d.verſi.trãsfuga.ibi: quod intellige. Altera exceptio videtur in ſeruo transfuga. Sed eſt controuerſa d. verſi.transfuga. ibi: ſeruus tamen.

XX. Regula: De proditoribus capite puniendis agitur M.I.C. d.cap. 21. regu.25. Accedit Iul. Clar. dicta quæſtione 68.verſi.proditor.33.

XXI. Regula: Si vallum tranſcendat, per murum caſtra ingrediatur, aut foſſam tranſiliat, punitur. M.I.C. d.cap. 21. reg.29. Acccedit Iul.Clar.d.quæſt. 68.verſi. muros ciuitatis. 29.vbi etiam exceptio adiicitur.

XXII. Regula: Vt miles nihil ad ſe ſuúmque animal alendum à domino domus exigat, nec diu in hoſpicio commoretur, cauetur M.I.C.lib.3.cap.22.reg.8. Accedit Iul.Clar. in §.fin.quæſt.80. verſi.miles.3.

XXIII. Regula: De pœna frangentis pacem iuratam

& aduer

& aduersus inducias agentis differitur apud Viu. lib. 2. pax vel treuga, num. 3. & 4.

## DE IVRE CIVITATVM: NECnon de collegiis & corporibus.

XXIIII. Regula: Præsidentes ciuitatum non habent merum imperium, sed tantùm minimam iurisdictionem. Vill. P. 289. Huic videtur repugnare M.I.C. lib. 3. cap. 23. de iure defensoris ciuitatum, reg. 2.

XXV. Regula: Decreta decurionum regulariter ciues obligant. M.I.C. lib. 3. cap. 24. q. 2. reg. 25. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi ex falsa causa decretum sit interpositum. Villal. I. 102. Altera exceptio est: Nisi non legitimo decurionum numero coacto decretum sit. M.I.C. d. reg. 25. except. 7. Accedit Turz. opin. 53. num. 2. & 3. item opin. 54. cum opin. sequente. Legitimus autem numerus sunt duæ tertiæ decurionum. M.I.C. d. except. 7. Accedit Vill. M 2. Tertia exceptio videtur: Nisi sine licentia superioris decreuerint. Quæ exceptio reptobatur apud Vill. C. 61.

XXVI. Regula: Actor vniuersitatis seu syndicus in dubio legitimè constitutus præsumitur. M.I.C. lib. 3. cap. 27. q. 1. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi minor annis in eo constituendo suffragium dederit. Vill. M. 102.

XXVII. Regula: Actor non est singulorum, sed vniuersitatis procurator. M.I.C. d. cap. 27. q. 3. reg. 3. Accedit Gabriel lib. 6. quod cuiusque vniuersitatis. conclus. 1. num. 7. Cuius exceptiones habentur d. conclus. 1. num. 8. & 9.

XXVIII. Regula: Administratori reipubl. conuenit, ne ædificia suæ administrationis pereant ruina. Vill. A. 57.

XXIX. Regula: Mutatis personis, ob id non censetur mutatum collegium vel vniuersitas. M.I.C. lib. 3. cap. 28. q. 2. reg. 1. Accedit Vill. C. 102. Omnibus autem deficientibus. ipsum deficit collegium, exceptio collegio ecclesiastico. Vill. C. 103.

XXX. Regula: Vniuersitas, & singuli homines vniuersitatis, vtrum idem sint, an diuersa, controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. quod cuiusque vniuersitatis, conclus. 1.

XXXI. Regula: Quod vniuersitati debetur, non debetur singulis: & contrà, quod vniuersitas debet, singuli non dicuntur debere. M. I. C. d. cap. 28. q. 3. reg 3. Accedit Gabriel. d. con-

d.concluſ.1.num.6.

XXXII. Regula: Poſſeſſio vniuerſitati aquiritur ac retinetur per ſingulos homines, vniuerſitatis. Quæ regula controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib.6. quod cuiuſque vniuerſitatis, concluſ.2.

XXXIII. Regula: Vniuerſitas non obligatur per priores, niſi eis ſpecialiter ſit commiſſum. Vill.C.105.

XXXIIII. Regula: Deſtructo collegij ædificio, iura & priuilegia collegij amittũtur. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Fichard in addit. ad Vill. D.64. Itẽ vniuerſitas deſtructa facto ſuperioris ſine ſpe refectionis, amittit ſua iura. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Villal. V.47.

XXXV. Regula: In collegijs ſcholarum non niſi clericus in Rectorem eligendus. Vill.R.9.

XXXVI. Regula: Doctor dicitur eſſe nobilis, Viu. lib. 2. doctoratus, num.4. cum ſequentibus.

XXXVII. Regula: Doctores ſunt repleti ſplendore, ſicut ſol. Viu.d.doctoratus, num.9. cum ſequente.

XXXVIII Regula: Doctores domini, non fratres appellandi. Viu.d.doctoratus, num.11.

XXXIX. Regula: Doctores quando legerunt viginti annis, efficiuntur illuſtres. Vide ſ. lib.1. cap.5. reg.38.

XL. Regula: Doctor poteſt expellere fabrum in proximo habitantem, per quem ſtudia eius impediuntur. Viu. lib.2. doctores. Alia priuilegia doctorum, vide apud Viu. lib.2. doctoratus, num.17. item ſ. d.cap. reg 36. cum ſequentibus.

XLI. Regula: Medicus in fine curæ, non in principio nec medio ſalarium ab ægroto recipere debet. Viu. lib.2. medicus.

XLII. Regula: Puer ob delictum è ſchola non debet extrahi. Iul Clar. §.fin. q.30. verſ. in hoc autem.

XLIII. Regula: Ex pollicitatione ciuitati, Eccleſiæ & alij pio loco datur actio. M.I.C. lib.3. cap. 29. q.2. reg.1. Accedit Vill. D.102. Priuato non datur. de qua re vide j. vbi de pacto nudo agetur.

XLIIII. Regula: Vniuerſitas etiam conueniri, accuſari & puniri poteſt. M. I. C. lib.3. cap. 30. de actionib. aduerſus ciuitatem, in principio. Accedit Iul. Clar. in §.fin. quæſt.16. verſ. vlterius, in principio.

XLV. Regula: Ex facto maioris partis ciuium, item ſui

magiſtratus,

magistratus, ciuitas potest conueniri ac puniri. M I.C. d. de actionibus. quæst. 2. Cuius exceptio est: Nisi vniuersitas non fuerit solenniter conuocata, nec deliberatio præmissa. Iul. Clar. d. versi. vlterius. ibi: sed hic aduerte. Vill. V. 46. cum addit. Fichardi. Cuius replicatio est: Nisi vniuersitas factum ratum habuerit non puniendo delictum. Vill. V. 46. in fine.

XLVI. Regula: Qua pœna puniatur vniuersitas, definitur apud Iul. Clar. d. quæst 16. versi. sed quomodo.

XLVII. Regula: Ex delicto vniuersitatis etiam rectores & gubernatores tenentur Iul. Clar. d. versic. sed quomodo. scias tamen.

XLVIII. Regula: Si quis muros ciuitatis violet vel transcendat, punitur. M. I. C. lib. 3. cap. 31. reg. 17. Accedit Iul. Clar. in §. fin. q. 68. vers. muros ciuitatis. 29. vbi distinguitur pœna.

## DE OPERIBVS PRIVATIS.

XLIX. Regula: Si quis iuxta publicas ædes æficare velit, spacinm quindecim pedum relinquere debet. M. I. C. d. c. 31 de operibus priuatis, reg. 2. Accedit Iul. Cla. in § fin. q. 79. vers. si quis ædificat. 5. vbi dicitur, hoc hodie non esse in vsu.

L. Regula: Ad æmulationem priuati castrum ædificare non licet. Vill. E. 24.

LI. Regula: Ita ædificandum penes loca religiosa, ne prospectus sit in hortos religiosorum & monialium. Villal. E. 25. Soarez. A. 114.

LII. Regula: De domibus dirutis reparandis cauetur M. I. C. d. c. 31. de operibus priuatis, reg. 6. Accedit Soarez A. 112.

## DE MOLENDINIS

LIII. Regula: In præiudicium molendinorum nihil statui aut ordinari potest. Viu. lib. 1. statutum prohibitio.

LIIII. Regula: Qui molendinum habet, alium in proximo ædificantem molendinum prohibere potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur apud Viu. lib. 2. molendinum habens, num. 1. Iul. Clar. in §. feudum, quæst. 30. vers. bene verum Vill. S. 56. Sed & eius except. videtur: Nisi prohibens suum molendinum non perfectum habeat. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Viu. lib. 2. molendini opus.

LV. Regula: Dominus non potest cogere subditos ad suum molendinum, nisi aliud habeat ex consuetudine vel priuilegio. Iul. Cla. §. feudum, q. 30. vers. vnico. & Vill. D. 114.

DE

## DE RE FRVMENTARIA & annona.

LVI. Regula, Si quis contra annonam fecerit, societatémve coierit, quo annona carior fiat: punitur. M.I.C.lib.3. cap.32.de publica accusatione si quis contra, quæst. 1. causa 1. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæst.80.vers. bladum.vbi additur, hanc regulam in vsu esse desiisse.

LVII. Regula, Si quis contra statutum loci frumentum vel carnes extra territorium exportauerit, punitur. Iul.Clar. §.fin.quæst 82.statuto 7.in prin. Cuius exceptio prima videtur: Nisi forensis exportauerit. Sed hæc exceptio reprobatur d. statuto 7.vers.quæro nunquid.2. Admittitur in forensi ignorante statutum, Viu. lib. 1. statutum prohibens, num. 13.cum sequente. Altera exceptio est: Nisi per transitum exportauerit. d. statuto 7.vers.item quæro. 3. Viu. d. statutum prohibens, num.11. Tertia exceptio est: Nisi vsus sui causa exportauerit. d statuto 7.vers.vlterius quæro.4. Viu.d.statutum prohibens, num.8. Cuius replicatio videtur: Nisi postea mutato proposito exportatum vendiderit. Sed reprobatur d.statuto 7.vers.sed pone.5. Quarta exceptio est: Nisi farinam exportauerit. Quæ exceptio est controuersa d. statuto 7. vers. præterea quæro. 6. Viu. d statutum prohibens, num.1. Quinta exceptio videtur: Nisi cum statutum puniat inuentum exportare, reus non fuerit deprehensus, sed testibus conuictus. Sed reprobatur d.statuto 7.vers.sed hic quæro.7. Viu.d.statutum prohibens, num.3. De qua re vide j.de verb.significat.in verbo Inuentus. Sexta exceptio est: Nisi cum vellet exportare, intra territorium fuerit deprehensus, & prohibitus quo minus exportaret. Quæ exceptio est controuersa d. statuto 7. versic. pone quod 8. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Viu. d. statutum prohibens, num. 2. 4. cum tribus sequentibus: item num.9.10.12. & vltimo.

LVIII. Regula, Amissione rerum, quas quis contra statutum exportauit, punitur. d.statuto 7. in prin. Cuius regulæ exceptio prima est in rebus licitis, quas cum illicitis exportauit. Sed hæc exceptio est controuersa d. statuto 7. vers. vlt. Altera exceptio est in rebus alienis, non propriis. Cuius replicatio est: Nisi dominus rerum sciuerit, & consenserit in exportationem. d.vers.vlt.

## DE NVMISMATE.

LIX. Regula, Aureus & solidus æquiparantur. Viu. lib.1.aureus.

LX. Regula, Monetam eiúsque valorem solus Princeps mutat sine consensu populi. Vill. P.60. Viu. lib.2. monetarum valorem, num.1.

LXI. Regula, Moneta tantum debet valere formata, quantum in massa. Quæ regula est controuersa apud Viu. d. monetarum valorem, num.2.& 3.

## DE LVDIS ET SPE-ctaculis.

LXII. Regula, Torneamenta prohibentur M.I.P. lib.5. ca.1. reg.10. Quæ tamen prohibitio rursus mutatur ibidem. Cui accedit Iul. Clar. in §. ludus, num.4.

LXIII. Regula: Cuius equus prior ad metam peruenit, is victoriam reportat, quamuis ipse in medio occiderit. Villal. D.118.

LXIIII. Regula, De certamine cursus. Si dubitetur vter prior ad stadium peruenerit: omnibus ex æquo currendi denuò potestas facienda. Viu. lib.2. currentibus.

LXV. Regula, De duello prohibito, M.I.P. lib.1. cap.14. de purgatione, quæst.3. reg.7. Accedit Viu. lib.1. duellum.

LXVI. Regula, Ludus prohibetur, & datur actio ad repetendum id quod quis lusu perdidit. M. I. C. lib.23 cap.19. reg.8. & M.I.P. lib.5. cap.8. reg 46. Accedit Viu. lib.2. ludum, num.1. Iul. Clar. in §. ludus. versic.1.2.& 7. in princ. Ratio huius regulæ habetur apud Viu. lib. 2. ludos omnes. Sed & consuetudine sublata dicitur regula proposita apud Iul. Clar. in d. §. ludus. vers.2. in fine. & vers.7. ibi: sed hoc de consuetudine. Planè propositæ regulæ exceptio prima est in certis ludi speciebus, M.I.C. d. reg.8. except.1. Accedit Viu. lib.2. ludum, num.2. Altera exceptio est: Nisi ad restituendum non fuerit conuentus victor vel condemnatus: tunc enim ad restituendum in foro conscientiæ non tenetur. Viu. d. ludum, nnm. 4. Cuius replicatio prima est: Nisi fraude vicerit. d. ludum, num. 6. Altera replicatio est, quòd tutius sit ex ludo quæsita pauperibus dare, quàm retinere. Viu. d. ludum, num.7. Iul. Clar. in §. ludus. vers.7. ibi: dixit tamen. Tertia replicatio est: Nisi renitentem ad ludendum vehementius precibus & opprobriis adduxerit. Viu. d. ludum, num.&

num.8. Quarta replicatio est: Nisi victus non habuerit liberam rerum administrationem. Viu. d. ludum, num. 9, & 10. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositę regulæ exceptio est: Nisi ingenium solummodo in ludo versetur, vt est scaccarum. Iul. Clar. in §. ludus. vers. 2. ibi: vbi verò. Cuius replicatio prima est: Nisi vltra vnum aureum ludatur. M. I. C. d. reg. 8. except. 1. repl. 1. Accedit d. vers. 2. ibi: scias. Altera replicatio videtur: Nisi clericus luserit. Sed reprobatur apud Iul. Clar. in d. §. ludus. vers. 3. Quarta exceptio est: Nisi ludus sit sortium. Iul. Clar. in d. §. ludus. vers. 5. Quinta exceptio est: Nisi consuetudine aliter obseruetur. Viu. d. ludum, num. 4. ibi: imò consuetudine. Sexta exceptio videtur: Nisi clericus ludendo vicerit. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib. 2. ludos omnes. vers. vlt.

LXVII. Regula, Non solùm victo, sed eius etiam procuratori, patri & defensori, item domino datur dicta actio. M. I. C. d. reg. 8. quæst. quibus competat? Accedit Viu. lib. 2. ludum, num. 10.

LXVIII. Regula, Aliæ lusus pœnæ habentur M. I. C. d. reg. 8. in fine. Accedit Viu. d. ludum, nu. 1. cum sequente. Item pœna arbitraria est Iul. Clar. in §. ludus. vers. 6. Sed & furti actio est, si quis cum iis qui liberam rerum administrationem non habent, sciens luserit. Viu. d. ludum, num. 11.

## DE MVNERIBVS ET honoribus.

LXIX. Regula, Ad munera ciuilia tenentur incolæ M. I. C. lib. 3. ca. 35. q. 5. reg. 2. Cuius exceptio est: Nisi non in perpetuum, sed ad tempus quis in aliqua ciuitate domicilium habeat. M. I. C. d. reg. 2. except. 7. Cuius replicatio est: Nisi per decennium continuum in aliquo loco moretur. Viu. lib. 2. domicilium.

LXX. Regula: Municipes cum liberis suis ad munera ciuilia astringuntur. M. I. C. d. q. 5. reg. 1. Municipem autem faciat aut natiuitas, aut manumissio, aut adoptio. M. I. C. d. lib. 3. cap. 36. q. 3. reg. 1. Natiuitas facit, si quis ex parentibus eius loci natus sit. M. I. C. d. quæst. 3. reg. 2. Cuius exceptio prima videtur: Nisi alibi natus sit vbi parentes ad tempus morantur. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Viu. lib. 2. statutum alicuius ciuitatis. Altera exceptio est: Nisi parẽtes non in perpetuum, sed ad tempus ibi vbi natus est, morẽtur,

vel in transitu. Viu. d. statutum alicuius. ibi: quia originarius, cum sequentibus.

LXXI. Regula, Nominis similitudo non facit aliquem municipem. M.I.C d.q.3.reg.6. Accedit Viu. lib. 2. nomina, num.1.ibi:& aduerte hic.

## DE CAVSIS EXCVSATIONVM & immunitatum.

LXXII. Regula, Numerus liberorum excusationem à muneribus præstat. M.I.C.lib.3.cap.37.reg. 8. Cuius exceptio prima est: Nisi quidam ex liberis mortui sint: hi enim in numerum liberorum non computandi. M.I.C.d.reg.8.except.4. Cuius replicatio est: Nisi post impetratam immunitatem habenti duodecim filios ex iis quidam mortui sint. Viu.lib.1.pater habens.ibi: ampliatur hoc Vill. P. 51. Altera exceptio est: Nisi honores, non munera deferantur. M.I.C. d.reg.8.except.10. Cuius replicatio est: Nisi duodecim liberos habeat. M.I.C.d.except.10.repl. 2. Accedit Viu.lib.1.pater habens, Villal.P.51.

LXXIII. Regula, Paupertas excusationem meretur à muneribus, ne quis vltra bona sua oneretur. M.I.C.d.ca.37.reg.70. Cuius exceptio est: Nisi post excusationem propositam facultates auctæ sint. M.I.C. d. reg. 70. Accedit Viu. lib. 1.immunitas concessa propter.

LXXIIII. Regula, Præscriptione immunitas acquiritur. De qua re vide j lib.5.cap.2.except.1.repl.4.

LXXV. Regula, Priuilegio quoque immunitas adquiritur. De qua re vide s.reg.7.except.1. Cuius exceptio prima est: Nisi alius quàm Princeps immunitatem alicui concesserit. M.I.C. lib.3. cap.38.quæst.7. Accedit Turz. reg. 27. Vill.C.106.vbi etiam replicatur.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM excusationum generales.

Planè causæ excusationem iam enumeratæ, & si quæ sunt similes, admittũt quasdam exceptiones generales, quarum prima hæc est: Nisi ratione pestis, belli, aut aliæ publicæ necessitatis incogitatæ munus iniungatur. Viu. lib.1.immunitas concessa alicui. Altera exceptio generalis est: Nisi statuto cautum sit, vt & exempti teneantur. Viu.lib.1.statutum disponens quòd ad onera. Tertia exceptio generalis est: Nisi

Nisi officium publicum, propter quod excusationem opponit, per suffragia obtinuerit, non motu proprio principis. Gabriel.lib.6.de clausulis.conclus.2.num.94.

## REPLICATIO PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Planè exceptionum iam enumeratarum, & si quæ sunt similes replicatio generalis est: Nisi ab omnibus & quibuscunque oneribus immunitas concessa sit. Viu. lib. 1. immunitas concessa, in fine.

LXXVI. Regula, Vnius immunitas est onus alterius. Gabriel.lib.6.de clausulis, conclus. 2. num. 95.

LXXVII. Regula; Si malè munus administratum sit, eo nomine datur actio. de qua M. I. C. lib 3.cap.39. Cuius exceptio est: Nisi casu contingerit damnum aliquod, non culpa. Cuius replicatio est: Nisi is qui munus administrauit, negocia insolita sit aggressus. Vill.A.54.& Soarez A.74.

LXXVIII. Regula, Hoc autē casu lucrū cum damno compensandum. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Vill.A.55.& Soarez A.75.|Hactenus de iure publico.

## *DE IVRE INTER PARENtes & liberos. CAP. XI.*

POst iura publica sequuntur iurata priuata, quæ partim sunt personarū, partim rerum, & partim actionum. Personarum iura sunt, ius inter maritum & vxorem: ius inter parentes & liberos: ius inter tutorem & pupillum, inter curatorem & adultum: ius inter dominum & seruum: postremò ius inter patronum & libertum. De primo personarum iure, quod est inter maritum & vxorem, s.cap.8.cum ca. sequente est dictum. In hoc capite dicetur de iure quod est inter parentes & liberos: de reliquis in capite sequenti.

I. Regula, Ius patriæ potestatis hodie sublatum est, cum inter suos & emancipatos differentia sit sublata. Vill. S. 159. Viu. lib. 1. emancipationis.

II. Regula, Iudæis patria potestas in liberos non competit. Quæ regula est controuersa, magis tamen reprobatur apud Viu.lib. 2. Iudæi habent.

III. Regula, Maior erga parentem, quàm erga filium, charitas esse debet. Viu.lib.2.pater potest vendere, num. 5.

IIII. Regula, Pater filium vendendi vel alio modo alienandi ius non habet. M. I. C. libro 4. cap. 21. quæst. 5. reg. 8. Cuius exceptio prima est: Nisi ob famem pater filium vendiderit. M.I.C. reg. 8. except.1. Accedit Viu.d. pater potest, nu.1. Cuius replicatio prima est: Nisi filius sit præsbyter. Viu. d. pater potest, num. 2. Altera replicatio est: Nisi pater ad meliorem fortunam peruenerit: tunc enim cogitur filium redimere. Viu. d. pater potest, num. 3. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi pater captiuus loco sui filium obsidem dederit. Quæ tamen reprobatur d. pater potest, nu.4.

V. Regula, Parens tenetur alere & educare liberos. M.I.C. d.q.5.reg.10.& M.I.P. lib.5.cap.2.reg.3. Accedit Viu. lib.1. alimenta tenetur, num.1. Huius exceptio prima est: Nisi filius seipsum alere possit. M.I.C. d.reg.10.except.1. Accedit Villal. P.30.& Viu.d.alimenta, num. 2. Gabriel. libro 6. de alimentis, conclus.1.num.27. cum tribus sequentibus. Altera exceptio est: Nisi ex iniusto matrimonio liberi nati sint. M. I. C. d.reg.10.except.5. Cuius replicatio prima est in matre, quæ etiam in iustos liberos alere tenetur. M. I. C. d. except. 5. repl.2. Accedit Viu. lib. 1. statutum disponens quòd naturales. ibi: & per consequens. Altera replicatio est, quòd mortuo parente liberi legitimi naturalibus fratribus alimenta debeant. M.I.C. d.except.5.replic.3. Accedit Villal. F.123.& S. 96. ibi: nisi causa alimentor. cum addit.1. Planè iure canonico exceptio proposita reprobatur M. I. P. d. reg. 3. except.1. Accedit Viu.lib.1. pater naturalis. vbi remissiuè distinguitur hæc mutatio. Sed & videtur hæc mutatio iuris canonici in terris Imperij non obtinere. Quæ distinctio controuertitur & subdistinguitur apud Gabriel. lib.6. de alimentis, concl.1. Deinde non admittitur dicta mutatio iuris canonici, si filius aliunde se alere possit. Villal. P.30. item si ex damnato coitu natus sit. Quæ tamen distinctio reprobatur apud Vill. S.96. in addit.1. in fine. Soarez A.166. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi filius legitimam dilapidauerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Turz. opin.181. num.2.& 3. Quarta exceptio videtur: Nisi filius iurauerit alimenta non petere. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Turz. d. opin. 181. num.4. Quinta exceptio videtur: Nisi statuto patri alimenta sint remissa. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib.1. alimenta

tenetur, num. 4. Soarez A.169. Sexta exceptio videtur: Nisi pacto patri alimenta sint remissa. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.d. alimenta, num.5. & Soarez. A.169. Septima exceptio est: Nisi filius patrem sibi pro alimentis datam perdiderit. Viu. dict. alimenta. ibi: hoc dictum videtur limitare Bald. Cuius exceptionis replicatio est: Nisi leuis culpa subsit. d. vers. hoc dictum videtur. ibi: vbicunque verò filius. Octaua exceptio est: Nisi talis subsit causa, ob quam filius possit exhæredari. Viu. d. alimenta, num.3. Gabriel. lib. 6. de alimentis, conclus. 1, nu. 44. Soarez A.164. Huius exemplum est, Si filia turpiter vixerit. Viu. lib. 1. filia quæ peccauit. vbi additur replicatio. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Gabriel. d. conclus. 1.

VI. Regula, Etiam liberos & vxorem filij parens alere tenetur. Viu. lib. 1. alimenta tenetur. §. amplia tertiò.

VII. Regula, Quantum alimentorum nomine liberis pater teneatur præstare, controuertitur apud Gabriel. d. conclus. 1. num. 31.

VIII. Regula, Per quem iudicem pater compellendus sit alimenta præstare filio spurio, definitur apud Vill. P.29.

IX. Regula, Parens filiam dotare tenetur, & filio dare ante nuptias donationem. M.I.C.d.q.5. reg. 12. Huius regulę exceptio prima est in matre, quæ filiam dotare non tenetur. M.I.C.d. regula. 12. exceptio. 2. Accedit. Villal. D.185. in addit. Cuius replicatio prima est: Nisi mater sit Hæretica, filia autem Catholica. Vill. in d. addit. Altera replicatio est: Nisi mater diues si, & pater pauper. Viu. lib. 1. mater diues. Altera exceptio est: Nisi pater semel dotem dederit. M.I.C. d. reg. 12. except. 3. Cuius replicatio est: Nisi filia dotem sine culpa sua perdiderit. Vill. D.185. Tertia exceptio. est: Nisi filia nupta sit. Quæ tamen reprobatur apud Vill. D. 182. Viu. lib. 1. in verbo Filia. §. pater tenetur, num. 1. Quarta exceptio est: Nisi filia sine consensu patris nupserit. Quæ exceptio controuertitur apud Viu. d §. pater tenetur num. 2. Reprobatur apud Villalobos D. 183. & F.140. in addit. Quinta exceptio est: Nisi filia naturalis sit. Viu. lib. 1. pater naturalis. Contradicit Villal. F. 124. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de alimentis, conclus. 1. num. 14. cum quatuor sequentibus. Sexta exceptio videtur in auo, quòd non teneatur dotare neptem. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Villal. D. 186. Viu. lib. 1. alimenta tenetur. ibi; imò plus

pater cogitur. Viu.lib.2.dotare neptem. Admittitur, si pater diues sit. Viu. d. dotare neptem. Septima exceptio videtur: Nisi maritus sit diues. Sed reprobatur apud Vill. D. 184. Octaua exceptio est: Nisi filia turpiter & flagitiosè vixerit. Viu. lib. 1. filia quæ peccauit. vbi distinguitur.

X. Regula: Competens dos danda, quæ non sit minus legitima. Vill. D.158. Viu.lib.1. statutum excludens filias.

XI. Regula: Liberi matrem dotare non tenentur. Vill. F.68.

XII. Regula: Liberi parentes inopes alere tenentur. M. I.C.d. quæst.5. reg. 13. Cuius exceptio prima videtur in matre, vel auo materno paternoúe. Quæ tamen reprobatur M.I.C.d.reg.13. excep.7. Accedit Viu.lib.2. filius tenetur. Altera exceptio videtur in parente & filio spurio. Quæ controuertitur apud Gabriel.lib.6.de alimentis, conclus.1.num 32.

XIII. Regula: Pater & filius eadem persona censetur. Inst. de inutili stip.§.ei verò qui. Accedit Vill. P. 38 in addit.

XIIII. Regula: Liberi non possunt retractare alienationes à parentibus factas. Vill. F.101 & H.6. cum addit.

XV. Regula: Parentibus per liberos acquiritur. M. I. C. lib.4. cap. 22. in prin. reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi filius assessor ratione sui officij quid acquisierit. M. I. C. d. reg. 1. except. 3. Accedit Viu. lib. 1. peculium. Altera exceptio est: Nisi filius clericus ratione sui clericatus quid acquisierit. M.I.C.d. reg.1.exc.4. Accedit Viu. d. peculium Tertia. exceptio est: Nisi filius aduocatus ratione suæ aduocationis quid acquisierit. M.I.C. d.reg.1.except.5. Accedit Viu. d. peculium & Soarez A.111. Quarta exceptio videtur: Nisi filius procurator ex hoc suo officio quid acquisierit. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib.1. procuratoris officium. Quinta exceptio est: Nisi filius magister artium liberalium ex hac sua professione quid acquisierit. Viu.d.peculium. Cuius replicatio videtur: Nisi non è publico, sed è priuatis acquisierit Quæ replicatio reprobatur d peculium. Sexta exceptio est: Nisi filius ab vxore, vel filia à marito suo quid acquisierit. M.I.C.d reg.1.except.12. Accedit Vill.L.138. Septima exceptio est: Nisi filius non ex re patris, sed aliunde quid acquisierit. M. I. C. d. reg. 1. except.13. Accedit Villal. F. 47. Octaua exceptio est: Nisi ab auo nepoti donatum sit. hoc enim aduenticium, non profecticium est. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 3. de iure

dotium

dotium,conclus.5.nu.17.cum quatuor sequentibus.

MVTATIO IVRIS.

Planè regula proposita iure nouo mutata est, vt parentibus in rebus liberorum non amplius dominium, sed vsusfructus tantùm adquiratur. M.I.C. d.reg.1.§.hactenus ius antiquum. Cui accedit Viu.lib.1.filio quæritur, in prin. & Pater habet,in prin.Cuius exceptio prima est:Nisi ex re patris acquisierit: tunc enim dominium patri acquiritur etiam iure nouo M.I.C. d.§ hactenus, in fine,except.1 Huius replicatio prima est: Nisi ex delicto acquisierit, vel prohibito modo: veluti vsuris, ludo, &c. Viu.lib.1. filiusfamiliâs ea quæ, nu.5.cum duobus sequentibus. Altera replicatio est in dote profecticia filiæ, Viu. lib.2.pater est legitimus. Altera exceptio est: Nisi ex stipulatione paterna filio quæratur. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.libro 1.filio quæritur. & Gabriel. lib.3. de verb. obligat. conclus.1.num.33.36.& 37.vbi tamen magis approbatur. Huius replicatio prima est in iis quæ patri non acquiruntur, Gabriel.d.concl.1.nu.38. Altera replicatio est in castrensibus & aduenticiis,d.conclus.1.nu.39.Tertia exceptio est: Nisi filius patri,non sibi sit stipulatus. Viu.d.filio quæritur.ibi:fallit secundò. Cuius replicatio est: Nisi id patri sit stipulatus, quod ei adquiri non potest. Gabriel. d. conclus. 1. num 40. vbi etiam duplicatur.

XVI. Regula: Hodie parentib. in bonis liberorum vsufructus debetur. M.I C.d.§. hactenus Cui accedunt ea quæ habetur s. reg prox. §. planè regula proposita. Cuius exceptio prima est: Nisi filius sit sui iuris, non in potestate patris M.I.C.d.§. hactenus, except.4. Accedit Viu.lib.1. pater habet.ibi: quod quippe. Cuius replicatio prima est: Nisi filius facto suo proprio sine patris cõsensu ab eius potestate esset liberatus. Viu.lib.1. in verbo Filius.§. pater tenetur, num.6. ibi: interpretantur insuper. Altera replicatio est in quæsitis tempore emancipationis: in his enim pater vsum fructum retinet. Viu.d.vers. quod quippe. Tertia replicatio videtur: Nisi pater in emancipatione sibi vsum fructũ in bonis postea quærendis reseruauerit. Sed reprobatur apud Viu.dict. Pater habet. ibi: imò plus dic. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi filius consensu patris vxorem duxerit. Viu.d. num.6. ibi; sin autem pater. Tertia exceptio est: Nisi pater monasterium ingressus sit.

Quæ exceptio est controuersa apud Viu. libro. 2. pater habens filios. Quarta exceptio videtur: Nisi filius clericus vel monachus sit factus. Sed reprobatur apud Viu. lib. 2. pater vsum fructũ. Quinta exceptio videtur in dote profecticia filiæ. Sed reprobatur apud Viu. lib. 2. pater est legitimus. Sexta exceptio videtur: Nisi ex stipulatione patris filius adquisierit. Sed controuertitur & magis reprobatur apud Gabriel.lib.3. de verb.obligat. conclus.1. num. 33.

XVII. Regula: Filius res, quarum pater vsum fructum habet, alienare non potest, nec de iis testari. M.I.C.d.cap.22. quæst.4. reg.9. Cuius exceptio est: Nisi filius familiâs senex sit. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. F. 63. De regula proposita vide item j. cap. 13. reg. 16. except.3.

## DE NATVRALIBVS liberis.

XVIII. Regula: Naturales liberi definiuntur M.I.C. lib.4.cap.24. quæst.2.reg.1. item definiuntur apud Viu. lib.1. filij naturales. Huius regulæ exceptio est: Nisi nuptiæ iniustę in facie Ecçlesię bona fide à parentibus sint contractæ. M.I.P.lib.4.cap.15.repl.2.& lib.5.cap.2.reg.6.except.1. Accedit Villal.F.81. Gabriel.lib.6.de legitimatione, conclus.4. vbi etiam replicatur. De qua exceptione vide item s̃.cap.8.reg. 7.except.2.

XIX. Regula, Naturales legitimantur per subsequens matrimonium. M.I.C. d.cap.24.quæst.3.causa 2. item M.I.P. d.cap.2.reg.7. Accedit Gabriel.lib. 6. de legitimatione, conclus.1.num.1.3.& 26. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi matrimonium non subsistat. M.I.C. d.causa 2.except. 1. Accedit Vill.F.69. cum addit. & 79. Altera exceptio est: Nisi liberi sint adulterini: hi enim per subsequens matrimonium non legitimantur, ratione superioris primæ exceptionis. M.I.C.d.except.1.ibi:proinde liberi.& M.I.P.d.reg.7.except. 1. Accedit Gabriel. lib. 6. de legitimatione, concl. 1. num.2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi alter coniugum ignorauerit adulterium commissum, sed putauerit solutum cum soluta rem habuisse. Vill.F. 74. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de legitimatione, conclus. 2. Tertia exceptio est: Nisi nuptialia instrumenta nõ fuerint conscripta. M.I.C.d.causa 2.except. 2. accedit Vill.F.78. Quarta exceptio est: Nisi mater vilis sit, quam sine suo dedecore pater

in vxorem ducere non poteſt. Quæ exceptio eſt controuerſa Fichard. in addit. ad Vill. L.93. Quinta exceptio eſt: Niſi tempore conceptionis inter patrem & matrem matrimonium eſſe non potuit. Gabriel. lib.6. de legitimatione, concluſ.1.num.2. Cuius replicationem vide ſ. except.2. Sexta exceptio videtur: Niſi cum alio, medio tempore matrimonium fuerit contractum. Sed reprobatur apud Vill. Fich.72. cum ſequente. Septima exceptio eſt in filijs mortuis ante matrimonium ſequutum, & inde natis nepotibus. hi enim per ſubſequens matrimonium non legitimantur. Vill. F.80. Plures huiuſcemodi exceptiones vide apud Gabriel. libro 6. de legitimatione, concluſ.1.num.4. cum ſequentibus, vſque ad finem.

XX. Regula: Naturales legitimantur etiam per reſcriptum principis, vel alterius cui ius eſt legitimandi. M.I.C.d. quæſt.3. cauſa 3. & M.I.P. d.cap.2.reg.8. Cuius exceptio prima eſt quoad Eccleſiaſtica, Vill. L.77. Altera exceptio eſt, quòd legitimatus ab Imperatore pro legitimo non habetur in terris Eccleſiæ: & contrà legitimatus à Papa pro legitimo non habetur in terris imperij. Vill.L.76. cum addit. & Fichard. ad Vill. L.79. Gabriel. lib.6. de legitimat. concluſ.3. num.9. Tertia exceptio eſt, quoad ſtatuta, Vill.L.78. Quarta exceptio eſt quoad bona ſita extra territorium legitimantis, Villal.L.79. Viu.lib.2. Papa in terris, num.4. Gabriel. lib. 6. de legitimatione, concluſ.3. num.8. & 9. Huius replicatio: Niſi legitimatio conſenſu patris ſit facta. controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. d. conclu.3. num.10. cum tribus ſequentibus. Quinta exceptio eſt; Niſi non ſubditum legitimauerit. Villal. L.79. Viu. lib.2. Papa in terris, num.2. cum duobus ſequentibus. Gabriel. d. concluſ.3. num.7. Sexta exceptio videtur: Niſi per procuratorem legitimatio facta ſit. Quæ tamen reprobatur apud Vill.L.82. Septima exceptio eſt: Niſi alius quàm Imperator vel Papa legitimauerit. Vill. L.83. Octaua exceptio eſt: Niſi legitimandi poteſtatem habens, proprium filium legitimauerit. Villal.L.86. Nona exceptio: Niſi cùm quis legitimandi poteſtatem pro ſe & filijs ſuis adeptus eſſet, filius in vita patris legitimauerit. Quæ exceptio reprobatur ſub conditione apud Vill. L.88. Decima exceptio: Niſi ſine cauſa legitimauerit. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur apud ill. L.89. P. 298. Gabriel. lib.6. de legitimatione, concluſ. 6. num. 2. Vndecima exceptio:

ptio:

ceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de legitimatione, conclus.5. Duodecima exceptio: Nisi legitimi & naturales liberi supersint. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de legitimatione, conclus. 6. Vill. L.66. & 81. item S.122. vbi controuertitur, an filiæ legitimæ per fratres legitimatos excludautur? Decimatertia exceptio: Nisi causa illegitimationis in legitimatione non sit expressa. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill. L.90. cum duobus sequentibus. Decimaquarta exceptio: Nisi in legitimatione non sit facta mentio liberorum legitimorum & naturalium qui extant. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de legitimatione. conclus.7. Decimaquinta exceptio: Nisi legitimanti sit obreptum, vel nonnulla in precibus omissa. Vill. O.31. in addit. Decimasexta exceptio: Nisi ij quorum interest, ad legitimationem non sint citati. Quæ exceptio reprobatur, si viuente & consentiente patre legitimatio sit facta. Viu. lib. 2. legitimatio. Vill. C.41. & 43. Admittitur tamen in duobus casibus, qui habentur apud Vill. C.42. & 44. Decimaseptima exceptio: Nisi is qui per subsequens matrimonium legitimari non potuit, per rescriptum principis sit legitimatus. Quę exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de legitimatione, conclus.3. Decimaoctaua exceptio: Nisi ex prohibito coitu natus sit legitimatus. M.I.C. d.q. 3. in fine, except.2. & M.I.P. d.reg.8. except.1. Contradicere videtur Vill. L.87. Decimanona exceptio: Nisi ad quædam fuerit legitimatus. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d. lib.6. de legitimat. conclus.8. Villal. L.75. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Gabriel. d. conclus.3. item j. reg.25. except.1. repl.1. cum sequentibus.

XXI. Regula: Naturalis etiam legitimatur, si pater in instrumento publico vel apud acta confiteatur hunc filium suum esse, non adiecto Naturalem. M.I.C. d.q.3. causa 5. Accedit Vill. L.64. vbi etiam distinguitur.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM regularum generales.

Planè regula decimanona cum duabus sequentibus, & aliæ similes, quibus ratio seu modus legitimandi liberos naturales traditur, recipere videntur nonnullas exceptiones communes, quarum prima hæc est: Nisi quinquennium à morte

morte patris præterierit. Quæ tamen reprobatur apud Vill. L.66. in addit. Altera exceptio videtur: Nisi postea superueniant liberi legitimi. Sed & hæc exceptio reprobatur apud Fichard. in addit. ad Villal. L.83. Tertiam exceptionem de liberis ex damnato coitu natis, vide j. post reg. 27.

XXII. Regula: Legitimati per omnia legitimis æquiparantur. M.I.C. d. cap. 24. q. 4. reg. 1. except. 1. Accedit Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 84. in fine. De quo vide item j. reg. prox. except. 1. & reg. 25. except. 1.

XXIII. Regula: Pater naturalibus liberis nihil in testamento relinquere vel donare potest præter vnciam bonorum suorum. M.I. C. d. reg. 1. Accedit Iul. Clar. in d. §. testamentum, q. 31. vers. sed quid si pater. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi sint legitimati. M.I.C. d. reg. 1. except. 1. Accedit Iul. Clar. d. quæst. 31. vers. scias tamen. & q. 84. Huius replicatio videtur: Nisi post factum testamentum sint legitimati. Quæ tamen replicatio reprobatur sub conditione apud Iul. Clar. d. quæst. 31. vers. & hoc quidem. Altera exceptio est: Nisi legitimi liberi nulli supersint, nec mater relinquentis. M.I.C. d. reg. 1. except. 2. Accedit Villal. 1. L.80. Tertia exceptio est: Nisi non filio naturali, sed nepoti ex eo auus relinquat M.I.C. d. reg. 1. except. 5. accedit Vill. F.121, De qua exceptione vide item j. lib. prox. c. 2. reg. 7. excep. 47. Quarta exceptio videtur: Nisi statuto permittatur liberis naturalibus relinquere vel donare. Hæc exceptio reprobatur apud Vill. F.122. & S.96. Controuertitur apud Vill. libr. 1. statutum disponens quòd naturales. Quinta exceptio est: Nisi alimẽta illis relinquat. Vill. S.96. ibi: nisi causa. cum addit. 1. Controuertitur apud Gabriel. lib. 6. de alimentis, concl. 1. num. 7. & 8. Distinguitur d. conclus. 1. nu. 9. & 41. Sexta exceptio est: Nisi institutio filij naturalis conferatur in tempus quo capere possit. Vill. S.96. ibi: vel si conferatur. cum addit. Fichar. Plures propositæ regulæ exceptiones vide j. lib. prox. cap. 2. reg. 7. except. 46.

XXIIII. Regula: Pater qui liberis naturalibus nihil relinquere potest, matrem eorũ instituendo hæredem facit, vt ea mediante, sua hæreditas ad liberos perueniat. Viu. d. statutum disponens quòd naturales. versi. vlt.

XXV. Regula: Hæreditas parentum ab intestato liberis naturalibus non debetur. M.I.C. d. quæst. 4. reg. 2. Cuius exceptio prima est: Nisi liberi sint legitimati. M.I.C. d. reg. 2. except.

except.1. Accedit Vill.L.69. Cuius replicatio prima est: Nisi legitimi liberi supersint. de qua replicatione vide s̃.reg.20. except.12. Altera replicatio est: Nisi ascendentes defuncti supersint. Vill.L.71. Tertia replicatio est: Nisi post mortem patris hæreditate aliis delata, fuerint legitimati. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz. opin.166.num.1.cum sequente. Quarta replicatio est Nisi legitimati sint quoad quædam. Villal. L.75. Quinta replicatio est quoad feuda, quæ legitimati non succedũt. De qua re vide tractatum meum feudalem c.4.reg.2. exce.9.repl.1. Sexta replicatio est: Nisi legitimatus sit per subsequens matrimoniũ, quod quidem iure canonico, non autem ciuili subsistit: hic enim in terris imperij non succedit. Quæ replicatio est concontrouersa Fich.in addi.ad Vill.L.72. Septima replicatio est: Nisi in legitimatione pactum hoc adiectum sit, ne legitimati succedant. Quæ replicatio remittitur apud Vill. L. 93.in addit.1. Octaua replicatio est: Nisi legitimatio facta sit absque præiudicio legitimorum hæredum. Viu.lib.2.legitimatus absque. Plures huiusmodi replicationes vide s̃. reg. 20.except.2.cum sequentibus. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi non de patris, sed aui hæreditate agatur. Sed reprobatur hæc exceptio M. I.C.d.reg.2.except.3. Accedit Vill.F.121. Tertia exceptio est: Nisi de matris hæreditate agatur. Viu. lib.1. filij naturales. ibi: resultat postremò. item eodem lib. statutum disponens quod naturales. ibi: limita prædicta. vbi subiicitur replicatio. Quarta exceptio est: Nisi statutum in contrarium extet. De qua exceptione vide s̃.reg.except.4.

XXXI. Regula: Hæreditas transuersalium liberis naturalibus non debetur. M.I.C. d. quæst.4.reg.3. Cuius exceptio prima est: Nisi naturales sint legitimati. Vill.S.121. Cuius replicationes vide s̃.reg. prox. except.1. item reg.20. except.2.cum sequentibus. Altera exceptio est: Nisi naturalis defuncto sit frater vterinus. Vill.F.125.cum addit.

XXXII. Regula: De alendis liberis naturalibus vide s̃.reg.5.except.2.cum regulis aliquot sequentibus.

## EXCEPTIO PRÆCEDENtium regularum generalis.

Planè quæ hactenus pro naturalibus liberis à reg.18. vsque ad hanc postremam dicta sunt, recipiunt exceptionem com-

communem hanc: Nisi liberi ex damnato coitu nati sint. hi enim de ijs quæ pro naturalibus liberis hactenus dicta sũt, excipiuntur. M.I.C.d.q.4.in fin. Accedit Iul.Clar.in §.testamentum, q.51.vers, sed quid dicendum, cum sequente. Qui autem dicantur nati ex damnato coitu, definitur apud Vill. F.126.vbi additur replicatio hæc: Nisi ex coniugato & soluta nati sint. Hæc de naturalibus liberis sint dicta.

XXVIII. Regula: De liberis qui ab alio detinentur, exhibendis & ducẽdis patri interdictum competit. M.I.C.lib. 4.cap.26.quæst.3.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi filius à matre detineatur. M.I.C.d.reg.1.except.2. Accedit Gabriel. lib. 6.de alimentis.conclus.1.num.20.

XXIX. Regula: Arrogato defuncto relictis bonis partim à naturali, partim ab adoptiuo patre per successionem quæsitis: ista bona redeunt ad cuiusque parentis hæredem legitimum vel substitutum. Soarez. A.276.

XXX. Regula: Si arrogator sine causa impuberẽ emancipauerit: quartam bonorum suorum partem cogitur ei relinquere. M.I.C. libro 4. cap.28. quæst.3. reg. 12. in fine. Quæ quarta non est aucta per constit. de triente & semisse. Vilal.Q.2.

XXXI. Regula: Per emancipationem filius liberatur à patria potestate. M.I.C.lib.4.cap.29. Cuius exceptio est: Nisi pro parte sit emancipatus. Villal.E.34.

XXXII. Regula: Per monachismum patris filius ab eius potestate liberatur. Quæ regula est controuersa apud Viu.lib.1.filiusfamiliâs regulariter, num.2. Vill.P.43.

XXXIII. Regula: Per dignitatem filij patria potestas non amittitur. M.I.C.d.cap.29.q.4. regul.7. Cuius exceptio prima est: Nisi episcopalis sit dignitas. M.I.C.reg.7. except. 8.M.I.P.lib.5.cap.2.reg.14. Accedit. Vill.P.52. Viu.lib.2.filium à patria, in princ. Altera exceptio videtur: Nisi clericatus sit dignitas. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.P.52. Viu.d.filium à patria.ibi: & quamuis prædictæ. Admittitur exceptio hæc, si filius per decennium seorsim à patre habitauerit. Villal.P.52.in addit.quæ incipit, Limitat autem. Tertia exceptio videtur: Nisi doctoralis sit dignitas. Sed reprobatur apud Vill.P.52.in addit.vlt.& Viu.lib.2.doctoratus, num.29. Quarta exceptio est: Nisi Cardinalitia sit dignitas. Viu. d. filium à patria.ibi: item filiusfamiliâs. Planè exceptionum iam enumeratarum replicatio est in ijs, in quibus filio pa-

tria

tria poteſtas prodeſt:in his enim à patria poteſtate liberatus non cenſetur. Viu.d.filium à patria ibi:& hæc omnia.

XXXIIII Regula: Per militiam filij patria poteſtas non amittitur. M.I.C. d.q.4.reg.8. Accedit Vill. P. 52. in addit.vlt.

XXXV. Regula:Per matrimonium filij filiæve patria poteſtas non tollitur. Fichard.in addit.ad Vill. P.52. Viu.lib.1.filiusfamiliâs regulariter,num.4.6.& 7.

XXXVI.Regula: Per monachiſmum filij patria poteſtas amittitur. Vill.M.114.Retinet tamen filius ſuitatis ius. Vill.M.113.

XXXVII.Regula: Si filium infantem pater expoſuerit:per hoc patriam poteſtatem non amittit.M.I..C.d.quæſt.4.reg.11.Accedit Vill.P 53. Contradicit M.I.P. d.cap.2.reg.15. Hæc de iure inter parentes & liberos.

## *DE RELIQVO IVRE perſonarum.* CAP. XII.

PRima regula:Ex eo quod tutor geſſit,finita tutela actio in pupillum datur. M.I.C.lib.5.cap.1.quæſt.8.reg. 5. Accedit Villal. T.126.

II. Regula,Tutor ex eo quod in cauſis pupillaribus geſſit,nullum patitur præiudicium circa res ſuas. M.I.C. d.q.8. reg.6. Cuius exceptio eſt:Niſi præter officium proprio nomine geſſerit. Viu.lib.1.procurator diligenter.

III. Regula:Tutor teſtamento inutiliter datus efficitur tutor,ſi ſe negociis pupillaribus immiſcuit. M.I.C.lib.5.cap. 2.q.1. in fine, replic. generali 2. Cuius exceptio eſt: Niſi propter perſonam dati tutoris datio ſit inutilis. Quæ exceptio approbatur exemplo apud Gabriel. lib 6. de legibus, concluſ.3. num.28.

IIII. Regula: Tutoris datio non competit iure magiſtratus, nec poteſt delegari. Vill. T.127.

V. Regula: Mulier tutrix vel curatrix eſſe non poteſt. M.I.C.lib.5. cap.4 q.1. except. 21. Cuius exceptio prima eſt: Niſi mater vel auia liberorum ſuorum tutelam gerat. M. I. C.d. except.21.repl. 1. Huius replic. prima eſt: Niſi ſecundis nuptiis non renunciauerit.M.I.C.d.repl.1.dupl.Accedit Viu. lib.1. mulier ad ſecundas,num.3.ibi: & ratio videtur. Cuius duplicatio eſt;Niſi mater vel auia teſtamento tutrix ſit data

Quæ-

Quæ duplicatio est controuersa apud Viu. d. num.3.in fine, cum num.sequente. Altera replicatio est: Nisi S.C. Velleiano non renunciauerit. M. I. C. d. repl. 1. dupl.4. Accedit Viu.d. vers.& ratio videtur. Cuius duplicatio est: Nisi testamento tutrix sit data. Quæ duplicatio est controuersa d.num.3.in fine, cum num. sequente. Tertia replicatio est: Nisi mater nuptias iterauerit. M. I. C. d. repl. 1. dupl. 3. Accedit Viu. d. vers. & ratio videtur. Quarta replicatio est: Nisi mater luxuriosè vixerit. Vill.B.21.in addit.ibi:ex quib.fac conclusionem. Quinta replicatio est: Nisi mater sit minor vigintiquinque annis. Viu.d.mulier ad secundas, num. 6.

VI. Regula, Qui sine consensu cognatorum sua bona statuto prohibetur alienare, tutor inutiliter datur. Viu. lib.1. statutum disponens quòd mulier. ibi: fallit decimoquinto.

VII. Regula, Qui legitimum tutorem habet, ei alius tutor dandus non est. M. I. C. lib.5.cap.4.q.2.except.33. Cuius exceptio est: Nisi cum mater tutelam suscipisset, iteratura nuptias eam resignauerit. hoc enim casu non legitimus, sed datiuus tutor est. Vill.M.29.

VIII. Regula, Maiori vigintiquinq; annis curator non rectè datur. M.I.C.d.q.2, except. 34. Cuius exceptio est: Nisi furiosus sit vel prodigus. M.I.C.d.except.34.repl.2.& 4. Cuius replicatio prima est: Nisi furiosus vel prodigus esse desierit. hoc enim casu finitur eius cura. M.I.C.d.repl.2. dupl. 3.& d.repl.4.dupl.2. Cuius duplicatio est: Nisi sententia declaratoria non intercesserit, quòd furiosus vel prodigus esse desierit. Quæ duplicatio cõtrouertitur & distinguitur apud Viu. lib. 1.prodigus notoriè. Altera replicatio est: Nisi non citato prodigo curator ei datus sit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.1.prodigus citandus.

IX. Regula, Si mater filio tutorem non petierit, hæreditate eius priuatur. M. I.C.lib.5.cap.5.q.5.reg.3. Accedit Vill. B.14. Gabriel. lib.6.de tutelis, conclus.1.num.1. Cuius exceptio prima est: Nisi tutorem petierit mater. M.I.C.d.excep. 2. Cuius replicatio est: Nisi non confestim petierit, nec intra annum. M.I.C.d.except.2. repl.5. Accedit Vill. M.29.in addit. Altera exceptio est: Nisi mater ipsa tutelam filij gesserit. M.I.C.d.reg.3.except.7. Accedit Viu.lib.1. mulier.ad secundas, nu.4. ibi: nisi velit ipsa. Huius replicatio prima est: Nisi mater nuptias iterauerit, M.I.C.d.exc.7.repl.2. Accedit

Gabriel. lib. 3. de secundis nuptiis, concl. 9. vbi plures huius replicationis subiiciuntur duplicationes. Altera replicatio est: Nisi mater minor sit vigintiquinq; annis Viu. d. mulier ad secundas, num. 6. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi morte impuberis filij pręuenta non petiit. M. I. C. d. reg. 3. except. 9. Cuius replicatio est: Nisi annus fuerit elapsus, quo cum petere deberet, nó petiit. Viu. d. mulier ad secundas, num 4. ibi: hísque occurrit. Quarta exceptio est: Nisi mater non petens sit minor vigintiquinque annis. Viu. d. mulier, num. 6. Plures propositæ regulę exceptiones vide apud Gabriel. lib. 6. de tutelis, conclus. 1.

X. Regula, Excusationem à tutela præstat numerus liberorum. de qua re vide s. cap. 10. reg. 71.

X I. Regula, Si tutor res alienari prohibitas sine decreto distraxit, tanquam suspectus accusari & remoueri potest. M. I. C, lib. 5. cap. 7. q. 2. causa 9. Cuius exceptio est: Nisi pater res filij distraxit. Vill. F. 98. Cuius replicatio est: Nisi filius ad res dissipatas reuocandas nullum regressum sit habiturus. Vill. F. 99. Plures replicationes vide remissiuè d. F. 99.

X I I. Regula, Si tutor peruersè tutelam administret, tanquam suspectus postulari ac remoueri potest. M. I. C. d. q. 2. causa 1. Cuius exceptio prima videtur: Nisi tutor cognatus sit pupilli. Approbari quidem videtur M. I. C. d. q. 2. except. 4. Sed reprobatur apud Vill. F. 100. Altera exceptio videtur: Nisi satisdationem offerat rem pupilli saluam fore. Quæ tamen reprobatur d. q. 2. except. 6. Sed nec admttitur in patre tutore. Villal. F. 100.

X I I I. Regula, Affine remedium postulationis suspecti tutoris est vindicatio rerum ab ipso alienatarum. Vill. F. 98.

X I I I I. Regula, Finitur cura furiosi & prodigi, si is ad sanam mentem fuerit reuersus. M. I. C. lib. 5. cap. 8. causa 8. De qua re vide s. reg. 8. except. 1. repl. 1.

## DE OFFICIIS TVTORVM & curatorum.

X V. Regula: Tutor regulariter inuentarium rerum pupillarium conscribere tenetur. M. I. C. lib. 5. cap 10. de inuentario conscribendo, reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi testator tutori hanc necessitatem conscribendi inuentarij remiserit M. I. C. d. reg. 1. except. 1. Accedit Iul. Clar. in §. testamentum, q. 66. vers. quoad tertium. 4. cum vers. sequente. Huius replicatio est: Nisi iudici causa cognita aliter videatur. Iul. Clar. d. quæst

d. quæst. 66.verſ.vlt.item Viu.lib.1.teſtator licet.

XVI. Regula, Tutor in dubio proprium commodum pupilli commodo præferre poteſt, cum vtrique commodare nequit. Quæ regula diſtinguitur apud Fichard.in addit. ad Villal. T.128.

XVII. Regula, Si debitor pupilli ſoluendo eſſe deſierit, vel tempore ſit liberatus: tutoris periculum eſt. M.I.C.lib.5. cap.11.officio 2.reg.2. Accedit Turz.opin.60.num.2.in prin.

XVIII. Regula: Tutor ex facultatibus pupilli ius donandi non habet. M.I.C.d.ca.11.officio 5.reg.10. Cuius exceptio eſt: Niſi remunerationis cauſa iis qui de minore benemeriti ſunt donauerit. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.2.donare tutores.

XIX. Regula, Tutor quatenus pupilli nomine tranſigere poſſit, dictum s̃.lib.prox.cap.21.reg.1.except.1.repl.2.

XX. Regula, Alienatio rerum minoris nõ valet potéſq; retractari. M. I. C. lib.5.cap.14.reg.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi decretum à magiſtratu ſit interpoſitum. M. I. C.d. reg.1. except. 3. Huius replicatio eſt; Niſi ſine cauſæ cognitione magiſtratus decretum interpoſuerit, vel non de omnibus inquiſierit quæ inquirenda ſunt. M.I.C.d.excep.3. repl.1. Accedit Viu.lib.1.iudex interponens. verſ.vlt. Altera exceptio eſt: Niſi pater adminiſtrator rerum filij eas ſine decreto alienauerit. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. reg. 1.except.6. Admittitur primùm quidem in mobilibus, Vill.P.49. Deinde admittitur in rebus filiifamiliâs minoris, Fichard.in addit.ad Vill. P.49. Tertia exceptio eſt: Niſi iuſiurandum alienationi interuenerit. Vill. S.99.ibi: ex qua iuſtificatur alia. Quarta exceptio eſt: Niſi res quę ſeruando ſeruari non poteſt, ſit alienata. M.I.C.d.reg.1.except.19. Huius ſpecies eſt j̃.except.prox. Quinta exceptio eſt: Niſi pecunia pupillaris ſit alienata. Quæ exceptio ſpecies eſt præcedentis, eſtque controuerſa, magis tamen approbatur apud Fichard. in addit.1.ad Villalob. P.60. Sexta exceptio eſt; Niſi tranſactum ſit ſine decreto. Quæ exceptio reprobatur. M.I. C.d.reg.1.except.23.de qua agitur remiſſiuè apud Viu.lib.2. pacem, num.8. Septima exceptio eſt: Niſi minor dotem recipiẽs, bona ſua pro iis obligauerit. Viu.li.1.maritus minor. Vide s̃.cap.9.reg.13.except.2. Octaua exceptio eſt: Niſi minor maior factus per quinquennium alienationem non impugnauerit. M. I. C. d.reg.1.except.38. Accedit Gabriel

lib.2.de minorib.concl.4.in prin. Quæ ratificatio per silentium inducta retrotrahitur ad tempus contractus,d.concl. 4.num.2. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi res minoris titulo lucratiuo sit alienata. M.I.C.d. except.38.replic.1.Accedit Gabriel.d.conclus.4.num.3.Huius duplicatio prima videtur:Nisi ob causam facta sit donatio.Quę tamen reprobatur d.concl.4.num.4.Altera duplicatio videtur:Nisi post completū vicesimumquintum annum decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes excesserint. M. I. C. d.repl.1.dupl.2. Accedit Gabriel.d.num.3. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est:Nisi ex alia causa, quàm ob defectum decreti,alienatio non valeat.Gabriel.d.concl.4.num.5. Cuius exempla sunt replicationes sequentes. Tertia replicatio est: Nisi sine curatoris authoritate minor rem vendiderit.Quæ replicatio est controuersa d.conclus. 4.num.6.Quarta replicatio:Nisi minor curatorem non habens alienauerit. d. conclus. 4. num. 7. Quinta replicatio est:Nisi alienatio dolo sit facta.d.conclus. 4.num. 8. Huius duplicatio prima videtur: Nisi dolus sit præsumptus. Sed reprobatur in duabus replicationibus sequentibus.Altera duplicatio videtur:Nisi maior factus dolum cognouit.Sed reprobatur d.conclus.4.num.11.Sexta replicatio: Nisi contra statutum alienatio sit facta.d. conclus. 4. num.9. Septima replicatio: Nisi enormis sit læsio minoris.Quę replicatio est controuersa d. conclus.4 nu.10.Octaua replicatio: Nisi minor,maior factus ignorauit læsionem d.concl.4.num.12. Nona replicatio: Nisi aduersarius sciuit contractum non subsistere: hoc enim casu denegatur ei iure canonico exceptio proposita. d. concl.4.num.13. Decima replicatio:Nisi ante lapsum quinquennij minor se declarauit, quòd alienationem ratam habere nollet d.conclus.4. num.14. Cuius duplicatio videtur: Nisi non iudicio,sed extraiudicialiter se declarauerit. Quæ tamen reprobatur d. conclus.4.num.15. Hæc de regula vicesima.

*Præscriptionis terminus.*

XXI. Regula, Gestum à pupillo tutoris authoritate interueniente ratū est. M.I.C.lib.5.c.15.q.2.reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi inter ipsum tutorē & pupillum gestum sit.M.I.C.d.reg.1.exc.5.Quę exceptio obtinet etiam in aliis, quorum authoritas ad actum alterius requiritur.Soarez A. 291. Altera exceptio est: Nisi tutor qui author factus est, se non obligauit de recipienda defensione pupilli. Vill. T.129.

XXII.

XXII. Regula, Ex dolo & culpa tutoris datur aduersus eum tutelæ actio. M.I.C. lib.5. cap.17. quæst.1. causa 1. cum sequentibus. Cuius exceptio est: Nisi testator, qui tutorem testamento dedit, rationum reddendarum necessitatem ei remiserit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.q.1. except.20. Accedit Vill. T.128.

XXIII. Regula, Si tutor soluendo nõ sit, vt tutelæ actio aduersus eum sit inanis: minor aduersus id, in quo dolo vel culpa tutoris læsus est, in integrum restitutionem petere potest. Turz. opin.60. num.2. ibi: quod si tutor.

## DE IVRE INTER DOMINVM ET seruum, item inter patronum & libertum.

XXIIII. Regula, Seruitus non dicitur propriè, quæ à persona personæ debetur. Villal. S.54.

XXV. Regula, Si libertus ius aureorum annulorum impetrauit, vt ingenuus habetur. M.I.C. lib.6. ca.16. q.1. causa 14. Cuius exceptio est: Nisi libertum se negauerit. Gabr. lib.5. de acquir. possess. conclus.5. num.14.

## *DE RERVM DOMINIO ACquirendo. CAP. XIII.*

HActenus de iure personarum dictum est. Sequitur de rerum iure: in quo primum locum obtinet dominium, de quo in hoc Capite dicetur.

### DE DOMINIO RERVM acquirendo.

I. Regula, Dominium nõ nisi ex vna causa nobis acquiri potest. M.I.C. li.7. c.1. in prin. Si verò plures causæ concurrant, quarũ vna vtilis est, altera inutilis: ex illa nobis adquiritur, non ex hac inutili. Quod distinctionem recipit in dominio semel acquisito: id enim non retinetur postea causa superueniente, si prior causa irrita fiat. Vill. D.103. & P.179.

II. Regula, Si pater dotem pro filia dans stipuletur eam sibi reddi, si filia sine liberis decesserit: nepos ex filia dotem consequitur vt hæres matris, non ex stipulatione aui Villallobos F.117.

III. Regula, Si testator instituto filio hærede substituat Semproniũ, si filius sine liberis decesserit: hæres filij idémq;

nepos testatoris ex filio hæreditatem consequitur ab intestato, non ex testamento aui. Vill.F.118. De qua re vide item J.lib.prox.cap.5.reg.3.

IIII. Regula, Feræ bestiæ capienti acquiruntur. M.I.C. d.cap.1.causa 2. Cuius exceptio videtur: Nisi non in suo, sed in alieno solo eas cœperit. Quæ tamen reprobatur M.I.C. d.causa 2.except.2. Accedit Viu.lib.2.venari, num.2.

V. Regula, Thesaurus inuentori acquiritur. M.I.C.d.cap. 1.causa 4. Accedit Vill.T.111. Huius exceptio prima est: Nisi non in suo, sed in alieno solo thesaurum inuenerit: hoc enim casu dimidia pars acquiritur domino soli. M.I.C. d.causa 4. except.3 Accedit Vill.T.112.113. & 114. cum addit. Altera exceptio est: Nisi non casu, sed data opera thesaurum quæsierit & inuenerit. M.I.C. d.causa 4. except.4. Quo casu totus domino fundi acquiritur. Villal.T.112. Huius replicatio est: Nisi non in alieno, sed in suo thesaurum quæsierit. M.I.C. d. except.4.repl.1. Huius duplicatio est: Nisi arte magica quæsierit. M.I.C.d.causa 4.except.5. Accedit Villal.T.111.

VI. Regula, Per alluuionem quoque nobis acquiritur. M.I.C.d.cap.1.causa 7. Accedit Viu.lib.2.alluuio, num.1. Declaratur definitione alluuionis ibidem. Huius regulæ exceptio est in iurisdictione, quæ non augetur, nec minuitur alluuione. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur Viu. d. alluuio, num. 2. cum sequente. Soarez A. 171. Plures exceptiones vide remissiuè d.alluuio, num.3. ibi: & duas alias.

VII. Regula, Ædificium in alieno solo positum cedit domino soli. M.I.C.d.c.1.causa 10. Cuius exceptio est: Nisi in re dotali ædificiũ sit positũ: hoc enim solo non cedit. Vill.E.26.

VIII. Regula, Si quid ex re aliena, quam bona fide possidemus, perceperimus, nobis acquiritur. M.I.C.d.cap.1.causa 16. Cuius exceptio prima est: Nisi scientes rem alienam fructus ex ea perceperimus. M.I.C.d.causa 16.except.1. Altera exceptio est: Nisi ius ignorantes putauerimus rem nostram esse. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib.1. ignorantia.§.leges.ibi: hinc est quod in verbo Prout excusat. Soarez B.29. Admittitur in rebus Ecclesiasticis, Soarez B.30. cum sequente. Tertia exceptio est: Nisi fructus sint naturales, non industriales, quos ex re aliena percepimus. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.causa 16.except.2. De qua re vide item J.lib.5.cap.1.reg 37.except.2.repl.3.

IX. Re-

IX. Regula, Ex contractu etiam, ex quo res ita datur vt fiat accipientis, dominium acquiritur. M.I.C. d cap.1.causa 18. Cuius exceptio est: Nisi res nondum fuerit tradita. M.I.C. d.causa 18. except.1. Huius replicatio prima est: Nisi tempore contractus res sit penes eum cui alienatur. M.I.C. d.except. 1.repl.1. Accedit Villal. P. 116. cum duob. sequentibus. Huius duplicatio est: Nisi alienans ignoret rem esse penes eum, cui sit alienata. Villal. P. 19. Altera replicatio videtur: Nisi Ecclesia vel alius pius locus contraxerit: hoc enim casu etiam sine traditione videtur transferri dominium. Sed reprobatur hæc replicatio apud Villal. D. 102. Admittitur in donatione, Viu.l.b.1. actio Publiciana ad hoc. vers. in Ecclesiam. Tertia replicatio est in beneficialibus seu spiritualibus, quæ etiam sine traditione transferuntur. Gabriel. lib. 3. de empt. & vendit. conclus. 2. num. 33. Quarta replicatio est: Nisi Princeps alienauerit. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel. libro 3. de empt. & vendit. conclus. 2. num. 39. Plura de hisce & aliis huiusmodi replicationibus vide j. reg. 12. excep. 1. cum sequentibus.

X. Regula, Acquiritur item præscriptione triginta annorum. Vill P. 201. De qua re vide j. reg. 33. except. 16.

XI. Regula: Per liberum hominem nobis nihil acquiritur. M.I.C. lib. 7. cap. 2. reg. 9. Cuius exceptio est in possessione, quæ per liberum hominem seu procuratorem domino potest acquiri, & per eam dominium. M.I.C. d. reg. 9. except. 1. Huius replicatio prima est: Nisi dominus causam, ex qua res procuratori tradita est, nondum ratam habuerit. M.I.C. d. except. 1. repl. 3. Accedit Villal. P. 147. Altera replicatio est: Nisi cum procurator sua sponte sine mandato rem accepisset, dominus ignorauerit rem ei traditam esse. M. I. C. d. except. 1. repl. 4. Cuius duplicatio est: Nisi legis lucrum sit, vel ex lege acquisitum. hoc enim absenti & ignoranti domino acquiritur. Soarez A. 7. & L. 142. cum num. sequente. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est in notario, per quem nobis acquiritur. Villal. N. 23. Huius replicatio prima est in directa actione: hoc enim per notarium non acquiritur, sed vtilis tantum. d. 23. Altera replicatio est: Nisi pacem stipuletur pro absente: per hanc enim stipulationem absenti non acquiritur. Vill. N. 24.

XII. Regula, Si eadem res duobus diuerso tempore alienata est, ei acquiritur dominium, cui primum res est tradita.

M.I C lib.7.cap.3.reg.1.Accedit Villal. E.37.cum addit. V.16. Viu. lib. 1. vendens seu donans. Huius exceptio prima est: Nisi venditor seu alienans prioris emptoris nomine constituat se possidere:tunc enim is præfertur,quamuis posteriori emptori res prius actualiter sit tradita. Vill.P. 132. Viu.lib.2. possidens prior.Cuius replicatio prima est:Nisi precario cõstituat se possidere à priore. Vill. P.133. Altera replicatio est: Nisi ex contractu inutili prioris nomine constituat se possidere. Vill.P.134.Cuius duplicatio est:Nisi ex pòst facto contractus conualescere possit. Villal. P.135. Tertia replicatio est: Nisi ex causa pignoris constituat se prioris nomine possidere. Villal. P. 137. Quarta replic. est, quòd quamuis constituens se prioris nomine possidere, tradendo posteriori non transferat dominium,transfert tamen vsucapiendi conditionem. d. 137. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est:Nisi Ecclesia vel ciuitas prius comparauerit: in hanc enim quodam priuilegio etiam sine traditione dominium transit. Viu. lib. 1. vendens seu donans ibi: sed declaratur ista. De qua re vide s. reg.9. except. 1. replic.2. Tertia exceptio est:Nisi princeps alienauerit.d. vendens ibi: interpretatur secundò. De qua exceptione vide s. d. except.1. repl.4. Quarta exceptio est:Nisi Ecclesia vel Ecclesiastica persona alienauerit.Quę excep.est controuersa d vendens.ibi:limitatur prædicta.Quinta exceptio est:Nisi posterior venditor sciuerit rem alij antea venditam esse.d.vendens. ibi:fallit similiter. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Gabriel.lib.3.de emptione, conclus.2.

XIII. Regula: Si quis alterius pecunia rem emerit:eius res est qui eam emit,non eius cuius fuit pecunia. M. I. C.d. cap.3.reg.3.Accedit Turz.reg.56. Huius exceptiones vide in glossa.l.si vt proponis.8.C.de rei vendicat.

XIIII. Regula, Si quis alterius nomine rem aliquam accipiat, quem tamen non nominat: accipienti, non alteri acquiritur dominium. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabr.lib.3.de verb.obligat.conclus.2.

## DE DOMINIO RERVM AMITtendo & alienando.

XV. Regula, Alienationis vocabulum strictè & largè accipitur: strictè pro omni actu per quem dominium transfertur, largè etiam cùm seruitus vel hypotheca constituitur sine

sine dominij translatione. Soarez A.138.

XVI. Regula: Per alienationẽ autem regulariter dominium admittitur, & in alium transfertur. M.I.C.lib.7.cap.4.causa 1. Accedit Vill.D.101. Cuius exceptio prima est: Nisi alius, non dominus alienauerit. M.I.C.d.causa 1. except.1. Huius replicatio prima est: Nisi volente domino alius rem eius alienauerit. M.I.C.d. except.1.replic. Huius duplicatio est: Nisi cum res plurium esset, non omnes quos causa contingit, consenserint, vel ad alienationem sint vocati. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Turz. opin. 53. num.2.cũ sequente.item opin.54. Vide item s̃.cap.10.reg.25. except.2. Altera replicatio est: Nisi dominus ei qui rem alienauit, hæres extiterit. M.I.C.d. except.1.repl.10. Accedit Gabr.lib.6.de regula iuris, conclus.11.num.1. cum sequente. Huius dupli. prima videtur quoad legitimam: hanc enim dominus hæres in re alienata potest reuocare. Quæ tamen duplicatio reprobatur apud Vill. B.27. Altera duplicatio est: Nisi defunctus de euictione non tenebatur. Vill. B.27. ibi: quam intellige. Tertia duplicatio est: Nisi in re particulari hæres existat. Turzan.opin.23. Quarta duplicatio est: Nisi pro parte tantùm hæres sit: hoc enim casu pro reliqua parte actio illi deneganda non est. d. opin. 23. ibi: si uerò institutus. in cuius fine apparet hanc duplicationem esse controuersam. Plures duplicationes vide apud Gabriel. d. conclus. 11. Hæc de secunda replicatione. Tertia replicatio est: Nisi res sit vsucapta vel præscripta. M.I.C.d. excep.1.repl.12. Accedit Vill. P.202. Cuius duplicatio est: Nisi dominus agat contra terium, qui non præscripsit: hoc enim casu, quamuis alius præscripserit: tamen tertio cõuento hæc præscriptio non prodest. Vill.P.201.ibi: & nota quòd antiquis. Huius triplicatio est: Nisi tertius possideat cum titulo & bona fide. d. vers. & nota quod. ibi: quam tamẽ. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi prodigus rem suam alienauerit: tunc enim non amittitur, nec transit dominium. M.I.C. d. causa 1. except.2. Cuius replic. prima est: Nisi prodigo bonis nondum fuerit interdictum. Vill. P.343. Viu. lib.1. prodigo. item Prodigus ac furiosus, idem lib.2. prodigus notorius. Altera replic. est: Nisi prodigus esse desierit. Vill. P.343. ibi: & cessante prodigalitate. Tertia replicatio est: Nisi res quę seruando seruari non possunt, prodigus alienauerit. Vill. A.82 Quarta replicatio videtur:

detur: Nisi iurata sit alienatio à prodigo facta. Sed reprobatur apud Villal.I.149. Vide item ĩ.lib.5. cap 3.in fine, repl. gener.1.dupl.20.item cap.4.reg.1. except.2. replic.1. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi filius familiàs alienauerit. de qua vide s̃. cap. 11. regula. 17. Cuius replicatio est: Nisi eas res, quarum vsufructum pater non habet, alienauerit. Viu. lib. 1. filius familiàs regulariter, num. 13. Quarta exceptio est: Nisi mulier vel minor sine consensu consanguineorum contra statutum res suas alienauerit. Cuius replicatio prima est: Nisi res suas Ecclesię obtulerit. Viu. lib.1. statutum disponens quòd mulier, in prin. Altera replicatio est: Nisi causa mortis donauerit. Quæ replicatio controuertitur dict. statutum disponens. ibi: limitatur secundò. Tertia replicatio est: Nisi consensus consanguineorum interuenerit. Cuius dupli. prima est: Nisi ij quibus alienatio facta est, consenserint. d. statutum. ibi: fallit tertiò. Huius triplicatio est: Nisi ante alienationem consenserint alienari, ignorantes adhuc cui alienatio futura esset. d. statutum. ibi: limitatur hoc. Altera duplic. est: Nisi vnus tantùm ex consanguineis consenserit. Quæ duplic. approbatur & disting. dict. statutum. ibi: limitatur sextò. Quarta replicatio est: Nisi consanguinei requisiti consentire nolint. d. statutum. ibi: interpretatur quartò. Quinta replicatio est: Nisi vir vxori, vel contrà vxor viro donauerit sine cōsensu consanguineorum. d. statutum. ibi: interpretatur quintò. Sexta replicatio est: Nisi muliere sine consensu consanguineorum alienare statuto prohibita, hermaphroditus alienauerit. d. statutum. ibi: fallit vlterius. Septima replicatio est: Nisi iudex sua præsentia suppleat defectum consensu consanguineorum. dict. statutum. ibi: fallit nonò. Octaua replicatio est: Nisi cognati præsentes vel scientes non contradixerint. Quæ replicatio reprobatur d. statutum. ibi: fallit decimò. Nona replicatio: Nisi alienans mulier, vel minor vtiliter contraxerit. d. statutum. ibi: fallit vndecimò. Decima replicatio: Nisi ij quorum consensu requiritur, sint absentes. d. statutum. ibi: interpretatur duodecimò. Vndecima replicatio: Nisi consanguinei postea ratificauerint alienationem. Quæ replicatio reprobatur sub conditione d. statutum. ibi: hísque occurrit. Duodecima replicatio: Nisi alienatio extra territorium statuti prohibentis sit facta. d. statutum. ibi: fallit tertio decimò. Decimatertia repl. Nisi compromittendo alienauerit.

Quæ tamen reprobatur d.statutum. ibi: interpretatur vlterius. Decimaquarta replicatio: Nisi isti statuto sit renunciatum. Sed reprobatur d.statutum.ibi: decimosexto. Decimaquinta replicatio: Nisi patri alienauerit.d.statutum.ibi: fallit decimoseptimò. Decimasexta replicatio: Nisi alienatio sit necessaria, non voluntaria.d.statutum.versi.vlt. Decimaseptima replicatio: Nisi alienatio iuramento sit firmata. Viu.lib.1.statutum mulierem. Hæc de quarta exceptione. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi mulier sine consensu mariti contra statutum alienauerit. Cuius replicatio est: Nisi maritus sit furiosus. Viu.libr.1. statutum disponens quòd mulier.ibi: interpretatur octauò. Sexta exceptio est: Nisi maritus prædium dotale alienauerit. De qua exceptione vide supra cap. 9.reg.25. Septima exceptio est: Nisi nulla vel iniusta tradēdi causa præcesserit. M.I.C. d.causa 1.excep. 6. Accedit Villal.D.100. Huius replicatio est: Nisi speretur causa.d.100. Octaua exceptio est: Nisi ex causa vsurarum tradiderit. Iul. Clar.in §. vsura, num.12. Nona exceptio est: Nisi res alienari prohibita sit alienata. M.I.C.d.causa 1.exce. 8. Huius replicatio prima est: Nisi vniuersis bonis alienare prohibitis, ex causa dotis vel antenuptialis donationis res ex iis alienentur.d. except.8. repl.3. Accedit Vill.A. 79. 86.& 87. Viu.lib.1.mater diues.ibi: imò mater. Soarez A.153. Huius duplicatio prima est: Nisi pro aliis quàm descendentibus alienetur dotis causa. Villal.A. 80. Altera duplicatio est: Nisi testator expressè prohibuisset ex dotis causa alienari. Viu.d.mater diues, in fine. Contradicere videtur Vill.A.86. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ex causa necessaria sit alienatio facta. Vill.A.98.in addit. Tertia replicatio est: Nisi res quæ seruando seruari non possunt, alienatæ sint. Soarez A.151. Vill.A. 82. Inter has numeratur etiam pecunia. Quæ species controuertitur, magis tamen approbatur Fichard.in addit.1.ad Vill.P.60. Quarta replicatio est: Nisi cum hæres alienare prohibitus esset, liberi eius alienauerint, non ipse. Soarez A. 152. Quinta replicatio videtur: Nisi iudex alienari prohibuerit. Sed reprobatur apud Villal. A. 83. Soarez A.148. Hæc de nona exceptione. Decima exceptio est: Nisi contra pactum de non alienando facta sit alienatio. Gabriel.libr.3.de pactis, conclus.1.nu.2. Replicationis loco notandum, quòd pactum non impediat translationem dominij, sed actio ad pœnam vel interesse detur Turz.reg.3.

Villal.

Vill.P.8 Gabriel.lib.3.de pignor.concl.1.num.1. glo.in l.ea lege.C.de condict. ob causam. Huius duplicatio est: Nisi ius reale, veluti hypotheca, in re sit reseruatum. Turz.d.reg.3.& Gabriel.d.conclus.1. nu.2. Huius triplicatio est: Nisi generalis hypotheca omnium bonorum, non specialis in re alienata sit reseruata. Quæ triplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.conclu.1.num.3.cum sequentibus, vsque ad finem. Soarez A.139. cum sequente. Vndecima exceptio: Nisi iusiurandum de non alienando præstando præstitum sit. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel..libr.2. de iureiurando, conclus.1.num.15. Duodecima exceptio: Nisi forensi contra statutum res sit alienata. Fichard. in addit. ad Vill.S.105. Viu.lib.2. statutum prohibens. Iul.Clar.§. fin.q.82. statuto 5.in princ. Huius replicatio prima est: Nisi iussu testatoris res forensi alienata sit. Vill. A.98.& H.16. Contradicit Viu.lib.1.statutũ imponens pœnam vendentibus. Controuertitur apud Soarez A.141. cum sequente. Altera replicatio est: Nisi forensis rem præscripserit. Sed reprobatur apud Soarez A.143. Iul.Clar.d.statuto 5.versi. item quero.6. Tertia replicatio est: Nisi actio tantùm ad rem forẽsi cessa sit. Soarez A.58. Iul.Clar.d.statuto 5.versic.quæro etiam.8. Vill.H.16. Quarta replicatio est: Nisi Ecclesiastici contra statutum forensi alienauerint. Iul. Clar.d. statuto 5. versic. sed quæro.2. Quinta replicatio est: Nisi per vniuersitatem res ad forensem transeat: puta extraneo hærede instituto. Quæ replicatio est controuersa d.statuto 5.versi. quæro nunquid.3. Sexta replicatio est: Nisi locatio saltem forensi facta sit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur in locatione ad longum tempus d.statuto 5.versi. sed nunquid.4. Septima replicatio est quoad æstimationem re forensi legata: hanc enim hæres præstare tenetur.d.statuto 5. versic.sed pone.5. Octaua replicatio est quoad possessionem: hæc enim per istam alienationem transfertur.d.statuto 5.versi.sed quid si.7.& Villal.F.158. Nona replicatio est: Nisi necessaria, non voluntaria fuerit alienatio.d. statuto 5.versic.vlt. Decima replicatio videtur, quòd statutum non impediat dominij translationem, sed tantùm exactionem pœnæ pariat, argumento eius quod dictum s̃.except.10. replic.1. Sed hæc replicatio reprobatur d. versi.sed quid si. 7.item apud Soarez A.144. Hæc de duodecima tertia exceptione: Nisi res restitutioni subiecta sit alienata. Villal.A.95. De qua vide item j.libr.proxi.cap.9. reg.4.

Decima-

Decimaquarta exceptio: Nisi res cuius vsusfructus alienus est, alienata sit. Vill.I.135. Decimaquinta exceptio: Nisi prætium pro re vendita & tradita non sit solutum. M.I.C. d.causa 1.exceptio.13. Huius replicatio prima est: Nisi emptor alio modo venditori satisfecerit, vel venditor emptori fidem de prætio habuerit. M.I C. d.exceptio.13.replic.1.& 2. Cuius duplicatio prima est: Nisi executor testamenti vendiderit. Villal.E.129. Altera duplicatio est: Nisi procurator fisci vendiderit. Vill.P.320. Altera replicatio est: Nisi pro parte precium soluerit: pro hac enim parte dominium nanciscitur, & fructus suos facit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel.libr.3.de emptione & venditione, conclus.3. Decimasexta exceptio: Nisi res ita tradita sit, vt restituatur: hoc enim casu non transit dominium, nec alienatio dici potest. M.I.C. d.causa 1. except.15. Cuius replicatio prima est: Nisi res ad longum tempus locata sit. hoc enim casu transit vtile dominium. Iul.Clar. in §.fin.quæst.82.statuto 5.versic.sed nunquid. 4. in fine. Altera replicatio est: Nisi res pro tanto debito pignori sit obligata, vt non sit spes luitionis. Vill.P.83. Decimaseptima exceptio: Nisi debitor rem pignori alij obligatam, quam creditoris nomine possidere constituit, alienauerit. Hæc exceptio reprobatur apud Vill. P.137. Decimaoctaua exceptio: Nisi liberi reuocent alienationem à patre factam. Quæ exceptio reprobatur s̃.cap.11. reg.14 Hæc de 16.regula.

XVII. Regula: Dominium etiam amitti videtur, si dominus rem suam ab alio conduxerit. Quæ tamen regula reprobatur apud Vill.C.127.& 129.item D.110.

XVIII. Regula: Lucrum quod alicui aufertur alicuius contemplatione: debet ei applicari, cuius contemplatione aufertur. Villal.L.139. Cuius exceptio est in pœna apposita in dispositione hominis: hæc enim pertinet ad venientes ab intestato. Vill.L.140.

## DE REI VENDICATIONE.

XIX. Regula: Rei vendicatio competit ex dominio actoris. M.I.C.lib.7.cap.5.quæst.1. reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi actor aliquo actu confessus sit rem possessoris esse, vel suam non esse. M.I.C. d.reg.1.except.4. Cuius replicatio prima est: Nisi rem ab alio conduxerit. per hoc enim dominium non amisit, per ea quæ proposita sunt paulò superius

perius regu. 17. Altera replicatio est: Nisi ratione sui officij quid gessit, quo consensus videtur rem ad alium pertinere. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabr. lib. 3. de rerum alienat. concl. 2. Hęc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi reus non possideat rem petitam. M.I.C. d. reg. 1. except. 13. Cuius replicatio est: Nisi Imperator vel fiscus conueniatur de re quam alienauit: hic enim proposita exceptione non defenditur. M.I.C. d. cap. 5. quæst. 3. reg. 1. except. 2. Huius duplicatio est: Nisi intra quadriennium, quo Imperator vel fiscus rem alienauit, non sit actum. M.I.C. d except. 2. Cuius triplicatio est: Nisi fiscus mala fide alienauit. Villal. P. 225.

XX. Regula: Rei dotalis vindicatio marito, non vxori competit. M I.C. d. cap. 5. quæst. 2. reg. 2. Cuius exceptio videtur: Nisi maritus alienauerit. Sed reprobatur per ea quæ habentur s. cap. 9. reg. 26.

XXI. Regula: Rei vendicatio aduersus possessorem rei competit. M.I.C. d. cap. 5. quæst. 3. reg. 2. Accedit Villal. R. 15. Huius exceptio prima videtur: Nisi detineat saltem. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d. reg. 1, except. 1. Accedit Villal. R. 16. Altera exceptio est: Nisi ab Imperatore vel fisco comparauerit. M.I.C. d. reg. 1. except. 2. Accedit Vill. E. 35. Huius replicatio est: Nisi fiscus vendiderit hæreditatem tanquam vacantem, quæ non vacabat. Villal. d. E. 35. Plures replicationes vide apud Gabriel. lib. 5. de acquirend. possessio. conclus. 2. Tertia exceptio est: Nisi postea sine dolo malo possessionem amisit. M.I.C. d. regul. 1. except. 3. Quo tamen casu actor declarandus est dominus, cuius vi postea reo, qui rem rursus cœpit possidere, possessio aufertur. Vill R. 17.

XXII. Regula: In arbitrio actoris est, vtrum in loco vbi res est, an in domicilio rei conuenti rei vendicationem instituere velit. M.I.C. d. cap. 5. quæst. 4. in fine. Accedit Turz. opin. 127.

XXIII. Regula: Si possessor in rem sumptus fecit, agẽs rei vendicatione hos possessori tenetur restituere. M.I C. d. cap. 5 quæst. 6. reg. 7. Cuius exceptio prima est in pretio quod possessor pro re non domino soluit. M.I.C. d. reg. 7. except. 1. & M.I.P. lib. 5. cap. 3. reg. 8. except. 1. Accedit Iul. Clar. in §. furtum. versic. 26. Cuius replicatio videtur: Nisi emptor in rei emptione fuerit protestatus, se rem domino restituturum, si pretium restitueret. Quæ replicatio est contrquersa d. versi. 26. ibi

26.ibi: & reperio. Altera exceptio est: Nisi possessor ex fructibus tantum percepit, quantum impendit: tunc enim admittitur compensatio. M.I.C. d.reg.7.except.7. Accedit Viu. libr.2.possessor bonæ fidei. Gabriel. libr.5.de acquirendo rerum dominio, conclu.1.vbi etiam habentur huius exceptionis replicationes.

XXIIII. Regula: In rei vendicatione, si, cum possessor negasset se possidere, actor contrarium probauerit: transfertur in actorem possessio, etiamsi de dominio nihil probasset. M.I.C. d.cap.5.quæst.7.reg.2. Accedit Gabriel. libr.5.de acquir.posses.conclus.5.vbi etiam distinguitur.

## DE PVBLICIANA IN rem actione.

XXV. Regula: Definitur Publiciana actio apud Viu.lib.1.actio.§.Publiciana.

XXVI. Regula: Datur hæc actio ad rem, quam quis à non domino bona fide comparauit, persequendam. M.I.C. lib.7.cap.7.quæst.3.reg.1. Accedit. Viu.lib.1.actio Publiciana competit. Soarez A 54. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi causa ex qua res comparata est, ad transferendum dominium vtilis fuit: tunc enim Publiciana actio denegatur, cum rei vendicatio sufficiat. Viu.d. actio Publiciana. Altera exceptio est: Nisi res actori nondum fuit tradita. M.I.C. d. reg.1.except.12. Accedit Vill P.389. Viu.libr.1.actio Publiciana ad hoc. Soarez A.55. Huius replicatio videtur in Ecclesia, cui res est donata. Sed reprobatur apud Viu.d.actio Publiciana ad hoc.ibi: in Ecclesiam. Tertia exceptio videtur: Nisi rẽ à malę fidei possessore actor cõparauerit. Sed reprobatur M.I.C.d.reg.1.excep.9. Accedit Viu.li.1.actio Publiciana cõpetit. & Soarez A.54. Quarta exceptio est: Nisi res talis sit, quæ vsucapi non potest. M.I.C. d.reg.1. except. 10. Accedit Viu.lib.1.actio Publiciana ad hoc.ibi; & ratio. Quinta exceptio est: Nisi actor rem vsuceperit. tunc enim datur rei vendicatio, non Publiciana. M.I.C. d.cap 7. quæst.8.in fine. Accedit Soarez A.54. Sexta exceptio est: Nisi reus conuentus Dominus rei sit. M.I.C. d. reg.1. except.18. Cuius replicatio est: Nisi actor triginta annis rem præscripserit. Viu. lib.1.actio Publiciana ad hoc, num.2. Septima exceptio est: Nisi reus cum titulo possideat. Viu.lib.1.actio.§.rei vendicatio. Huius replicatio prima est; Nisi titulus esset accusatus ab ex-

ab extraneo, non ab hęrede post mortem defuncti. d. rei vendicatio, nu. 2. Altera replicatio est: Nisi per reum exciperetur de titulo ante sententiam. d. rei vendicatio, num. 3.

XXVII. Regula: In Publiciana actione actor non tenetur probare, auctorem suum non fuisse dominum. Viu. lib. 1. actio Publiciana competit. versi. vlt.

XXVIII. Regula: De libello formanndo in hac actione differit Viu. lib. 1. actio. §. in actione Publiciana.

## DE VSVCAPIONIBVS.

XXIX. Regula: Vsucapione, acquiritur dominium: & vsucapitur res mobilis triennio: immobilis inter præsentes decem annis, inter absentes viginti. M. I. C. lib 7. cap 8. quęst. 1. Qui autem dicantur præsentes, definitur apud Vill. P. 287.

XXX. Regula, Qui rem vsucepit, aduersus vendicantem dominium exceptione defenditur. M. I. C. d. cap. 8. quæst. 3. reg. 1. Accedit Viu. libro 1. actio Publiciana ad hoc, num. 2. & 3.

XXXI. Regula, Vsucapio ex vna causa perfecta, cessat ex altera. Vill. V. 66.

XXXII. Regula, Non amplius vsucapitur vel præscribitur, quàm est possessum. Quæ regula controuertitur, declaratur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de præscriptionibus, conclus. 2.

XXXIII. Regula, Vsucapio procedit ex diutina possessione. M. I. C. lib. 7. cap. 9. reg. 1. & M. I. P. lib. 5. cap. 3. reg. 11. Cuius exceptio prima est: Nisi infans possideat. M. I. C. d. reg. 1. except. 1. Huius replicatio est: Nisi infans tutore authore possidere cœperit. M. I. C. d. except. 1. replic. 1. Accedit Vill. P. 145. Viu. lib. 1. pupillus, num. 21. Huius duplicatio prima est: Nisi infans sit duorum vel trium annorum, qui fari non possit. Vill. P. 145. Viu. d. pupillus, num. 18. cum sequente. Altera duplicatio est: Nisi possessio sit violenta. Vill. P. 146. Altera except. est: Nisi possessor ignoret se possidere, vel alium eius nomine in possessione esse. M. I. C. d. reg. 1. excep. 8. Cuius replicatio prima est: Nisi per seruum vel liberum hominem bona fide possessum possideat. M. I. C. dict. except. 8. repl. 1. Accedit Vill. S. 53. Huius duplicatio est: Nisi non peculiari nomine seruus possideat. M. I. C. d. repl. 1. duplic. 1. Accedit Vill. S. 53. Tertia exceptio est: Nisi possessor dubius sit de causa possessionis. Vill. D. 191. ibi: secus tamen. & P. 213.

& P. 213. ibi: secus si à principio. Cuius replicatio est: Nisi dubitatio post inchoatam vsucapionem superuenerit. Villallob. D. 190. cum sequente. P. 203. in addit. 1. & 213. Fichard. in addit. ad Villalob. M. 84. Quarta exceptio est: Nisi possessor sciat rem quam possidet, alienam esse. M. I. C. d. reg. 1. except. 11. & M. I. P. d. reg. 11. except. 1. Accedit Fichard. in additionib. ad Villal. P. 203. Huius replicatio prima est: Nisi pro parte tantùm sciat alienam esse. M. I. C. d. except. 11. replic. 1. Contradicit Villal. P. 211. Altera replicatio est: Nisi factum sciens, ius ignorauerit possessor. M. I. C. d. except. 11. repl. 4. Accedit Viu. lib. 1. ignorantia. §. leges. versic. hinc est quod. ibi: secus in præscriptione. De qua re vide item j. lib. 5. cap. 2. except. 18. Tertia replicatio est: Nisi initio possessionis ignorauerit. M. I. C. d. except. 11. repl. 8. Contradicit ius canonicum M. I. P. d except. 1. replic. 1. Cui accedit Vill. P. 203. Quarta replicatio est: Nisi postea bene informatus deposuerit malam fidem. Vill. P. 212. Hęc de quarta exceptione. Quinta exceptio est: Nisi author mala fide possedit, sciens rem esse alienam. M. I. C. d. cap. 9. except. 12. Huius replicatio est: Nisi res soli sit, non mobilis. in illa enim mala fides authoris successori non nocet. M. I. C. d. excep. 12. repl. 1. Accedit Vill. P. 208. cum nu. sequente. Huius duplicatio est: Nisi possessor hæreditario iure successerit authori vitioso. tunc enim etiam in re soli nocet ei mala fides authoris. M. I. C. d. repl. 1. dupl. 1. Accedit Vill. M. 3. & P. 208. ibi: 7. sed pro concordia. Huius triplicatio videtur: Nisi hæres non vtatur accessione defuncti, sed à seipso velit inchoare pręscriptionem Hæc triplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. libro 5. de præscript. conclus. 5. & Vill. P. 208. cum sequente. Sexta exceptio: Nisi res alienari prohibita possessa sit. hæc enim non vsucapitur. Fichard. in addit. ad Vill. A. 83. Vill. P. 258. Cuius replicatio prima est: Nisi per viginti annos cum bona fide rem alienari prohibitam possederit. Vill. P. 259. Altera replicatio est: Nisi quadraginta anni excesserint. Vill. P. 260. Vide item de hac exceptione j. lib. 5. cap. 2. except. 20. Septima exceptio: Nisi causa falsa subsit, vel nulla præcesserit possessionem. M I. C. lib. 7. cap. 11. except. 28. Accedit Fichard. in addit. ad Vill. P. 203. & Vill. P. 252. Huius replicatio prima est: Nisi iustam erroris causam possessor habuerit. M. I. C. d. except. 28. repl. 1. Accedit Gabriel. lib. 7. conclus. 8. num. 48. cum sex sequentibus. Altera replicatio

est: Ni præscriptio sit immemorialis. Quæ replicatio cõtrouertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib 1. præscriptionem. §. in præscriptione. vbi duplicatur etiam in non præscriptibilibus. Item controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib 5. de pręscript. concl. 1. num. 44 vsque ad num. 57. Octaua exceptio: Nisi dominus mortuus sit eiúsque hæreditas iaceat. hoc enim casu nõ currit pręscriptio. Vill. P. 253. Nona exceptió: Nisi res non sit possessa. M. I. C. d. cap. 11. excep. 33 Accedit Fichad. in addit. ad Vill. P. 203. Decima exceptio: Nisi ciuiliter saltem non naturaliter res sit possessa. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill. P. 198. Vndecima exceptio: Nisi naturaliter saltem, non ciuiliter res sit possessa. Vill. P. 198. in fine. Duodecima exceptio: Nisi non per legitimum tempus res sit possessa. M. I. C. lib. 7. c. 12. exc. 34. Huius replicatio est: Nisi connumerata possessione authoris vel alterius, tempus legitimum sit completum. M. I. C. d. except. 34. repl. 2. Accedit Vill. P. 286. in addit. Huius duplicatio prima est: Nisi is qui vult vti accessione alterius possessionis, ipse mala fide possideat & sine titulo. M. I. C. d. repl. 2. dupl. 4. Accedit Vill. P. 201. in addit. ibi: & nota quod. Altera duplicatio est in beneficiis, in quibus tempus prędecessoris successori non accedit. Vill. P. 286. in addit: limita. Decimatertia exceptio: Nisi possessio interrupta sit, & res medio tempore non possessa. M. I. C. d. cap. 12. except. 42. Huius replicatio prima est: Nisi res apud alium deposita fuerit. per depositum enim non amittitur possessio, nec interrumpitur vsucapio. M. I. C. d. except. 42. repl. 4. Vide item j. c. prox. reg. 22. Cuius duplicatio est: Nisi apud sequestrum res sit deposita. M. I. C. d. repl. 4. dupl. 1. Huius triplicatio est: Nisi apud sequestrum necessarium, nõ voluntariũ res sit deposita. hoc enim casu non transfertur possessio. Vill. P. 155. S. 50. Viu. lib. 1. sequestrum absq;. Altera propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi tempore quo interrumpitur possessio, pauci dies defuerint ad complendam vsucapionem. Quæ tamen reprobatur apud Vill. P. 263. Tertia replicatio videtur: Nisi possessio amissa fuerit recuperata. Sed reprobatur d. nu. 263. ibi: licet concedatur. Quarta replicatio est: Nisi ciuili tantùm interruptione interueniente, alius quàm interrumpens agat. Vill. P. 271. Decimaquarta exceptio: Nisi medio tẽpore defecerit titulus seu causa possessionis. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. P. 270. Decimaquinta exceptio:

ceptio: Nisi dominus rem ante impletam vsucapionem à possessore petierit. M. I. C.d.cap.12.except. 51. Accedit Vill. P. 266. Decimasexta exceptio: Nisi post completam vsucapionem possessor amiserit possessionem: hoc enim casu non videtur ei actio ad rem recuperandam danda. Sed hæc exceptio reprobatur M.I.C.d.cap. 12. except. 54. Accedit Vill. P. 201. in prin. Viu.lib.1.actio Publiciana ad hoc, num. 2. Planè admittitur exceptio proposita primùm, si prior dominus, cuius res est vsucapta, possessionem rei sit nactus: huic enim ab eo qui vsucepit, auferri non potest. M.I C.d.excep. 54.distinct.1.Accedit Vill.P.201.ibi: tamen si res. Deinde admittitur exceptio proposita, si malæ fidei possessor, triginta vel quadraginta annorum præscriptione tutus, possessionem rei amiserit. M. I. C. d. except. 54. distinct. 2. Accedit Viu lib.1. actio Publiciana ad hoc, num. 3. Planè istarum distinctionum, quibus exceptio proposita approbatur, replicatio hæc est: Nisi post immemorialem præscriptionẽ completam, possessionem rei amiserit. hoc enim casu dominium directum nactus rei vendicandæ ius habet. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel. lib. 5 de præscript. conclus. 1. num. 66. Decimaseptima exceptio: Nisi possessori ante emptionem denunciatum sit à domino ne emeret. M.I.C. libro 7. cap. 13 pro emptore, except. 15. Accedit Fichard. in addit. 2. ad Vil. M. 3. vbi remissiuè vide replicationes. Decimaoctaua exceptio: Nisi possessor propria authoritate possessionem occupauerit. M.I.C.d.c.13 pro emptore, except. 21. Huius replicatio prima est: Nisi voluntate authoris possessor rem propria authoritate occupauerit. Vill. P. 91. cum tribus sequentibus. item 104. Altera replicatio est: Nisi permissu iudicis rem propria authoritate occupauerit. Villal. P. 173. Hæc de 33. regula cum suis exceptionibus, de quibus vide item j. lib. 5. cap. 2. reg. 1.

XXXIIII. Regula, Pro suo possessio talis est, vt cùm dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa possideamus, ex qua acquiritur. M.I.C.d.cap.13 pro suo, in prin. Accedit Vill. P. 178. cum sequente. Hęc de rerum dominio.

## *DE POSSESSIONE, eiúsque causis & actionibus.*

## *CAP. XIIII.*

PRima regula: Possessio vtrum iuris, an facti sit vocabulum distinguitur apud Villal. P. 99.

II. Regula, Possessio alia ciuilis est, alia naturalis. M.I.C. lib.7.cap.14.quęst.2.diuis.1. Accedit Vill.P.88. Declaratur definitione ciuilis possessionis Vill.P.89.& 160.

## DE ACQVIRENDA possessione.

III. Regula, Possessio acquiritur per apprehensionem rei. M.I.C.lib.7.cap.15.causa 1. Declaratur hæc regula duplici apprehensione, Villal. P. 101. Exceptiones huius regulæ vide j. post reg. 12.

IIII. Regula, Clauibus receptaculi traditis, ipsa quæ in receptaculo sunt, per hoc tradita censentur. M.I.C.d.cap.15. causa 3. Accedit Vill.P.113.

V. Regula, Instrumentis rei traditis, ipsa quoq; possessio rei tradita censetur. M.I.C.d.cap.15.causa 4. Accedit Vill. P. 110.cum duobus sequentibus. Cuius exceptio est: Nisi instrumentum sit noui contractus.d.110. Secus de iure regio. Villal.P.112.in addit.

VI. Regula, Si venditor ex turre fundum demonstret, séque eum tradere dicat: transfertur possessio. M.I.C.d,cap. 15.causa 5. Accedit Vill.P.102. Cuius exceptio est: Nisi is cui demõstratur, non habeat voluntatem possidendi cum actu: item, nisi non videat fundum. Quæ duplex exceptio approbatur apud Villal. P. 103. Plura de causa proposita vide j. except.gener.1.repl.1.

VII. Regula, Si cum venditor me tollere iussisset, ego custodiam posuerim: acquiritur mihi possessio. M.I.C.d. c. 15.causa 6. Accedit Vill.P.119. ibi: possessio etiam.

VIII. Regula, Additione hæreditatis possessio acquiri videtur. Sed hæc causa acquirendæ possessionis reprobatur M.I.C.d.cap.15.causa 10. Admittitur tamen primùm in filio patris hæreditatem adeunte. Sed hæc distinctio est controuersa apud Viu. lib. 2. filij non acquirunt. Vill.P.100.in addit. Deinde admittitur per statutum, Villal. P.141. Viu. lib.1. statutum potest facere. vbi etiam hæc distinctio subdistinguitur. De eadem distinctione differit Gabriel.lib.5. de acquir.possess.conclus.7.& conclus.9.

IX. Regula, Acquiritur item possessio, si possessor rem quam possidet, ab alio conducat, vel precario roget vel alio modo

modo cõstituat se alterius nomine possidere. hoc enim casu ab eo ad alium possessio transfertur. M I C.d. ca.15.causa 11. & cap.16.causa 3. Accedit Turz.reg.84. Villal. C.128.& P.114.item 121.cum sex sequentibus.Viu.lib.1.donatio vbicunque,num.6. Huius regulæ exceptio prima est in possessione,quæ habet plurimum iuris,& minimum facti Vill.P.128. Altera exçeptio est: Nisi constituens non suam,sed alterius rem alienauerit: veluti tutor, curator, &c. tunc enim sibi constituendo non transfert possessionem in alium. Villal. P.129.cum duobus sequentibus. Plura de regula proposita vide j.reg.20.

X. Regula, Si hæres rem hæreditariam relocauerit inquilino,acquirit possessionem. Vill.P.115.

XI. Regula, Si signauerit rem, acquirit eius possessionem. Villal.P.120.

XII. Regula, Si possessor alicui nouum opus nunciauerit,per hoc in eum transferr possessionem. Vill.P.140.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENtium causarum generales.

Hactenus causas acquirẽdę possessionis enumerauimus, quarum exceptiones generales hæ sunt. Prima quidẽ:Nisi non corpore & actu rem apprehendat, M.I.C.d.ca.15.excep. gener.1. Cuius replicatio prima est: Nisi per visum,possessore vel iudice rem demonstrante,rem apprehendat. Villal. P.102.& 108. De qua re vide item s.reg.6.Huius duplicatio est:Nisi res demonstrata in nullius sit bonis.Vill.P.106.cum num.sequente. Plures duplicationes vide paulò superius d. reg.6. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi dolo vel vi aduersarij non possit tradi corporalis possessio. Vill.P.108.cum num.sequente. Tertia replicatio est:Nisi res à tertio voluntate tradentis possideatur. Vill.P.143. Quarta replicatio est in possessione ciuili. Villal.P.90. Quinta replicatio est in possessione rei amissæ recuperanda:hęc enim statim postquam venit in conspectum, recuperatur. Villal. P.105. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio generalis est:Nisi non animo possidendi rem apprehenderit. M.I.C.d. cap.15.except.gener.2.Accedit Villal.P.100. Tertia exceptio est:Nisi apprehendens affectionem & intellectum possidendi non habeat:veluti furiosus.M.I.C.d.ca.15.except.gener.4. Cuius replicatio videtur: Nisi curatoris authoritas interuenerit.Sed reprobatur apud Viu.lib.1.pupillus.nu.20.

Quarta exceptio est: Nisi error in tradendo & apprehendendo interuenerit. M.I.C. d.cap.15. except.gener 7 Huius replicatio est: Nisi apprehendens ratione loci & quotæ sit incertus, tradens certus. Villal. P. 144. Quinta exceptio est: Nisi rei seruandæ causa, vel quia damni infecti nomine non cauebatur, vel ventris nomine in possessionem missus misśaue sit. M.I.C. d.cap.15. except.14. Accedit Villal.M.106.& P. 167. Huius replicatio prima est: Nisi reali actione missus egerit: tunc enim quamuis ex primo decreto missus sit: tamen intra annum possidet reuocabiliter, post annum irreuocabiliter. Quæ replicatio est controuersa inter legistas & canonistas, illis quidem eam approbantibus, his verò eam reprobantibus, Villal. M. 107. cum num. sequente. & P. 168. cum num. sequente. Altera replicatio est: Nisi ex re iudicata missio facta sit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Villal. M. 109. in addit. Sexta exceptio: Nisi vsusfructus nomine vel ex causa conductionis rem apprehenderit. M.I.C. d.cap.15.except.16. Huius replicatio est in naturali possessione quoad vsufructuarium: hic enim naturaliter possidet. M. I. C. d.except.16. Accedit Vill. V.56. cum duob. sequentib. Septima exceptio: Nisi ex contractu simulato res apprehendatur. Quæ exceptio reprobatur apud Vill. P. 176. Octaua exceptio: Nisi vniuersitas apprehendat. Hæc exceptio reprobatur M.I C.d.cap.15 excep. 19. in fine. Cui accedit Villal. V.44. Nona exceptio: Nisi res mobilis apprehendatur. Sed reprobatur apud Vill. P.180. Decima exceptio: Nisi non omnes rei vel fundi partes apprehendat. Hæc exceptio reprobatur M. I. C. d.cap.15. except. 24. Accedit Villal. P.143. in addit. Hæc de causis acquirendæ possessionis, earúmque exceptionibus.

XIII. Regula, possessio per seruum vel filiumfamiliàs apprehensa, domino vel patri acquiritur, non ipsi apprehendenti. M. I. C. d. cap.15.q.2.reg.1. Cuius exceptio prima videtur: Nisi dominus vel pater ignoret possessionem esse apprehensam. Sed reprobatur M.I.C d.reg.1.exc.1. Accedit Vill. ɔ.53. Altera exceptio est: Nisi seruus emptus nondũ traditus possessionem apprehendat: hæc enim possessio emptori non acquiritur, nisi possessio serui fuerit apprehensa. Vill. P.148.

XIIII. Regula, Per seruum quoque alienum possessio nobis acquiritur, volente seruo, & nobis ratum habentibus. M.I.C.d.quæst.2.reg.4. Accedit Vill. P.147.

XV. Re-

XV. Regula: Plures eandem rem in solidum possidere non possunt. M.I.C.d. cap. 15. quæst. 3. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi alia possessio iuris sit, alia quasi iuris. Vill. P. 177.

XVI. Regula: Per apprehensionem vnius partis vel speciei acquiritur possessio totius, vel aliarum specierum eiusdem qualitatis. Villal. P. 143. in addit. In speciebus controuertitur regula proposita, & magis reprobatur apud Viu. lib. 2. possessio. In pluribus.

XVII. Regula: Si in obligatione omnium bonorum debitor se nomine creditoris possidere constituat: etiam futura bona veniunt in possessionem constitutam. Vill. P. 138.

## DE AMITTENDA possessione

XVIII. Regula: Amittitur possessio, si possessor corpore possessionem relinquat. M. I. C. lib. 7. cap. 16. causa 1. Cuius exceptio prima est Nisi animum possidendi retineat. M.I.C. d. causa 1. except. 1. Accedit Vill. P. 156. & 158. Huius replicatio est: Nisi alius possessionem corpore relictam sit ingressus. Quæ replicatio reprobatur M.I.C.d. except. 1. repl. 1. Accedit Vill. P. 96. Planè admittitur replicatio proposita primum quidem, si ingressus dominũ reuertentem non admiserit. M.I.C. dict. regula. 1. dist. 1. Accedit Villal. P. 97. & 158. Deinde amittitur replicatio proposita, si absens suspicetur repelli se posse ab eo qui possessionem occupauit. M. I. C d. repl. 1. distinct. 2. Accedit Vill. d. P. 97. & 158. Cuius duplicatio est in timore capturæ non possessionis, Vill. P. 98. Tertiò admititur replicatio proposita, si per impetum latronum occupata sit possessio, vel magna sit occupantis potentia Villal. P. 158. Hęc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi res ad eum statum peruenerit, quo amplius possideri non potest: veluti propter inundationem vel alluuionem. Villal. P. 158. Tertia replicatio est: Nisi longius absit. Villal. P. 157. & 159. Distinguitur Villal. P. 162. Quarta replicatio est: Nisi naturalem possessionem per decennium neglexerit. Turz. opinione. 112. Vill. P. 158 in addit Hęc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi alius nomine eius qui possessionẽ reliquit in possessione sit: puta seruus, colonus, inquilinus, procurator, depositarius, &c. M. I. C. d. causa 1. except. 3. Accedit Villal. P. 163

XIX. Regula, Si possessor in animo constituat se nolle possidere: per hoc possessionem amittit. M.I.C.d.cap.16.causa 2. Accedit Vill.P.158.ibi: vel si ipse animo. Declaratur apud Villal P.100.in addit. in prin. Huius exceptio videtur: Nisi corpore possessionem non relinquat. Sed reprobatur M.I.C. d.causa 2.except.3. Accedit Villal.P.100.104.& 166.

XX. Regula, Si quis id quod possidet, alieno nomine possidere incipiat: suam possessionem amittit, & ad alium transfert. De qua re vide s̃.reg.9.cuius species est j̃.reg.prox.

XXI. Regula, Si quis rem quam possidet, ab alio conducat: per hoc possessionem amittit, & alium possessorem facit. M.I.C. d.cap.16.causa 4. Accedunt ea quæ habentur s̃.d. reg.9. Huius exceptio prima est: Nisi rem propriam ab alio conduxerit. M.I.C.d.causa 4.except.2. Accedit Vill. C. 127. ibi: secus tamen. Viu.lib.2.conducens rem suam, nu.1. Huius replicatio est: Nisi sciat rem suam esse M.I.C. d.except. 2.repl.1. Accedit Vill.C.127.in prin.

XXII. Regula, Si rem apud alium deposuit: per hoc possessionem non amittit. M.I.C.lib.17.cap.6.q.2.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi apud sequestrum res deposita sit: tunc enim possessio amittitur. M.I.C. d.reg.1. De qua re vide s̃.c. prox.reg.33.except.13.repl.1.dupl.1.

XXIII. Regula, possessio amittitur & extinguitur per mortem possessoris. Viu. lib. 2. filij non adquirunt, num. 9. cum duob. sequentibus. Cuius exceptio est: Nisi mortuus non suo, sed alieno nomine possederit. M.I.C.d.cap.16.causa. 20. Accedit Vill.P.165.ibi: non tamen si moriatur.

XXIIII. Regula, Si is per quem possidetur, possessionem alij tradiderit, possessio amittitur. M.I.C.d.cap.16.causa 19. Cuius exceptio est: Nisi ex causa locationis, commodati, depositi vel simili tradiderit. M.I.C. d.causa 19.except.1. Accedit Villal.P.164.

XXV. Regula, Si is per quem possidetur, furiosus fit factus, ob id possessio non amittitur. M.I.C. d.cap.16.causa 21. Accedit Villal.P.165.

XXVI. Regula, Si seruus possessus fugerit, amittitur possessio ciuilis, non autem naturalis. Nisi diu pro libero se gesserit: tunc enim & naturalis amittitur. M. I. C. d. cap. 16.causa 24. Accedit Villal. P. 249. cum sequente. Plura de amittenda possessione vide remissiuè apud Villal. P. 159. in addit.vltim.

DE

## DE INTERDICTIS

XXVII. Regula: Possessoria remedia non dantur pro iuribus merè personalibus. Vill. P. 187.

XXVIII. Regula: Interdictum Vti possidetis competit, si vis fiat possidenti. M. I. C. lib. 7. c. 20. quæst. 6. causa 1. Cuius exceptio prima est: Nisi actor cæperit rem vendicare. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. quæst. 6. except. 13. Cui tamen videtur contradicere Villal. A. 43. Altera exceptio videtur: Nisi reus se dominum rei dicat. Quæ exceptio reprobatur sub conditione apud Villal. E. 108.

XXIX. Regula: Si annua pensio non soluatur, interdictum Vti possidetis competit. c. querelam. 24. §. fin. de electione. Controuertitur inter legistas & canonistas Viu. lib. 1. debitor obligatus.

## DE INTERDICTO
### Vnde vi.

XXX. Regula: Si quis vi ex aliquo loco sit deiectus, ad recuperandam possessionem datur ei hoc interdictum. M. I. C lib. 7. cap. 23. quæst. 4. causa 1. & M. I. P. lib. 2. cap. 9. de exceptione spolij. & lib. 5. cap. 3. reg. 16. Accedit Viu. lib. 1. spoliatus sua, in prin. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi de re mobili, non soli sit deiectus. M. I. C. d. quæst. 4. excep. 5. Cuius replicatio est in c. redintegrãda. Quod remedium etiam pro re mobili competit. Viu. d. spoliatus sua. §. remedium. ibi: & datur illud. Altera exceptio est: Nisi de re incorporali se deiectum dicat. Quæ exceptio reprobatur apud Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 30. & conclus. 5. num. 75. cum sequente. Distinguitur d. conclus. 5. num. 77. cum tribus sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi ex decreto iudicis possessionem reus sit ingressus. Cui replicatio prima est: Nisi decretum fuerit inualidum. Iul. Clar. §. fin. quæst. 82. statuto 4. Vill. I. 101. Altera replicatio est: Nisi per vim ingressus sit, cum ei resisteretur. Villal. I. 100. Quarta exceptio est: Nisi quis rem suam vel sibi debitam vi occupauerit. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. q. 4. except. 9. & M. I. P. d. reg. 16. except. 1. Accedit Viu. d. spoliatus sua, num. 4. & Villal. E. 116. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 45. cum quatuor sequentibus. Vide item J. reg. 4. Admittitur exceptio hæc primùm, si in continenti possit probari, rem esse

esse rei conuenti, vel ei deberi. Villal. E. 115. in addit. Sed hæc istinctio est controuersa apud Menochiũ in primo Remedio recuperandæ possessionis, q. 21. num. 210. Deinde admittitur exceptio proposita, si per sententiam de dominio deiicientis constat. Vill. E. 108. Fichard. in addit. ad Vill. S. 87. Vide item J. except. 11. Quinta exceptio est: Nisi creditor ex pacto pignus propria authoritate occupauerit. M. I.C.d. quæst. 4. except. 10. Cuius replicatio videtur: Nisi tertius singularis successor debitoris vi sit deiectus à creditore. Quæ replicatio controuertiur, magis tamen reprobatur apud Turz. opin. 118. Sexta exceptio: Nisi deiectus titulum possessionis non probet. Hæc exceptio reprobatur Turz. opin. 129. Septima exceptio: Nisi præsumptio sit iniustæ possessionis contra deiectum, & iustæ pro deiecto. M. I.P.d. reg. 16. except. 4. distinct. 1. Accedit Turz. reg. 54. Octaua exceptio: Nisi deiectus vi, clàm vel precario prædium ab actore possederit. Quæ except. reprobatur M.I.C.d.q.4. exc. 13. Accedit Viu. lib. 1. spoliatus sua, num. 2. Accedunt item ea quæ habentur s̃. lib. prox. c. 7. reg. 18. except. 8. cum sequente. Nona exceptio: Nisi actor sua culpa possessionem amiserit. Fichard. in addit. 1. ad Villal. P. 187. Decima exceptio: Nisi actor non possederit. M.I.C. dict. quæst. 4. exceptio. 24. Cuius replicatio prima est: Nisi fictè possederit, vel solo animo M.I.C.d. quæst. 4. except. 16. Controuertitur apud Villal. P. 142. item controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de adqu. possessio. conclus. 7. Altera replicatio est in remedio possessionis recuperandæ ex c. redintegranda: in quo actor non tenetur probare se possedisse. Fichard. in addit. 2. ad Vill. R. 21. Vndecima exceptio: Nisi in petitorio iudicio sententia contra actorem lata sit. Villal. A. 77. & E. 108. Vide item s̃. except. 4. distinctio. 2. Duodecima exceptio: Nisi actor possessioni renunciauerit. M.I.P.d. reg. 16. exceptione 7. Cuius replicatio est: Nisi postquam deiectus fuit, possessioni renunciauerit. hoc enim casu renunciatio præsumitur metus causa facta: ideóque actori exceptio proposita non obstat. M.I.P.d. except. 7. repl. 1. Accedit Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 4. num. 1. Cuius duplicationes vide dict. conclusi. 4. Decimatertia exceptio: Nisi quis sine vi absentis possessionem occupauerit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.q.4. causa. 2. Accedit Vill. P. 98. cum addit.

XXXI. Regula: Interdictum Vnde vi, regulariter de

ieсто-

iecto seu vim passo competit, non alij. M.I.C. d.cap.23.quęst. 5.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi deiectus non suo, sed alieno nomine possederit: tunc enim ei cuius nomine possessa res est, non vim passo interdictum competit. M.I.C. d.reg 1.except.1. Quod secus est in cap. reintegranda. Viu.lib 1.spoliatus sua.§.remedium.

XXXII. Regula: Interdictum Vnde vi non competit contra alium quàm qui vi deiecit. M.I.C. d cap. 23. quæst.6. reg 1.& M.I.P. d.cap.3.reg.17. Cuius exceptio videtur: Nisi non is, sed alius rem possideat: hoc enim casu aduersus possessorem rei videtur competere. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1.except.7 & M.I.P. d.reg.17.except.1. Accedit Vill.O.23. Planè admittitur exceptio proposita, si is qui vi deiecit, non est soluendo. Villal.I. 85. Cuius replicatio prima videtur: Nisi reus titulo possideat. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Villal.I.84 Altera replicatio est: Nisi bona fide titulo possideat. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur apud Villal.I.86.& O.23.

XXXIII. Regula: Interdictum Vnde vi regulariter apud iudicem ordinarium ipsius rei conuenti competit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel.lib.5. de restitutio. spoliator. conclus.1.num. 132. cum quatuor sequentibus.

XXXIIII. Regula: In interdictum Vnde vi venit id quod interest actoris & omnis causa. M.I.C. d.cap.23.quęst. 8.reg.1.& M.I.C. d.cap.3. reg.18. Accedit Viu. libr.1.spoliatus sua, num.6.

XXXV. Regula: In interdicto Vnde vi in litem iuratur. M.I.C. d.quæst.8. reg.3. Cuius exceptio est: Nisi agatur aduersus hæredem deiicientis. Quæ tamen exceptio reprobatur Fichard. in addit.2. ad Villal.I.159. & Minsing.cent.4. obseruat.12.

XXXVI. Regula: Fructus quoque in interdictum Vnde vi veniunt. M.I.P. d.quæst.8. reg.4. & M.I.P. d. cap.3.reg. 19. Accedit Viu lib.1.spoliatus sua, num.5.

XXXVII. Regula: Si is qui alieno nomine possidet, petenti domino rem non restituerit: tam rem ipsam, quàm eius æstimationem præstare tenetur. M.I.C.d.quæst.8.reg.7. Cuius exceptio est: Nisi rem suam ignorans conduxerit. Viu.lib.2.conducens, num.2.

XXXVIII. Regula: Constitutionibus Principum is qui

qui aliquem vi deiecit, tam rem quàm eius æstimationem restituere tenetur M.I.C. d.quæst.8. reg.8. & M.I.P. d.cap.3. reg.20. Accedit Gabriel.lib.5.de acquiren possess. conclus.1. vbi etiam huius regulæ exceptiones habentur.

XXXIX. Regula: Quæ in interdicto Vnde vi ab actore proponenda ac probanda sint, differit Viu.lib.1. spoliatus. §.possessorio.

XL. Regula: Si res mobilis ex iniusta causa ad aliquem peruenit, de qua is ad quem peruenit, actori proprietatis quæstionem mouet: prius eam restituere debet, posteáque dominium vendicare l. si coloni.14.C. de agricolis & censitis, lib.11. Fichard.in addit.1.ad Villal.L.110. Vide item s. reg. 30.except. 4.

De c.Reintegranda.3.q.1.

XLI. Regula: Interdicti Vnde vi adfine remedium est cap.reintegranda.3.quæst.1. M.3.P. d.cap.3.reg.23. Quod remedium copiosius describitur à Gabriel.lib.5.de restit.spoliator.conclus.5.tota.

XLII. Regula: hoc remedium cap. Redintegranda, est plenissimum remedium & magis generale. Viu.lib.1.spoliatus.§.remedium.item §. canon Redintegranda. vbi dicitur etiam nouum remedium.

XLIII. Regula: cap. Redintegranda competit, si quis de sua possessione sit deiectus, vel clam possessio eius occupata. Turz.opin.50.in prin. Viu.lib.1. spoliatus sua, nu.3. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi de re non sacra, sed prophana sit deiectus. Quæ exceptio reprobatur apud Turzan.d.opin.50. num.3. & opin.110. Vill.C.20. Viu.d. spoliatus. §.remedium.ibi ;& datur. Altera exceptio videtur: Nisi de re mobili, non soli sit deiectus. Sed & hæc reprobatur apud Vill.C.19.& Viu.d.versic. & datur. Tertia exceptio est: Nisi dominus rem suam occupauerit. Sed & hæc reprobatur apud Viu.d.spoliatus, num.4. Quarta exceptio est: Nisi in beneficialibus reseruatio Papalis specialis vel generalis interuenerit. Viu.d.spoliatus, num.7. Quinta exceptio videtur: Nisi de re incorporali deiectus sit: sed reprobatur apud Viu.d.§.remedium. ibi: ampliatur. Plures exceptiones remissiuè vide apud Viu.d.num.7.in fine.

XLIIII. Regula: Remedium cap. Redintegranda. non solùm possessori competit, sed etiam conductori, mandatario,

rio, depositario, commodatario & similibus. Viuius d. §. remedium.

XLV. Regula: Remedium c. Reintegranda. non solùm aduersus deiicientem competit, sed etiam aduersus quemuis possessorem. Turz. opin.50.num.2. Villal.C. num 17. cum addit. Fichard. in addit.1. ad Villal.R.21. Huius exceptio est: Nisi titulo & bona fide possideat. Quæ exceptio est controuersa apud Turz.d. num.2. Villal.d.num.17. cum addit. item C.18.& 21. item I. 84. Viu.libr.1. spoliatus quandocunque.§. remedium.

XLVI. Regula: In hoc remedio veniunt etiam fructus, expensæ & omnis causa. Viu.lib.1.spoliatus sua,num.5.& 6.

XLVII. Regula: Remedium cap. Redintegranda, perpetuum est, cui nulla temporis præscriptio nocet. Fichard. in addit.1.ad Vill.C.21. Villal.D.84. in addit. in fine. Sed controuertitur hæc regula apud eundem Villal.P.238.cum addit. & Viu.lib.1.spoliatus quandocunque.

XLVIII. Regula: Hoc remedio conuentus nominare potest eum, cuius nomine possideat: éstque ei dilatio hoc nomine danda. Fichard. in addit. ad Vill. C.20.

XLIX. Regula: Quæ in hoc iudicio probanda vel non probanda sint, definitur apud Turz. opin.50. num.3. Fichard. in addit.2.ad Villal. R. 21. Viu.libr.1.spoliatus sua,num.3.item Spoliatus quandocunque.§.possessorio.

## *DE VSVFRVCTV ALIISQVE seruitutibus personalibus cum suis actionibus.* CAP. XV.

PRIMA regula: Vsusfructus diuiditur in formalem & causalem, M.I.C.lib.7.c.26.q.2.reg.1. Accedit Vil.V.52.

II. Regula: Finitur vsusfructus ciuitati vel Ecclesiæ constitutus, si in ciuitate vel monasterio aratrum ducatur. M.I. C.libr.7.cap.27.causa 3. Cuius exceptio est: Nisi ciuitas vel Ecclesia fuerit reædificata. Quæ exceptio approbatur apud Fichard. in addit. ad Vill.D.64. Huius replicatio est: Nisi facto superioris, non tyranni vel hostis, sine spe reędificationis fuerit destructa. Fichard. in d.addit.

III. Regula: Amittitur item vsusfructus, si vsufructuarius non fecerit ea quæ sunt sui officij. M.I.C.d.c.27.causa 4.

Cuius

Cuius exceptio est: Nisi cautionem de vsufructu non præstiterit: per hoc enim vsumfructum non amittit. Gabriel. lib.5. de vsufructu, conclus.1.num.51.

IIII. Regula: Si ciuitati vel Ecclesiæ vsusfructus sit constitutus: post centum annos amittitur. M.I.C. d.cap.27. causa 14. Accedit Vill.L.18.

V. Regula: Amittitur item vsusfructus non vtendo per decem annos inter præsentes, & viginti annos inter absentes. M.I.C.d.cap.27.causa 22. Cuius exceptio videtur: Nisi vsusfructus habeat causam discontinuam, seu alternis annis debeatur: hoc enim casu duplicato tempore videtur esse opus. M.I.C.d.causa 22.except.3. Cui tamen contradicit Vill.P.242.

VI. Regula: Actio pro vsufructu persequendo datur vsufructuario: de qua M.I.C.lib.7. cap. 29. Cuius exceptio est: Nisi vsufructuarius nondum satisdederit de vsufructu restituendo, & boni viri arbitratu vtendo. M.I.C. d. cap.29. quæst.1.except.1. Accedit Fichard. in addit. ad Vill.V.58. Cuius replicatio est: Nisi pauper sit, vt satisdare non possit. Quæ replicatio est controuersa apud Fichard. in addit. ad Vill.V.59. Gabr.lib.5. de vsufructu, concl.1.nu.37.& nu.41 Plures replicationes vide j.reg 11.except.1. cum sequentibus.

VII. Regula: Omnium bonorum vsufructu relicto, omnium rerum tam mobilium quàm immobilium vsusfructus debetur legatario. M.I.C. d.cap.29 quæst.4.reg 5. Cuius exceptio est: Nisi vxori omnium bonorum vsufructu relicto, filij sint instituti: hoc enim casu vsufructuariæ non nisi alimenta debentur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur j.reg.10.except.2.

VIII. Regula: Actioni de vsufructu non nisi triginta annis præscribitur. Vill.P.240. Cuius exceptio est: Nisi non personalis, sed realis sit actio: tunc enim decem vel viginti anni obstant. M.I.C. d.cap.29.quæst.5.reg 5.

IX. Regula: Vsusfructus non potest propria authoritate occupari. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.5. de vsufructu, conclus.1.num. 4. cum quatuor sequentibus.

X. Regula: Omnes fructus rei & obuentiones ad fructuarium pertinent. M.I.C. lib.7. cap.30 reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi extincto vsufructu, fructus nondũ perceperit fructuarius. M.I.C. d.reg.1.except.1. Huius replicatio est: Nisi fructus à solo sint separati: tunc enim quamuis in hor-

in horreum non sint inclusi, tamen ad fructuarium eiúsque hæredem pertinent. M.I.C. d.except.1.replic.1. Accedit Vill. V. 60. Altera exceptio est. Nisi vxori omnium bonorum vsufructu relicto, filij supersint: hoc enim casu vsufructuariæ alimenta tantùm ex bonis debentur. Vill.L.15. item V.65. cum addit. Viu.libr.1. vxor per maritum, num.1.& 2. Controuertitur apud Gabriel. libr.5. de vsufructu, conclus.2. num.1. cum duobus seq. Cuius replicatio prima est: Nisi filij mortui sint, Vill L.16.& Viu.d. vxor.ibi: sed si filij. Gabr.d. conclus.2. num. vlt. Altera replicatio est: Nisi alterius matrimonij liberi sint. Quæ replicatio est controuersa apud Viu.d. vxor.ibi: ampliatur.& Gabriel.d.conclus.2 num.53. Tertia replicatio est: Nisi extraneo hærede instituto, vxori omnium bonorum vsusfructus sit relictus. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur Gabriel.lib.5.de vsufructu, conclus.3. item d.conclus.2. num.54. cum sequente. Quarta replicatio est: Nisi alij quàm vxori omnium bonorum vsusfructus sit relictus. Gabriel.d. conclusio.3. num. 44. Cuius duplicatio est in marito, cui vsusfructus ab vxore est relictus. Quæ tamen duplicatio est controuersa apud Gabriel. d. conclus.2. num.6. Plures propositæ exceptionis replicationes partim probatas, partim approbatas, partim cõtrouersas vide apud Gabriel.d.concl.2. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi antequam cautionem præstiterit vsufructuarius, fructus perceperit: hos enim suos non facit. Viu.lib.1. vsufructuarius cogitur. ibi: proinde scias. Controuertitur apud Gabriel. lib.5. de vsufructu, conclus.1. num.10.& 12. Cuius replicatio prima est: Nisi sciente & patiente proprietario fructus perceperit vsufructuarius. Gabriel.d.conclus.1.num.11. Huius duplicatio est, quòd ad restitutionem fructuum hoc casu teneatur vsufructuarius, quãuis eos suos fecerit. Gabriel.d. conclus.1.num.14. Altera replicatio est: Nisi ante petitam cautionem fructus perceperit vsufructuarius. Gabriel.d. concl.1. nu. 13. Controuertitur tamen d.concl.1.nu.40. Plura de exceptione proposita vide j. reg.prox. Tertia replicatio est: Nisi vsufructuarius propria authoritate possessionẽ ingredi possit. Gabr.d.concl.1.nu.15.

XI. Regula: Vsufructuarius proprietario cauere debet id de quo j.reg.prox. dicitur. M.I.C. libr.7.cap.31.quæst. 1.regul.1. & M.I.P. libro 5.cap.3.reg. 28. Accedit Villal. V.59. Viu.lib.1.vsufructuarius cogitur. Gabriel.d.conclus.1.num.1.

Huius

Huius exceptio prima videtur: Nisi earum rerum, quæ vsu consumuntur, vsusfructus relictus sit. Quæ tamen reprobatur apud Gabr.d.concl.1.nu.16.& sequente. Altera exceptio est: Nisi vsufructuario proprietas quoq; ex die legata sit. M.I.C.d.reg.1.exce.7. Accedit Gabr.d concl.1.nu.46. Tertia exceptio est: Nisi cautio vsufructuario sit remissa. Quæ exceptio controuertitur apud Viu.lib.1.cautionem, nu.4.& 5.ibi: & dato, item d.lib.1.vsufructuarius.cogitur. ibi: & quatenus superius Gabriel.d.concl.1.nu.43.& sequente. Huius replicatio est: Nisi testator cautionẽ in testamento remiserit. M.I.C. d.reg.1. except.8. replic.2. Accedit Vill.C.31.& I.96. cum Fichardi addit.1. Viu.d. vsufructuarius cogitur.ibi: nec potest testator. idem d.libr.1.cautionem, num.3. ibi: interpretatur. primùm. Gabriel. lib. 5. de vsufructu, conclus.1.num.23.cum sequente.& num. 28.cum sequente. Iul. Clar.in §. testamentum, quæst. 64. in prin. & quæst. 66. vers. quoad secundum. Suarez C. 35. Ratio huius replicationis habetur apud Viu. d.cautionem, num.3. ibi: nam illa cautio. item num. 5. Huius replicationis duplicatio prima videtur: Nisi Princeps dederit potestatem testatori remittendi cautionem in testamento. Quæ tamen duplicatio reprobatur apud Gabriel. d.conclus.1.num. 30. Altera duplicatio est: Nisi eam cautionem testator remiserit, quę pręstatur de rebus quæ vsu consumuntur. Quæ duplicatio reprobatur per ea quæ habentur M.I.C d.except.8 repl.1. Controuertitur apud Gabriel. d.conclus.1.num.33.& Iul.Clar.d. quæst.64. vers. & hæc quidem. Tertia duplicatio est: Nisi testator non in testamento, sed inter viuos in contractu cautionem remiserit. Gabriel. d. conclus. 1. num. 34. Viu. d. vsufructuarius cogitur.ibi: & quatenus superius. Hæc de tertia exceptione. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi proprietarius promiserit vsufructuario, se non molestaturum eum. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel.d.conclus.1. num.24 cum duobus sequentibus. Quinta exceptio videtur: Nisi vsufructuarius sit diues, & maximè idoneus. Quæ tamen controuertitur & magis reprobatur apud Gabriel.d.conclus. 1. nu. 27. Sexta exceptio videtur: Nisi vsusfructus ad tempus incertum sit relictus. Sed reprobatur apud Gabriel.d.conclus. 1. num. 38. Septima exceptio videtur: Nisi matri successionis iure in bonis filij vsusfructus debeatur. Quæ exceptio reprobatur d. conclus. 1. num. 39. Octaua exceptio videtur: Nisi vxori omnium.

omnium bonorum vſufructu legato propter existentiam liberorum legatum conuertatur in alimenta. Quæ tamen reprobatur d.concl.1.num.42. Nona exceprio eſt: Niſi donator in re donata ſibi vſumfructum reſeruauerit.d.concluſ.1.num.45. Decima exceptio eſt: Niſi fiſco vſusfructus ſit relictus. d. concluſ. 1. num. 47. Vndecima exceptio: Niſi pater in bonis filij vſumfructum vindicet.d.concluſ.1.num.48. Duodecima exceptio: Niſi cautio non ſit petita. d.concluſ.1.num.48. Vide item ſ. reg. prox.except.3.repl.2. Decimatertia exceptio: Niſi vſufructu in teſtamento relicto, hæres poſt mortem vſufructuarij ſit inſtitutus. d. concl. 1. num.50. Decimaquarta exceptio: Niſi vſufructuarius pauper ſit, vt ſatiſdare non poſſit. De hac exceptione vide ſ.reg.6.except.1.repl.1. Decimaquinta exceptio: Niſi res vſusfructus nomine tradita, ſit non exacta cautione. Quæ exceptio reprobatur d.concluſ.1.num.9. Plures exceptiones vide ſ.reg.prox.except.3.repl.1.cum ſequentibus.

XII. Regula, Cauere debet vſufructuarius hæc duo: Boni viri arbitratu ſe vſurum, fruiturum: & finito vſufructu ſe rem reſtituturum. M.I.C.d.cap.31.queſt.6.reg.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi pecuniæ vel alterius rei, quæ vſu conſumitur, vſufructus relictus ſit: tunc enim iam dicta cautio ceſſat, próque ea cauet vſufructuarius, finito vſufructu ſe tantum pecuniæ, quantum accepit, vel eiuſdem qualitatis rem reſtituturum. M. I. C.d.reg.1.except.1. Accedit Gabriel. lib.5.de vſufructu, concl.1.num.18.cum ſequente. Altera exceptio videtur: Niſi eius rei, quę vſu minuitur vel inueteraſcit, vſusfructus ſit relictus: hoc enim caſu videtur de æſtimatione eius reſtituenda cauendum. Quæ tamen exceptio eſt controuerſa apud Gabriel. d. concluſ.1.num. 20. Tertia exceptio videtur: Niſi rei mobilis vſusfructus relictus ſit, Sed reprobatur d. concluſ.1.num.22.

XIII. Regula, Vſufructuarius regulariter datis fideiuſſoribus cauere debet. Gabr.d.concl.1.nu.2. Cuius exceptio videtur: Niſi pauper ſit vt fideiuſſores habere nō poſſit. tūc enim iuratoria cautio videtur ſufficere. Quæ exceptio eſt controuerſa per ea quæ propoſita ſunt ſ. reg. 6.exc.1.repl.1.

XIIII. Regula, Rectè facient hæres & legatarius vſufructu legato, ſi qualis res eſt, cum frui incipit legatarius, in teſtatum redegerint, vt inde poſſit apparere an & quatenus rem deteriorem vſufructuarius fecerit. M. I. C. d. capit. 31.

quæst.7.reg.1. Accedit Gabriel.d.conclus.1.num.3. Cuius exceptio est: Nisi testator remiserit necessitatem inuentarij faciendi. Quæ exceptio est controuersa d.conclus.1.num.31. cum num. sequente. Replicationem tamen recipit in tali quali descriptione bonorum facienda: hæc enim remissa non censetur. d.conclus.1.num.35.

XV. Regula, Rationes quibus peti cautio ab vsufructuario possit, præscribuntur. M. I. C. lib. 7.cap.32.quæst.6. reg.3. Accedit Fichard. in addit.ad Vill. V. 58. in fine. & 59. Gabriel. d. conclus.1.num.36.

XVI. Regula, Si finito vsufructu æstimatio rei vsu consumptæ sit restituenda: æstimatio ea debet præstari, quæ est tempore traditionis, non ea quæ est tempore quo restituitur. Gabriel. d.conclus.1.num.21

XVII. Regula, Vsum syluæ habens potest ligna vendere. M.I.C.lib.7 cap.33.reg.15. Accedit Vill. V. 51. vbi additur exceptio hæc: Nisi domus non procul sit à sylua, ad cuius vsum sylua vti possit.

XVIII. Regula, Ius piscandi, secandi ligna ex nemore, item pascēdi pecora in pratis alienis, est personale. Vill.S.55.

## *DE SERVITVTIBVS PRÆdiorum realibus, cum reliquo rerum iure, eiúsque actionibus.*

## *CAP. XVI.*

### DE SERVITVTIBVS PRÆdiorum in genere.

PRima regula: Seruitus longo vsu acquiritur. M.I.C.lib. 8. cap. 2.causa 5. Cuius exceptio prima est: Nisi seruitus continuam & perpetuam causam non habeat. M. I. C. d. causa 5. except. 1. Huius replicatio prima est: Nisi seruitus sit personalis: hæc enim triginta annis præscribitur, quamuis continuam causam habere non videatur. Villal. P. 240.& 242. Altera replicatio est: Nisi ius sit exigendi pedagium vel vectigal. Quæ replicatio præcedentis species approbatur apud Vill. I.173. Tertia replicatio est: Nisi præscribēs titulum habeat, item bonam fidem, scientiam ac patientiam domini. Villal. P. 243. Sola autem scientia domini non

non sufficit. Vill. S. 57. ibi: etiam contra scientem. Quarta replicatio est: Nisi tanto tempore vsus sit cuius non extat memoria. M. I. C. d. except. 1. repl. 2. Accedit Vill. S. 57. Gabriel. lib. 5. de præscript. concl. 1. num. 75. Huius exemplum est in iure lignandi & pascendi apud Gabriel. d. conclus. 1. num. 10. Cuius duplicatio prima est: Nisi talis vsus fuerit violentus. Gabriel. d. conclus. 1. num. 11. Contradicere videtur j. except. prox. repl. 1. Altera duplicatio est: Nisi locus, in quo quis ius lignandi & pascendi præscripsit, non habeat tot nemora vel pascua, quæ possint vtrique tam præscribenti quàm domino sufficere. Gabriel. d. conclus. 1. num. 12. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi vi, clàm vel precario sit vsus. M. I. C. d. causa 5. except. 3. Accedit Vill. P. 244. Cuius replicatio prima est: Nisi vltra hominum memoriam sit vsus. Vill. P. 245. Contradicere videtur s. except. prox. repl. 4. dupl. 1. Altera replicatio est: Nisi à tertio titulum & bonam fidem habeat Vill. P. 246. Tertia exceptio est: Nisi non per legitimum tempus sit vsus. M. I. C. d. causa 5. except. 5. Quod autem sit legitimum tempus acquirendæ seu præscribendæ seruitutis, controuertitur M. I. C. d. excep. 5. item apud Turz. opin. 61. Vill. P. 241. in prin. & 243. Quarta exceptio videtur: Nisi dominus ignorauerit alium in re sua seruitute vti. Quæ exceptio reprobatur apud Gabriel. lib. 5. de præscriptionibus, conclus. 1. num. 63.

II. Regula, Amittitur seruitus, si quis ea intra decem annos vsus non sit. M. I. C. lib. 8. cap. 3. causa 10. Accedit Vill. P. 241. Huius exceptio est: Nisi seruitute non nisi certis temporibus vti potuit. tunc enim duplicatum tempus ad eam amittendam est opus. M. I. C. d. causa 10. except. 6. Contradicere videtur d. 241. ibi: si tamen habent.

III. Regula, Amittitur item seruitus, si dominus prædij seruientis libertatem vsuceperit. M. I. C. d. c. 3. causa 11. Cuius exceptio videtur: Nisi is cui seruitus debetur, ignorauerit vel contradixerit. Sed reprobatur apud Vill. P. 247.

## DE CONFESSORIA ET negatoria actione.

IIII. Regula, Si quis ædificando vel aliud faciendo causam seruitutis faciat deteriorem: ei cui seruitus debetur, eo nomine datur actio confessoria vel negatoria. M. I. C. lib. 8. cap. 4. quæst. 4. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi non sit contra-

dictum operi quod factum est Vill.A.33.Soarez A.51.

V. Regula, Si quis alio iure suo præter seruitutem vti prohibeatur: eadem competit actio. Villal. A.32. & 36.Soarez A.52.cum sequente.

## DE SERVITVTIBVS VRbanorum prædiorum.

VI. Regula, Si quis altius ædificando, vel quid aliud faciendo vicini conditionem faciat deteriorem: eo nomine datur actio.M.I.C.lib.8.cap.5.de seruitute altius non tollendi,q.2.reg.1. Cuius exceptio est:Nisi seruitus non debeatur, vel non sit constituta.M.I.C.d.reg.1.except. 4. De qua re vide j. reg. 21.except.1.repl.1.

VII. Regula,In seruitute stillicidij nō licet domino seruientis areæ ibi ædificare,vbi cadere cœpit stillicidium. M. I.C.d.cap.5.de seruitute stillicidij,q.3.reg.1. Cuius exceptio prima est:Nisi ad stillicidij locū ædificium perducatur. hoc enim fieri potest. M. I. C. d.reg.1.except.1. Accedit Soarez A.113. Altera exceptio est: Nisi stillicidium non impediatur per nouum opus vel edificans id excipiat.Soarez A.113.Vill. E.23.Viu.lib.2.ædificare potest,num.1.

VIII. Regula, De seruitute non ædificandi molendinum vide s. cap.10.reg.53.

## DE SERVITVTIBVS RVsticorum prædiorum.

IX. Regula,Ius piscandi,secandi ligna,& pascendi pecora,non reale est,sed personale. Vill.S.55.De quo etiam s.cap. prox. in fine est dictum.

## DE RELIQVO RERVM IVRE.

X Regula,Rerum alię mobiles sunt, alię soli seu immobiles.M.I.C.lib 8.cap.12.diuis.5.Actio autem vtrum mobilis, an immobilis sit,an verò tertium genus constituat, controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de verb. signif. conclus.7.& conclus 8.num.5.Iul.Clar.in §.fin.q.78.vers.successiuè 9. Tuiz. opin. 22. Vill. D. 141. Fichard. in addit. 1.ad Vill.N.14.Soarez A.61.& B.41.cum sequente.

XI. Regula,Annui reditus nec mobiles sunt,nec immobiles: immobilium tamen naturam sortiuntur. Fichard. in addit.ad Vill.A.103. Gabriel.lib.6.de verb.significat.concl.8. nu.1.& 6.vbi controuertitur.Cuius exceptio prima est:Nisi

non-

non ſint perpetui, neque ad longum, ſed modicum tempus: tunc enim immobilium naturam non habent. Fichard. in d.addit.idem in addit.ad Vill.R.11.Gabriel.d.concl.8.num.3. Altera exceptio eſt: Niſi ſint redimibiles. Quæ tamen exceptio reprobatur in d.addit.ad Vill.R.11.ibi:non ergo. Tertia exceptio eſt: Niſi annuus reditus de re mobili, non ſoli debeatur. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Gabriel.d.concluſ.8.num.2. Quarta exceptio eſt: Niſi annuus reditus debeatur actione perſonali, non reali ſeu mixta. Quę exceptio eſt controuerſa apud Gabriel. d.concluſ.8.num.4.

XII. Regula, Pecunia ad rem immobilem cōparandam deſtinata vtrum mobilis, an immobilis cenſeatur, controuertitur apud Tiraquell. lib. 1.retractatus.§.1.gloſſa 7.num. 103.cum ſequentibus, vſque ad num.113. Vill.P.59.cum addit. Fichardi. Vide item ſ. lib.1.cap.1.reg.1.verſ.deſtinatum.

XIII. Regula, Pecunia redacta ex venditione rei immobilis, vtrum mobilis, an immobilis ſit, controuertitur apud Tiraquell.d.gloſſa 7.num.113.vbi plures huius generis quæſtiones controuerſæ ſubiiciuntur.

## DE LOCO RELIGIOSO.

XIIII. Regula, Actio ſepulchri violati competit, ſi quis cadauera ſpoliauerit. M.I.C.lib.8.cap.16.q.2.cauſa 5. Accedit Iul.Clar.§.fin.quæſt.68.verſ.vlt.in prin.

XV. Regula, Actio ſepulchri violati competit, ſi cadauera aut reliquias detinuit, vexauit, tranſtulit, contrectauit, extraxit vel eruit. M. I. C. d. q. 2. cauſa 7. Accedit Viu.lib.2. creditor, num.1.cum ſequente.

XVI. Regula, Actio ſepulchri violati hodie non eſt in vſu, Iul. Clar. d.verſ.vlt.

## DE FLVMINIBVS ET eorum ripis.

XVII. Regula, Proprietas riparum illorum eſt, quorum prædiis adhærent. M. I. C. lib. 8. cap.17.de ripis flum.reg.2. Vendito tamen prædio ad menſuram ripa non venit menſuranda. Quæ regula controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib.2.vendito prædio.

XVIII. Regula, Flumen diuiditur in publicum & non publicum, M. I. C.d.c.17.de fluminibus, reg.3. Quæ diuiſio declaratur apud Viu.lib.2.molendinum, num.2.

XIX. Regula, Flumina nauigabilia earum ciuitatū ſunt,

per quarum territorium transeunt. Fichard.in addit. ad Villalobos F.156.

XX. Regula, Aquam ex flumine publico ducere licet. M.I.C. d.cap.17.de fluminib.reg. 8. Cuius exceptio est : Nisi flumen nauigabile sit,& ex eo aliud nauigabile fiat. M. I. C. d.reg. 8. except.2. Cuius replicatio est : Nisi aqua postea restituatur in flumen nauigabile, vt cesset interesse nauigantium. Viu.lib.2.aqua.

## DE REBVS PRIVATIS.

XXI. Regula, Quilibet rerum suarum moderator atque arbiter est, licétque cuiuis in re sua facere quod libet. M. I. C.lib.8.c.24.de rebus propriis,reg.1. Accedit Viu.lib.2. ædificare potest, nu.1.& num.2.in fine. Huius exceptio prima est : Nisi quis in re sua faciendo vicini conditionem faciat deteriorem. M.I.C. d.reg.1.except.4. & lib.7.cap.24.q.3. excep.12.repl.1. Huius replicatio est : Nisi vicino seruitutem non debeat. M.I.C. d.repl.1.dupl.1.& lib.8.cap.5. de seruitute altius non toll.q.2.exce.4. Accedit Viu.lib.2.ædificare in sua. Huius duplicatio prima est:Nisi cum per longissimum tempus non fuisset altius ædificatum,nunc altius ædificetur. M. I. C. d.exce.4.repl.1. Cui contradicere videtur Gabr.lib.5.de præscriptionibus, concl.12.nu.6. Altera duplicatio est : Nisi ædificando ab area vicini, purgandis seu triturandis frugibus destinata, ventũ excludat. M.I.C.d.excep.4.repl.3. Accedit Viu.lib.2.area. Tertia duplicatio est:Nisi nocendi animo faciat. Viu.lib.2.ædificare in sua. Villal. N.41. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est:Nisi Princeps ciuitatẽ suam alienauerit:hoc enim ei facere non licet. Quę exceptio cõtrouertitur & distinguitur apud Gabr.lib.3. de iure quæsito,cõcl.8. De qua re vide plura s̃.lib.1.c.5.reg.55.

XXII. Regula, In re communi neuter sociorum inuito altero quidquam facere potest,& potior est causa prohibentis. M. I. C. d.cap.24. de rebus commun.reg.1.& M.I.P.lib.5 cap.3.reg.32. Cuius exceptio est : Nisi domum communem vnus locauerit idoneè. Vill.F.166.

XXIII. Regula, In alieno solo occupari vel venari quis inuito domino non potest. M. I. C. d.cap 24. de rebus alienis, reg. 2. Accedit Viu.lib.2. venari,num.1. Cuius exceptio est in capiendis & occidendis bestiis nociuis,d.nu.1.

## DE NOVI OPERIS nunciatione.

XXIIII.

XXIIII. Regula, Nouum opus nunciari potest, si quis in ipso ædificet, quo sibi non prodest, & nocet vicino. Villal. N.41. De qua re vide item paulò superius reg. 21. except.1. replicatio.1. dupl.3.

XXV. Regula: Nouum item opus nunciari potest, si ædificet vt videat in hortos religiosorum aut monialium. De qua re vide s. cap.10. reg. 50.

XXVI. Regula: Si ad æmulationem priuati castrum ædificet, nouum opus nunciari ei potest. Vill.E.24.

XXVII. Regula, Sed & quandocunque quis ædificauerit aliter quàm ei licet, nouum opus nunciari ei potest. M. I. C. lib.8. cap. 26. q. 1. causa 1. Cuius exceptio est: Nisi Prætor ædificet: huic enim nouum opus nunciari non potest. M.I.C. d. quæst.1. except.10. Accedit Villal.N.40. vbi etiam additur adfine remedium nunciationis, quod est protestatio.

XXVIII. Regula: Inquilinus & colonus nec procuratorio nomine nouum opus nunciare potest. Vill. l. 46. N.37.

XXIX. Regula: Si in publico opus fiat, quilibet nunciandi ius habet. M. I. C. d. cap. 26. quæst. 2. reg. 6. Cuius exceptio prima est: Nisi forensis sit. Quæ exceptio approbatur apud Villal. F. 157. & N. 39. Huius replicatio est: Nisi in via ædificetur: tunc enim etiam forensis nunciandi ius habet. Villal. dd. locis. Altera exceptio est: Nisi minor viginti annorũ sit qui denunciat. M.I.C. q.2. reg.7. Accedit Vill. N. 38.

XXX. Regula: Cuiuis presenti nouum opus potest nunciari. M. I. C. d. cap. 26. quæst. 2. reg. 1. Accedit Vill. N. 35.

XXXI. Regula: Etiam aduersus absentem, inuitum & ignorantem nunciatio fieri potest. M. I. C. d. cap. 26. quæst. 5. reg. 3. Accedit Viu. lib. 2. nunciatio fieri. Vide item j. reg. 35. except. 6.

XXXII. Regula: In eum locum, vbi opus fit, non alibi opus nouum nunciandum est. M. I. C. d. cap. 26. q. 6. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi domino loci alibi nuncietur: hoc enim casu valet nunciatio, etiam alibi facta. Vill. N.34.

XXXIII. Regula: Noui operis nunciatio remittenda, si is cui nunciatum est, caueat de opere demoliendo, si non iure fuisset ædificatum. M. I. C. d. cap. 26 q. 9. causa 7. & M. I. P. lib. 5. cap. 3. reg 33. Cuius except. prima est: Nisi nuntians dixerit, Hodie constat, hodie agatur. M. I. P. d. reg. 33. exceptio. 1. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Villal. N.42. Viu. libro. 1. nunciatio, num.4 ibi: sed hodie.

cum duob. numeris sequentibus. Quæ autem hoc casu dicatur probatio in continenti, relinquitur arbitrio iudicantis, Villal. P.312. Altera exceptio est: Nisi tres menses nondum sint exacti. M.I.C.d.cap.26. quæst.10.reg.3. & M.I.P.d.except. 1. Controuertitur tamen per ea quæ proposita sunt s. except. prox.

XXXIIII. Regula, Loco noui operis nunciationis interponitur protestatio aduersus eum cui lis moueri non potest. De qua re dictum s.reg.27.except.1.

XXXV. Regula, Si quis contempta noui operis nunciatione, opus fecerit: illud destruere cogitur. M.I C. lib.8.cap. 27. actione secunda, quæst.1.reg.1. & M.I.P. d.cap.3.reg.34. Huius exceptio prima est: Nisi de opere demoliendo, si iure non sit ædificatum, sit cautum. M.I.C. d.reg.1.exce.2.& M.I.P. d.reg.34.except. 2. Accedit Viu.lib.1.nunciatio, nu.4. Cuius replicatio est: Nisi tres menses nondum sint elapsi. Quæ replicatio controuertitur per ea quæ habentur s. reg. 33. except. 1. Altera exceptio videtur: Nisi iure sit ædificatum. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1.except.3 & M.I P. d.reg.34.except.1. Accedit Viu.lib.1. nunciatio, num.1. Tertia exceptio videtur: Nisi alternatiuè facta sit prohibitio hoc modo: Ne ædifices, aut compareas ad respondendum. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.d nunciatio, num.2. Quarta exceptio est: Nisi simplici verbo nunciatio sit facta. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Viu.d.nunciatio, num.3. Quinta exceptio videtur: Nisi nemine præsente nunciatio sit facta Quæ exceptio reprobatur apud Vill.N.33. Viu.lib.2.nunciatio si fieret. Sexta exceptio est: Nisi domino absente nunciatio sit facta. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. N.35. Vide item s. reg.31. Septima exceptio est: Nisi is nunciauerit, qui nunciandi potestatem non habet. Villal.N.36. Qui autem nunciandi potestatem non habeant, dictũ s.reg.28. cum sequente. Octaua exceptio videtur: Nisi is qui contempta noui operis nunciatione ædificauit, decesserit, successore officij seu dignitatis relicto. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.P.191. Nona exceptio videtur: Nisi nuncians non præstet expensas quibus opus destruatur. Quæ exceptio reprobatur apud Vill. P.191. Admittitur, si absente & ignorante reo conuento nunciatio sit facta. Viu. lib. 2. nunciatio fieri. ibi: nihilominus ratione.

XXXVI.

XXXVI. Regula: Si contempta operis noui nunciatione sit ædificatum, agi etiam potest aduersus ipsos opifices. Villal. L. 1.

## DE DAMNO INFECTO, ET actione de non offendendo.

XXXVII. Regula: Si aliquid fiat vel factum sit, ex quo alius damnum metuat: de damno infecto ei datur actio, vt sibi caueatur de damno, si contigerit, præstando. M.I.C. lib. 8. cap. 28. q. 3 causa. 1. Cuius exceptio est: Nisi id cui damnum metuit, non iure habeat ædificatum. Quæ exceptio approbatur exemplo apud Viu. libro 2. ædificare in sua, num. 2. vers. & sic ædificans.

XXXVIII. Regula: Damni infecti actionis adfine remedium est, si quis timeat se ab aliquo offensum iri: hoc casu cautionē petere potest de non offendendo. Quæ actio subsistit l. illicitas. 6. §. ne potentiores. ff. de officio præsidis. De quo M.I.C. lib. 1. cap. 10. de præside prouinciæ, quæst. 3. reg. 8 Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 47. vers. & in primis. Soarez. C. 36. Cuius exceptio videtur: Nisi actor causam dederit inimicitiæ. Quæ tamen reprobatur apud Iul. Clar. d. 47. vers. sed pone.

XXXIX. Regula: In iam dicta actione de non offendendo per fideiussores est cauendum. Iul. Clar. d. q 47. vers. sed quæro. Soarez. C. 36. Cuius except. prima videtur: Nisi reus locuplex sit. Quæ tamen exceptio reprobatur d. vers. sed quæro. ibi: etiam. quod pars. Altera exceptio est: Nisi reus pauper sit: tunc enim sufficit iuratoria cautio. Quæ exceptio approbatur & distinguitur dict. vers. sed quæo. ibi: bene verum.

XL. Regula: Si reus non caueat, mittitur in exilium. d. q. 47. vers. sed nunquid. ibi: & vbi recusent. item vers. sed quæro. ibi: sed debet iudex.

XLI. Regula, Si cautum sit, & offensa secuta: ex stipulatu actio datur. Cuius exceptio prima est: Nisi multò post cautionem præstitam offensa sit secuta. Quæ exceptio cùm ipso iure subsistat, de tēpore, quanto duret hæc cautio, controuersia est: quod tamen tempus magis relinquitur arbitrio iudicis. Iul. Clar. d. q. 47. vers. item quæro. 6 Soarez C. 36. Altera except. est: Nisi actor quoque reum offenderit: tunc enim compensatione tollitur actio ex stipulatu d. quæst. 47.

versiculo. sed quoniam.& versiculo. sed hic quæro. Soarez C.37. Tertia exceptio est: Nisi ex noua causa superueniente offensa sit secuta. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d. quæst.47. vers. quæro num. Soarez. C.37. Quarta exceptio est: Nisi non actor, sed alius sit offensus. Cuius replicatio est: Nisi frater actoris sit offensus. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. quæst.47. ver. quæro etiam. Quinta exceptio est: Nisi adulterando vxorem actoris eum offenderit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur d. q. 47. vers. sed quid si.

XLII. Regula: Ad fine propositæ actionis de non offendendo remedium est merum iudicis officium, quod impertire iudex potest etiam non petitum. Quæ regula est controuersa d. quæst.47. vers. sed nunquid.

XLIII. Regula, Ex stipulatu quoque de damno infecto datur actio, si stipulatione interposita damnum sit secutum. M. I. C. lib. 8. cap. 30. quæst. 1. Cuius exceptio videtur: Nisi cum de damno infecto reus cauere non teneretur, cauit. Quæ exceptio reprobatur sub conditione apud Viu. lib. 2. ædificare in sua. ibi: & licet.

METHO-

# METHODI IVRIS CONTROVERSI LIBER IIII.

## DE CAVSIS IVRIS LVCRATIVIS.

CVM ius priuatum partim sit personarum: partim rerum, partim actionum: & de iure personarum ac rerum superiori libro sit actum, superest vt de iure actionum agamus. Hoc autem loco sciendum, Actionis vocabulo non contineri iura persequendi in iudicio quod nobis debetur, sed causas quibus iura, tum personarum, tum rerum acquiruntur, retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur, quæ in facto consistunt. In qua significatione accipitur etiam lib. I. Dialectices meæ, cap. de actionibus. Iuris acquirendi causæ duplices sunt, lucratiuæ & onerosæ. De causis iuris acquirendi lucratiuis in hoc libro agetur, de cæteris in libro sequente.

## *DE HÆREDITATE ET bonorum possessione in genere.*
## *CAP. I.*

PRIMA regula: Bonorum possessio hæreditatis appellatione continetur. M I.C. libr. 9. cap. I. quæstio. 3. reg. 2. Impropriè tamen dicitur hæreditas. Vill. H. 13.

II. Regula: Hæredis appellatione hæres quoque hæredis continetur. M. I. C. d. quæst. 3. reg. 3. Cuius exceptio est: Nisi priuilegium alicui & eius hæredi concessum sit: hoc enim casu hæredis hæres non continetur. Gabriel. libro 6. de legi

de legibus, concluſ.2.num.3.

III. Regula: Hæredis appellatione extraneus quoque hæres continetur. Viu.lib.1.emphyteuta.§. regula eſt,num.1. Gabriel.lib.6.de verbor.ſignific.concluſ.2.num.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi de hæredibus maſculis agatur. Viu.d. §.regula, num.2. Gabriel.lib.6. de verbor. ſignific.concluſ.3. num.1.vbi tamen Socinus in contrarium allegatur.Sed quẽadmodum vna hirundo non facit ver: ita nec vnus Doctorum facit ius controuerſum. Declaratur ſimul & diſtinguitur exceptio propoſita apud Gabriel.d. concluſ.3. Altera exceptio eſt: Niſi aliqua coniectura ſit in contrarium. Viu.d. §.regula,num.3.Tertia exceptio eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica hæredibus conceſſa, Viu.d.§.regula,num.4. De qua exceptione dicetur etiam j.in iure emphyteutico. Quarta exceptio eſt in materia feudali: in qua ſolus filius hæredis appellatione continetur. Vill.H.14.Plures huiuſmodi exceptiones vide apud Gabriel.d.concluſ.2. Planè iſtarum exceptionum replicatio generalis eſt: Niſi diſpoſitio loquatur de hæredibus quibuſcunque: hoc enim caſu appellatio hæredis etiam in materia alioquin non tranſitoria ad extraneos hæredes compræhendit hæredes extraneos. Quæ replicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.6. de verbo. ſignific.concluſ.4. De qua vide item tractatum meum feudalem cap.2.quæſt.7.reg 10.except.7.

IIII. Regula: Hæredis appellatione fœmina quoque hæres continetur.Cuius exceptio eſt: Niſi ſtatuto cautum ſit, quòd bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem, niſi impetrata pace ab hærede defuncti: hoc enim caſu fœmina hęres non continetur. Viu.lib.1.ſtatutum diſponens quòd bannitus non poſſit,in princ. Huius replicatio eſt: Niſi ſtatutum loquatur in plurali numero de hæredibus defuncti. Viu.d.ſtatutum.ibi: fallit ac claudicat.

V. Regula: Hæredis appellatione non venit ſucceſſor ſingularis. Cuius exceptio prima eſt: Niſi vocabulum Quibuſcunque eſſet adiectum. Gabriel. d. concluſ.4 num.5. Altera exceptio eſt in hærede ſanguinis ex re certa inſtituto, Gabriel.lib.6.de verbor.ſignificat. concluſ.2.num.20. Hæredis appellatione non venit fideicommiſſarius. De qua re vide j.cap.10.reg.16.

VI. Regula: Pactis non datur hæreditas M.I.C. d.cap.1. quæſt.5.cauſa 6. Accedit Tuiz. opin.83. num.1.Viu.lib.1.Pa-

ctum

ctum per aliquos,num.1. cum tribus sequentibus.vbi etiam de ratione huius regulæ tractatur. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iis de cuius hæreditate agitur conuentioni consenserit, & in eo consensu vsque ad vitæ finem permanserit.M.I.C.d.causa 6.except.1.Accedit Villal.C.197.cum sequente.Viu.d. pactum per aliquos, num.7. Altera exceptio est: Nisi pactum iuramento sit firmatum. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Viu.d.pactum,num.4 cum duobus sequentibus. & apud Vill.C.197.cum sequente.item I.145.& P.1.cum addit. Tertia exceptio est: Nisi quis post mortem suam bona sua promiserit: hæc enim promissio valet. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Turz. d.opin.83. num.2. Vill.P.352. Viu.d. pactum per aliquos,num.9. Quarta exceptio est: Nisi familia inter se pactum fecerit de succedendo ad familiæ conseruationem. Fichard. in addit. ad Vill. F.13. Quinta exceptio est: Nisi pactum sit reseruandæ hæreditatis.Fichard.in addit.ad Vill.P.1. Coras.lib.6.Miscellan.cap.9.in prin. Sexta exceptio: Nisi statuto vel consuetudine istiusmodi pactum firmetur.Vill.P.2.Septima exceptio: Nisi de succedendo in re certa pactum sit factum.Vill.P.3. Viu.lib.1.pactum per aliquos,num.8. Controuertitur tamen hæc exceptio apud Gabriel.lib.3.de pactis, conclus.1.num.4. Octaua exceptio: Nisi de succedendo in certa quota bonorum,non hæreditatis,pactum sit factum.Vill.P.4. Viu.d.nu. 8. Nona exceptio:Nisi pactum sit de reciproca successione. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d.conclus.1.Viu.d.pactum,num.12.Vil.P. 5.in addit. Decima exceptio: Nisi de hæreditate incerti hominis pactum sit factum.Viu.d.pactum, num.10. Vndecima exceptio: Nisi pactum veniat ex necessitate contractus præambuli. Viu.d.pactum, num.11. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Iason.in l.fin.C.de pactis, num.5. & 7.vt refertur apud Viu.d. pactum,num.13.

VII. Regula: Magna est cognatio bonorum possessionis & hæreditatis. M.I.C. d. cap.1.de bonor. possess. quæst.6. Et est casus, quo hæreditas ex iure ciuili hodie adiri non potest,in quo opus est bonorum possessione Prætoria: qui habetur apud Iul.Clar.in §.testamentū,q.43. vers.& nota quod iste.item q.45 vers.& ex hoc Soarez B.49.

VIII. Regulæ: Bonorum possessio non est mixti imperij.Vill.B.45.Soarez B.41.

IX. Regula: Bonorum possessio potest delegari. Villal. B.46. De qua re vide item supra lib.1.cap. 5.regu.26. except. 5.replic.9.

## *DE TESTAMENTIS.*
## *CAP. II.*

PRIMA regula: Diuiditur testamentum in testamentum scriptum & nuncupatiuum. M.I C. libro 9.cap. 2. quæst.3.diuis.3 Accedit Iul.Clar. in §.testamentum, quæst.3. Definitio & differentia vtriusque habetur d. §. testamentum, quæst.4.in prin.

II. Regula: Si duo in eadem charta testamentum fecerint: duo sunt testamenta, non vnum. Iul.Clar.in d.§.testamentum, quæst.60.in fine.

III. Regula. Testamenti factio iuris gentium est, non iuris ciuilis. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Turz.opin.100. Distinguitur apud Vill.T.20. Iul.Clar.in §.testamentum, quæst.2.

IIII. Regula: Testamenta sunt stricti iuris, exceptis duobus casibus, vt refertur ex Iasone apud Turz.opi.168.in fine.

## DE EXECVTORE TESTAMENTI.

V. Regula: Officia executoris testamenti enumerantur apud Vill.E.129.cum trib. sequentibus.

VI. Regula: Mortuo executore, eius officium transit ad Episcopum. Villal.E.133. Nisi aliter à testatore fuerit dispositum. Vill.E.134.

## DE EXCEPTIONIBVS ADuersus testamenta.

VII. Regula: Ex testamento regulariter quidem datur actio tum ad hæreditatem, tum ad legata, tum ad alia in testamento relicta consequenda. M.I.C. lib.9. cap.5. in prin.& M.I.P. lib.5 cap.5. reg.5. Cuius regulæ plures sunt exceptiones, partim ex iis quæ testamenti factioni insunt, partim ex iis quæ testamenti factionem sequuntur, desumptæ. De prioris generis exceptionibus in hoc & proximo sequenti capite agetur: posterioris generis exceptiones ĩ.cap.4.enumerabuntur. Prioris igitur generis exceptio prima, eáque generalis hæc est: Nisi non iure factum sit testamentum.

M.I.C. d.cap.5.except.1. Accedit Iul.Clar.in §.testamentum, quæst.89.vbi etiam distinguitur. de quib.distinctionibus dicetur postea in replicationibus generalibus. Altera exceptio est: Nisi testator testamenti factionem non habuerit.M.I.C. d.cap.5.except.2. Cuius replicatio videtur:Nisi ad pias causas quid sit relictum. Quæ tamẽ replicatio reprobatur apud Vill.I 27.cum sequente. Huius exceptionis species sequuntur.Tertia exceptio est: Nisi impubes testamentum fecerit. M.I.C. d.cap.5.except.3. Accedit Viu.libr.1. pupillus,num.4. Huius replicatio prima videtur: Nisi miles impubes testamentum fecerit. Quæ tamen replicatio reprobatur M.I.C. d.except.3.repl.3.Accedit Viu.d.pupillus,num.5. Altera replicatio est: Nisi cum iuramento & sub conditione hac, Si in pupillari ętate decesserit,impubes testamentum fecerit. Viu. d.pupillus nu 9.cum sequente. & Vill.I.15. Tertia replicatio videtur: Nisi impubes doli capax sit. Sed reprobatur apud Viu.d. pupillus, num.7. Quarta replicatio videtur: Nisi statuto permittatur impuberi testamenti factio. Quæ replicatio reprobatur d.pupillus,num.6.Quinta replicatio videtur: Nisi ad pias causas pupillus testamentum fecerit. Sed reprobatur d.nu.7.ibi: illúdque procedit. Iul.Clar. in §.testamentum,q.5. versic. hinc infertur. Sexta replicatio videtur: Nisi permissu principis ad pias causas pupillus testamentum faciat. Viu.d.pupillus, num.8. Hactenus replicationes propositæ exceptionis enumerauimus: quarum duplicatio generalis videtur:Nisi sine authoritate tutoris pupillus testamẽtum fecerit.Iul.Clar.in d.§.testamentum,q.28.versi.sed nunquid. Quarta exceptio: Nisi testator fuerit furiosus. M.I.C. d.cap.5.excep.6.& M.I.P. d.reg.5,except.1. Cuius replicatio prima est: Nisi furore intermittente testamentum fecerit. M.I.C. d.except.6.repl.3.Accedit Viu.lib.1.testis.§.notarius. versic.vbi tenet testamentum.ibi: quod procedit in furioso. Altera replicatio est: Nisi furiosus omnia rectè & prudenter in testamento disposuerit. Viu.d §.notarius. ibi: fallit dicta. Tertia replicatio videtur: Nisi ad pias causas furiosus testatus sit. Sed reprobatur apud Viu.d.§.notarius.vers.vbi tenet testamentum.Iul.Clar.in d.§.testamẽtum,q.5.vers.sed an furiosus. Planè replicationum priorum duplicatio generalis videtur: Nisi sine curatoris authoritate furiosus sit testatus. Quæ tamen duplicatio reprobatur apud Iul.Clar.in d.§.testamentum, quæst.28.versic. sed nunquid. Quinta exceptio: Nisi

Nisi cæcus testamentum fecerit. M.I C. d.cap.5.except.9. Cuius replicatio prima est: Nisi secundum institutionem Imp.Iustini.cæcus sit testatus. M.I.C. d. except.9. repl.1. Accedit Iul.Clar.in §.testamentum.quæst.17.in princ. Altera replicatio est: Nisi inter liberos cæcus sit testatus. Iul. Clar.d. quæst.17.versi sed quæro. Sexta exceptio: Nisi prodigus testamentum fecerit. M.I C. d.cap. 5.excep 12. Cuius replicatio prima est: Nisi bonis nondum fuerit prodigo interdictum. Vil P.45 cum addit.& Iul.Clar.in §.testamentum,q 33. Altera replicatio videtur: Nisi ad pias causas prodigus testatus sit. Sed reprobatur apud Iul Clar.in d.§.testamentum, quæst.5.versic.secundò infertur. Septima exceptio: Nisi publico iudicio seu capitali pœna damnatus testamentum fecerit. M.I.C.d.cap.5.except.13. Accedit Fichard. in addit. 2. ad Vill. T.19. Iul. Clar. in §.testamentum,quæst. 21.in prin. Huius replicatio prima est: Nisi non capitis, sed ad perpetuos carceres fuerit damnatus. Quæ replicatio est controuersa apud Iul.Clar.in d §.testamentum,quæst.23.& Soarez C.21. Altera replicatio videtur: Nisi ad pias causas sit testatus. Quę replicatio reprobatur apud Iul.Clar.in d.§.testam. quæst. 5. vers. quæro quid. Plures huiusmodi replicationes vide apud Iul.Clar.in d.§.testam.quæst.21. Octaua exceptio: Nisi testator publico iudicio accusatus mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur M I. C.d.cap.5.except.14. Admittitur, si accusatus sibi ipsi mortem consciuerit. M.I.C.d.excep.14. distinct.1. Accedit Iul. Clar.§.fin.quæ.68.vers.seipsum occidere.37.ibi: occidens autem. Cuius replicatio est: Nisi non ob conscientiam criminis, sed ex alia causa mortem sibi consciuerit. M.I C.d. distinct.1. replic.1. Accedit Iul. Clar.d. vers. seipsum occidere. 37. ibi: cæterùm si qui. Nona exceptio: Nisi testator sit bannitus. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in d. §. testam. quæst. 19 Huius exceptionis replic. prima est: Nisi bannitus testamentum fecerit secundum ius commune, non secundum statuta ciuitatis, à qua est bannitus. Quæ replicatio est controuersa d.quæst.19. in prin. ibi: aut vult testari. Altera replicatio est: Nisi bannito non sit apposita pœna mortis.d. q. 19. in prin. ibi: dic quod aliquando. Tertia replicatio est: Nisi bannitus condemnatus fuerit ad mortem ratione delicti, cui non iure communi, sed per statutum illius ciuitatis pœna mortis imposita est. nam nec hic intestabilis efficitur. d.q. 19. vers. aliquando.

quando verò.ibi: ideo dic. Cuius duplicatio prima est: Nisi iste bannitus peruenit in fortiam communis. d. q. 19. vers. aut verò iste. item q. 21. vers. aut verò. Altera duplicatio videtur: Nisi bannitus impunè possit offendi. Quæ duplicatio reprobatur d. quæst. 19. vers. vltimo. Tertia replicatio est: Nisi bannitus, cuius bona sunt confiscata, de iis bonis testatus sit, quę post confiscationem acquisiuit. d. q. 19. in prin. ibi: & quod plus est. item vers. aliquando verò. 2. ibi: item de illis quæ acquireret. Quarta replicatio est: Nisi bannitus, cuius bona sunt confiscata, de bonis extra territorium bannientium fuerit testatus. d. vers. aliquando verò. ibi: ideo dato quod eius. Quinta replicatio est: Nisi pendente appellatione super sententia banni, testatus sit bannitus. Soarez A. 227. Decima exceptio: Nisi deportatus testamentum fecerit. Iul. Clar. in §. testamentum, q. 22. in prin. Vndecima exceptio: Nisi relegatus testamentum fecerit. Quæ exceptio reprobatur d. q. 22 vers. relegatus autē. Duodecima exceptio: Nisi excommunicatus testamentum fecerit. Quę exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. lib. 2. excommunicatus non potest, nu. 5. Gabriel, lib. 4. de test. concl. 1. vbi in quibusdam casibus admittitur. Accedit item Iul. Clar. in §. testam. quæst. 24 item Vill. E. 120. cum sequente. Decimatertia exceptio: Nisi infamis testamentum fecerit. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar. in §. testament. q. 25. Decimaquarta exceptio: Nisi testator fuerit manifestus vsurarius. M. I. P. d. reg. 5. except. 4. item lib. 1. cap. vltim. q. 6. reg. 2. Accedit Viu. lib. 1. vsurarius, in prin. Gabriel. lib. 4. de testamentis, conclus. 3. num. 3. Declaratur definitione manifesti vsurarij apud Viu. d. vsurarius. ibi: & his accedit, cum sequentibus. Iul. Clar. in §. vsura, vers. 5. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vsurarius caueat de vsuris restituendis. Iul. Clar. in § testament. q. 26 in prin. Accedunt item ea quæ habentur s̃. ead. except. in prin. Huius duplicatio prima est: Nisi vt de repromissione caueat. Iul. Clar. d. q. 26. vers. sed quæro Gabriel. d. conclus. 3. num. 10. cum sequente. Altera duplicatio est: Nisi post conditum demum testamentum offerat cautionem. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen reprobatur d. q. 26. vers. sed pone. & Gabriel. d. conclus. 3. num. 1. & 6. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi vsurarius constituerit procuratorem ad pręstandam cautionem de vsuris restituendis. Viu d. vsu-

rarius.ibi:limitatúrque ista.Gabriel.d.concl.3.num.2. Tertia replicatio est: Nisi Iudæus vsurarius testatus sit. Viu. d. vsurarius. ibi: limitatur tertiò. Gabriel.d.conclus.3.num.8. Quarta replicatio videtur: Nisi vsuras exercere desierit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Gabriel.d.concl.3 nu 9.Iul.Clar.d.q.26.vers.item quæro.& in §.vsura,vers.17.Quinta replicatio est:Nisi non testatus sit vsurarius, sed donauerit. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. d. vsurarius. ibi: fallit. ista. & Iul.Clar.in §. donatio,quæst.7. & Gabriel. d. conclus. 3.num. 13. Admittitur tamen in donatione inter viuos, Viu.d.vsurarius.ibi: limitatur quartò. Cuius duplicatio est:Nisi omnia bona, vel maiorem partem bonorum suorum inter viuos donauerit. De qua re vide s̃.lib.1.cap.vlt.de vsuris,reg.9. Sexta replicatio videtur:Nisi inter filios sit testatus Sed reprobatur apud Gabriel.d.conclus.3.num.3. Septima replicatio videtur:Nisi ad pias causas sit testatus. Sed & hæc reprobatur d.conclus. 3. num. 4. Admittitur tamen, si constat testatorem contritum & pœnitentem decessisse. d.concl 3.num.5. Octaua replicatio videtur:Nisi creditores vsurario cautionem de vsuris restituendis remiserint. Sed reprobatur d. concl.3 num. 12. Hæc de 14. exceptione. Decimaquinta exceptio: Nisi mercator qui carius vendidit, testamentum fecerit. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. d. conclus. 3 num.7. Decimasexta exceptio: Nisi monachus testamentum fecerit. M. I. P.d.reg.5.except.3. De qua exceptione vide s̃. lib. prox.cap.2.reg.23.except.2. Decimaseptima exceptio:Nisi statuto sine consensu cognatorum testari prohibitus, sine consensu cognatorum testamentum fecerit. De hac exceptione vide s̃. lib. prox. cap. 13. reg. 16. except.4. Decimaoctaua exceptio: Nisi statuto mulier liberos habens testari vsq; ad quartam bonorum partem prohibita, testamentum contrà fecerit. Viu.lib.1.statutũ disponens quod mater. Decimanona exceptio: Nisi vxor sine consensu mariti contra statutum testamentum fecerit. Huius replicatio est:Nisi ad pias causas sit testata. Vill.S.113. Aliam replicationem vide s̃. d.reg.16.except 5. Vicesima exceptio: Nisi filiusfamiliâs testamentum fecerit. M. I. C.lib.9.c.6.except.22. Huius replicatio prima videtur: Nisi volente & consentiente patre filiusfamiliâs testamentum fecerit. Quæ replicatio reprobatur M.I.C.d.excep.22.repl.1.Accedit Viu. lib.1. filiusfamiliâs

liâs regulariter,num.1. Iul.Clar.in §.testamentum,quæst.18. in prin. Admittitur, si ad pias causas voluntate patris testatus sit Vill. F. 87. De qua distinctione vide j. except. prox. Altera replicatio est:Nisi ad pias causas filiusfamiliâs testetur. Hæc replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Iul.Clar.in §.testamentum,q.5.vers.sed nunquid.7. Fichard. in addit. ad Villal. F.61. Viu. d.filiusfamiliâs regulariter,nu.3 cum duob. sequentibus. Huius duplicatio prima videtur: Nisi de iis bonis, in quibus patri vsusfructus quæritur filiusfamiliàs ad pias causas testetur. Quæ tamen duplicatio reprobatur apud Iul. Clar. d. q. 5. vers. quæ quidem.8. Alterius duplicationis loco notandum, quòd legatum alij in eo testamento relictum non debeatur, nec ad piam causam,sed ad hæredē ab intestato transeat. Iul.Clar. d.quæst.5.vers.vlt.& Vill.F.88.Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi filiafamiliàs nupta testamentum fecerit. Sed reprobatur apud Villal. F. 85.& Fichard. in addit. ad Vill.F.61.Viu.lib.1.filiusfamiliàs regulariter,num. 4. Quarreplicatio est: Nisi filiusfamiliàs miles de castrensi peculio testamentum fecerit. M. I. C. d. except. 22. repl. 2. Accedit Viu.d.filiusfamiliàs,num.9. Quinta replicatio: Nisi de bonis à principe sibi donatis filiusfamiliàs testamentum fecerit. Quæ replicatio controuertitur apud Viu. d. filiusfamiliàs,num.8.Sexta replicatio est:Nisi de quasi castrensi peculio filiusfamiliàs sit testatus. M.I.C.d.except.22. repl.3. Accedit Viu.d.num.9 Iul. Clar.in §.testamentum,quæ.18.vers. scias tamen. Septima replicatio: Nisi aduocatus de salario suo sit testatus. Quæ replicatio est controuersa apud Iul.Clar.d.quæst 18.vers.sedquid de salario.Octaua replicatio videtur: Nisi de peculio aduenticio sit testatus. Sed reprobatur M.I.C.d.excep2.2.repl.4 Accedit Villal.F.86. Viu. d. filiusfamiliàs regul. num.1.ibi:amplia hoc. Iul. Clar. d. q. 18. vers. vera igitur. Nona replicatio videtur: Nisi filia de dote sua aduenticia sit testata. Sed reprobatur d. q. 18 vers. secundò adde. Decima replicatio: Nisi pater ab hostibus captus sit, dum facit testamentum filius. Huius duplicatio est:Nisi pater postea ab hostibus fuerit reuersus.d.q 18.vers. sed pone. Vndecima replicatio:Nisi pater ingressus sit monasterium, dum filius testamentum fecit. Quæ replicatio est controuersa apud Viu.d.filiusfamiliàs regulariter,num. 2. Duodecima replicatio: Nisi in testamento adiecta sit

clausula codicillaris: vel vt valeat tanquam mortis causa donatio. Iul. Clar. in §. donatio, q. 7. vers. sed quæro. & vers vlt. Decimatertia replicatio: Nisi mortis causa donauerit filiusfamiliâs. De hac re vide J. cap. 11. reg. 30. except 1. repl. 1. Decimaquarta replicatio: Nisi statutum loci aliud disponat. Cuius duplicatio est quoad forenses, Viu. libro 1. statutum habilitans. vers. vbi concludit. Hæc de vicesima exceptione eiúsq; replicationibus sint dicta. Vicesimaprima exceptio: Nisi septem testes testamenti factioni non interfuerint. M.I.C. lib. 9. cap 7. except. 23. Accedit Viu. lib. 1. testes septem, num. 1. Iul. Clar. in § testamentum, q 56. in prin. cum vers. sequente. Huius replicatio prima est: Nisi pestis tempore testamentum sit factum. Quæ replicatio est controuersa apud Turz. opin. 45. Vill. T 22 cum addit. Fichardi. Viu. lib. 1. testes septem, nu. 6. Gabriel. lib. 4. de testamentis, conclus. 8 Iul. Clar. in §. testament. q. 56. vers & hæc quidem. Huius replicationis duplicationes vide apud Gabriel. d. concl. 8 Altera replicatio est: Nisi testamentum coram principe sit factum. M.I.C. d. except 23 repl. 2. Accedit Vill. T. 24. cum sequente. Iul. Clar. d. q. 56. vers. est etiam alius. Huius duplicatio est: Nisi duo testes non adfuerint. Viu. lib. 1. testis §. à pari. & Iul. Clar. d q. 56. vers. vlt. Plures duplicationes vide d. vers. est etiam alius, cum sequentibus. Tertia replicatio est: Nisi apud acta seu coram iudice factum sit testamẽtum. Viu. d. §. à pari. Quarta replicatio est: Nisi quis prius testamentum mutauerit, hæredibus qui etiam ab intestato successuri erant, scriptis: in hoc enim posteriore testamento quinque testes sufficiunt. M.I.C. d. except. 23. repl. 3. Controuertitur apud Gabriel. lib. 4. de testamentis, conclu. 7. Quinta replicatio est: Nisi intuitu pietatis pauper hæres sit institutus. Vill. T. 26. Sexta replicatio: Nisi pater inter liberos sit testatus. Villal. T. 27. Viu. lib. 1. testes septem, num. 8. cum sequente. item in verbo Testis, §. coram duobus. Septima replicatio: Nisi statuto vel consuetudine loci pauciores testes sufficiant. Villal. T. 28. Viu. lib. 1 statutum vel consuetudo. Huius duplicatio prima est quoad forensis testamentum, Vill. T. 29. Cui contradicit Viu. d. statutũ. ibi: ampliatur primò. Altera duplicatio est quoad bona extra territorium statuti sita. Quę tamen duplicatio reprobatur apud Viu. d. statutum. ibi: ampliatur secundò. Tertia duplicatio videtur: Nisi reuocetur testamentum, non confiscatur. Sed reprobatur

batur d.statutum.ibi: interpretatur tertiò. Quarta duplicatio est: Nisi extra territorium statuti testamentum sit confectum. d.statutum.ibi:limitatur secundò. Hæc de septima replicatione Octaua replicatio.Nisi hæredis fidei commissum sit.Vill.T.30. Nona replicatio: Nisi plures testes haberi non potuerint. Quæ replicatio reprobatur apud Viu. lib.1. testes septem,num.2. Decima replicatio:Nisi testamentum conditũ sit ad pias causas:in hoc enim duo testes sufficiunt. Viu d.testes septem,nu.7.De qua re vide item j.inter replicationes generales Vndecima replicatio:Nisi tabellione ad scribẽdum testamentum rogato connumerato, septenarius numerus sit completus. Viu.lib.1.testis.§. tabellio. Duodecima replicatio est quoad contractus in testamento initos: hi enim exceptione proposita non infirmantur. Viu.d.testis. §.contractus.vers. & isti contractus. Decimatertia replicatio: Nisi in terris Ecclesiæ testamentum sit factum: in hoc enim quatuor testes sufficiunt,vel duo cum parochiano: siquidem iure Pontificio exceptio proposita est mutata.M I. P.d reg.5 excep 5 Accedit Viu.lib.1.testes septem,nu 3 cum duob.sequentibus. Turz. opin. 44. Vill.T.23. Iul. Clar. in §. testamentum,quæst. 57. vbi de hac re copiosius agitur.Hæc de vicesimaprima exceptione. Vicesimasecunda exceptio: Nisi mulier testis testamento interuenerit. M I. C. d cap.7. except. 26. Accedit Villal. M.144. Viu. lib. 1. testis esse non potest,num.1. Iul.Clar.in §.testamentum,quæst.55.vers.& in primis. Huius replicatio prima est:Nisi pater inter liberos testatus sit. Iul. Clar. in d. §. testam. quæst. 8. vers. secundò infertur. Viu.lib.1.testes septem,num.10.idem eod. lib. 1. testis esse non potest,num.6. Idem eod.lib.in verbo Testis. §. coram duob.Iul.Clar.in §.testam q.8.vers.secundò infertur. Cuius duplicatio est:Nisi spurius filius hæres sit institutus. Viu. d. testis esse non potest, num. 7. Altera replicatio est: Nisi testamentum factum sit ad pias causas. Villal. M. 144. Viu.d testis esse non potest,num.4. Iul. Clar. in §. testam. q. 6.vers.tertiò infertur.Tertia replicatio est:Nisi in testamenmento militis mulier testis interuenerit.Iul.Clar.in §. testament.q.55.vers sed hic.Quarta replicatio est:Nisi in codicillis mulier testis interuenerit. Viu. d. testis esse non potest, num.3. Quinta replicatio est: Nisi probando testamento agatur: ad hoc enim mulier testis idonea est. Viu. d. test s esse,num.5.Planè exceptio proposita iure Pontificio videtur

mutata: quæ tamen mutatio est controuersa, & communiter reprobatur Viu. d. testis esse, num. 2. Iul. Clar. d. q. 55. versi sed quid si. Hæc de vicesimasecunda exceptione. Vicesimatertia exceptio: Nisi seruus testis interuenerit. M. I. C. d. cap. 7. except. 29. Cuius replicatio est: Nisi testamenti faciendi tempore liber existimabatur. M. I. C. d. except. 29. repl. 1. Accedit Iul. Clar. d. q. 55. in fine. Vicesimaquarta exceptio: Nisi monachus testis interuenerit testamento. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Iul. Clar. d. q. 55. vers. vlterius. Vicesimaquinta exceptio: Nisi infamis testis interuenerit. Cuius replicatio est: Nisi communi opinione non fuerit reputatus infamis. Iul. Cla. d. q. 55 in fine. Vicesimasexta exceptio: Nisi hæres scriptus testis interuenerit. M. I. C. d. cap. 7. excep. 37. Cuius replicatio est: Nisi monasterio hærede instituto, monachi eius testes interuenerint. Viu. lib. 2. testes monachi, nu. 1. Vicesimaseptima exceptio: Nisi filius testatoris vel hæredis scripti testis interuenerit. M. I. C. d. cap. 7. except. 38. & 41. Accedit Iul. Clar. d. q. 55. vers. sed nunquid filius. Vicesimaoctaua exceptio: Nisi legatarius vel fideicommissarius, coniunctáue ei persona testis in testamento interuenerit. Hæc exceptio reprobatur M. I. C. d. cap. 7. except. 39. Accedit Fichard. in addit. ad Vill. L. 55. item Vill. T. 31. Iul. Clar. in d. q. 55. vers. præterea quæro. Admittitur exceptio proposita, si testamentum non sit solenniter confectum, sed in testibus tantùm consistat. Vill. T. 3. & Iul. Clar. d. vers. præterea quæro, in fine. Vicesimanona exceptio: Nisi pater vel frater testatoris testis interuenerit. M. I. C. d. cap. 7. excep. 43. Accedit Gabriel lib. 1. de testibus, conclus. 14. nu. 15. & 19. Huius replicatio prima est: Nisi filiusfamiliàs miles de castrensi peculio testamentum fecerit M. I. C. d. except. 43. repl. 1. Accedit Gabriel. d. conclus. 14. nu. 18. Altera replicatio est: Nisi ab alio etiam, quàm à solo testatore, frater testis esset rogatus. Quæ replicatio est controuersa d. conclus. 14. nu. 17. Tricesima exceptio: Nisi cognatus testatoris testis interuenerit. Quæ exceptio reprobatur d. conclus. 14. num. 16. Tricesimaprima exceptio: Nisi testis testamento adhibitus non fuerit rogatus, sed casu interuenerit. M. I. C. d. cap. 7. except. 46. Accedit Viu. lib. 1. testes tam in testamento. Iul. Clar. in §. testam. q. 58. in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi testamentum inter liberos sit factum. Viu. lib. 1. testis esse non potest, nu. 6. Altera replicatio videtur: Nisi ad pias causas testamentum

sit

ſit factum. Quæ tamen reprobatur apud Viu. d. teſtes tam in teſtamento.ibi: ſequendo tamen. Tertia replicatio videtur: Niſi teſtamentum militis ſit. Quæ replicatio reprobatur apud Iul. Clar. d.q.58.verſ. item quæro quid. Quarta replicatio videtur: Niſi teſtamentum ſit nuncupatiuum. Sed reprobatur d. q. 58. verſ. & hæc quidem. Triceſima ſecunda exceptio: Niſi ab alio quàm à teſtatore, teſtes fuerint rogati. Quæ exceptio eſt controuerſa, magis tamen reprobatur d. q.58.verſ. ſcias tamen. Triceſima tertia exceptio: Niſi notarius nõ ſit rogatus. d.q 58 verſ. quod verò. Triceſima quarta exceptio: Niſi teſtes ipſum teſtatorem non viderint, vel non audiuerint. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q.59. Vill. V.49. Triceſima quinta exceptio: Niſi teſtator coactus teſtamentum fecerit. M.I.C.lib. 9.cap. 8. except. 50. Accedunt ea quæ habentur s̃.lib.prox. cap.10.reg 3. Triceſima ſexta exceptio: Niſi hæres non ſit palàm à teſtatore nuncupatus M.I.C.d. cap. 8.except. 53. Accedit Viu. lib.1. hæres quilibet. ibi: procedit quoque. Huius replicatio prima eſt: Niſi teſtator clauſum teſtamentum teſtibus propoſuerit. M I.C. d. except. 53. repl. 2. Accedit Iul. Clar. in §. teſtam.q.4. verſ. ſed pone.& q. 36.verſ. ſed qui ſi. Altera repl. eſt: Niſi teſtator à notario interrogatus, an velit (puta) Lucium Titium hæredẽ inſtituere, reſponderit Sic. Vill. T. 67. cum addit. Fichardi G b lib.4. de teſtamen. concluſ.2.nu.1 vbi Iaſon in contrariũ allegatur. Sed vna hirundo (vt s̃. dictum eſt) non facit ver: nec ſolus Iaſon ab aliis pluribus diſſentiens facit ius controuerſum. Controuertitur tamen etiam apud Iul. Clar. in §. teſtam.q. 37.verſ ſed quid ſi. Huius duplicatio prima eſt: Niſi teſtator non fuerit ſanæ mentis, vel non potuerit articulatè loqui. Vill.d. T. 67. cum addit. Gabriel. d. concluſ.2.nu.4. Viu. lib. 1. hæres quilibet. ibi: pocedit ſecundò. Altera duplicatio eſt: Niſi teſtator fuerit morti proximus. Fichard in d. addit. ad Vill. T. 67. & Gabriel. d. concluſ.2. num. 6. vbi Alexander in cõtrarium adducitur. Plures huiuſmodi duplicationes vide d. concluſ.2. item apud Viu d. hæres quilibet. Tertia propoſitæ exceptionis repl. eſt: Niſi relatio ſit facta ad aliud: puta, Quem codicilis hæredem ſcripſero, hæres mihi eſto. vel alio modo. M.I.C.lib.9. cap.9. exceptio.90 replic.3. Sed controuertitur hæc replic.& diſtinguitur apud Gabriel.lib.4.de teſtamentis. concluſ.11. Iul. Clar. in §. teſtam. q.36. verſ. ſed quid ſi.2. Quarta repl. eſt: Niſi teſtamẽtum ſit ad pias cauſas

ctum. Iul. Clar. in §. testam. q. 6. vers. quintò. Trigesimaseptima exceptio: Nisi oratio testamenti non sit perfecta. Hæc exceptio reprobatur M.I.C lib. 9. cap. 8. except. 59. Admittitur tamen, si culpa fuerit testatoris, non notarij. Vill. T. 65. Tricesimaoctaua exceptio: Nisi in testamento non sit scriptum, Testes esse rogatos, & ad hoc specialiter vocatos. Vill. N. 20. Cuius replicatio prima est in testamento ad pias causas confecto, Vill. N. 21 Altera replicatio est: Nisi testes subscripserint. Vill. N. 22. Viu. lib. 1. testes tam in testamento, vers. vlt Tricesimanona exceptio: Nisi in testamento adiecta sint hæc verba, Quòd testator velit testamentum valere iure codicillorũ, & non aliter. Quæ exceptio est controuersa apud Iul Clar. in §. testam. q. 4. vers. non omittam. Quadragesima exceptio: Nisi nutu factum sit testamentum Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. except. 36. Quadragesimaprima exceptio: Nisi duo in eadem charta testati sint. Quæ exceptio reprobatur apud Fichard. in addit. ad Vill. C. 99 Iul. Clar. in §. testam. quæst. 60. Quadragesimasecunda exceptio: Nisi testamentum in scriptura, subscriptione vel signaculis habeat defectum. M.I.C. lib. 9. cap. 9. Cuius replicatio est, quòd quamuis testamentum in scriptis factum non valeat vt testamentum scriptum, valet tamen vt nuncupatiuum Vill. T. 21. Controuertitur tamen & distinguitur hæc replicatio apud Iul. Clar. in §. testa. quæst. 4. vers. sed quæro.

## DE HÆREDVM INSTITVTIONE.

Quadragesimatertia exceptio: Nisi testamentum non habeat hæredis institutionem. M. I. C. lib. 9. cap. 10. except. 81. Accedit Iul Clar. in § testam. q. 35. vers. in primis. Cuius replicatio prima est: Nisi verbum Lego vel Relinquo adiiciatur vniuersitati bonorum Vill I. 70. Contradicit Fichard. in addit ad Vill. L. 9. Distinguitur apud Viu. lib. 1. verbum Relinquo. Vide item J. de verb. signif. item J. cap. 8. reg. 6. excep. 17. repl. 1. dupl 1 cum sequentibus. Altera replicatio est: Nisi substitutio facta sit sub hac conditione, Si ille (puta Titius) hæres non erit: hæc enim conditio continet tacitam institutionem. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. d. vers. in primis, cum sequente. Quadragesimaquarta exceptio: Nisi deportatus hæres sit institutus. M. I. C. d. cap. 10. except. 83. Accedit Vill. D. 62. Iul. Clar. in §. testa. quæst. 22. vers. si autem quæris. Quadragesimaquinta exceptio:

ptio: Nisi excõmunicatus sit hæres institutus. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.E.111. Viu.lib. 2.excõmunicatus non potest, num 6. Vide insuper j. cap 9.reg.8. exceptio.7. Quadragesimasexta exceptio: Nisi filius naturalis vel spurius hæres sit institutus. M.I.C. d. cap.10. except. 84. Cuius replicatio prima est: Nisi sub conditione hac, Si fuerit legitimatus: hæres institutus sit. Vill.I.69. Iul. Clar. in §. testam. q. 31.vers.sed quæro. Altera replicatio est: Nisi non à patre, sed ab extraneo hæres sit institutus. Iul Clar.d.q 31.vers.regulariter quidem. Cuius duplicatio videtur: Nisi ab eo qui patris spurij hæres fuit, spurius sit hæres institutus. Quę tamen duplicatio reprobatur sub conditione d.q.31.vers.7. sed pone. & apud eundem §. fin. q. 79. vers. quando hæres ibi: scias tamen. Plures huiusmodi replicationes vide s̃.lib. prox.cap.11.regula.23 Quadragesimaseptima exceptio Nisi nepos ex filio naturali hæres sit institutus. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̃. d.reg. 23. except. 3. Accedit Vill. N. 6. cum tribus sequentibus. vbi etiam distinguitur. Sed & distinguitur apud Gabriel.lib.4. de hæredibus instituend.conclus.3.Iul.Clar. in §.testa.q.32. Quadragesimaoctaua exceptio: Nisi mulier propinquos suos, quorum consensus in eius testamento requiritur, hæredes instituerit. Vill.M. 136. Quadragesimanona exceptio: Nisi is qui testamentum facere non potest, hæres sit institutus Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d. cap 10 exceptio. 87. Accedit Iul.Clar.in §.testamentum,q.34. vers.item quæro.vbi etiam distinguitur. Quinquagesima exceptio: Nisi incertus hæres sit institutus. M. I. C. d. cap. 10. except. 90. Accedit Iul. Clar.in d.§.testam.q. 36. in prin.Huius replicatio prima est: Nisi relatio sit facta ad aliam scripturam. M. I. C. d. except. 90.replic.3. De qua vide s̃.excep.36. replic. 3. Altera replicatio est: Nisi ad pias causas testamentum sit factum. De hac re vide j̃. except. 54. Quinquagesimaprima exceptio: Nisi fratres mendicantes hæredes sint instituti. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 4. de hæred. instit. conclus. 1. De qua re vide item j̃. cap.9. reg.8. except. 3. Quinquagesimasecunda exceptio: Nisi ex certa re vel parte hæres sit institutus. Reprobatur M. I C. d. cap. 10. except. 1‹6. Qualis autem sit hæc institutio in re certa facta, differitur apud Villal. I. 63. 65.& 66. Quinquagesima tertia except: Nisi filia in dote sit hæres instituta. Quæ exce-

ptio reprobatur apud Turz. opin. 38. Vill. P. 36. Controuertitur apud Iul. Clar. in §. testamen. q. 44. Quinquagesima quarta exceptio: Nisi quis ita scripserit hæredem: Ex qua parte Titius me scripserit hæredem, ex ea parte mihi hæres esto. vel nisi captatoria sit institutio M. I.C. d. cap. 10. except. 108. Cuius replicatio prima est: Nisi ad pias causas factum sit testamentum. Vill. C. 22. Iul. Clar. in §. testam. q. 6. vers. quartò infertur. Soarez C. 9. cum tribus sequentibus. Controuertitur tamen & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de pia causa, conclus. 3. Altera replicatio est: Nisi statuto vel consuetudine istiusmodi institutio approbetur. Viu. lib. 2. statuto vel consuetudine. Quinquagesimaquinta except. Nisi error vel falsa demonstratio in institutione hæredis interuenerit. M. I. C. d. cap. 10. except. 109 Huius exemplum est, si testator aliquem scripserit hæredẽ tanquam filium vel cognatum suum, qui filius vel cognatus ipsius non sit. Vill. H. 17. & T. 43. Quinquagesimasexta exceptio: Nisi suus hæres sub conditione sit institutus. M. I. C. d. cap. 10. excep. 117. Accedit Vill. T. 36. Iul. Clar. in §. testamentum q. 39. vers. aliqua verò est. Cuius replicatio prima est: Nisi sub cõditione quæ in eius est potestate, hæres sit institutus. M. I. C. d. except. 117. replic. 1. Accedit Vill. T. 64. Iul. Clar. d. q. 39. in prin. Declaratur replicatio hæc definitione conditionis potestatiuæ M. I. C. d. repl. 1. Accedit Iul Clar. d. q 39. in prin. Huius dupl. est: Nisi mixta sit conditio. Vill. I. 68. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi posthumus hæres institutus sit sub hac conditione, Si suus nascatur. Vill. I. 69. Tertia replicatio est: Nisi alius suus hæres quàm filius, sub conditione sit institutus. M. I. C. d. except. 117. repl. 6. Huius duplicatio est in nepote suo hærede, Vill. N. 4. Iul. Clar. d. q. 39. vers. & hæc concl. Quarta replicatio est: Nisi suus hæres legitimam consequatur. Villal. I. 68. ibi: restringe. Quinta replicatio est: Nisi in casum deficientis cõditionis nominatim sit exhæredatus filius. M. I. C. d. except. 117. repl. 9. Accedit Villal. F. 120. Sexta replicatio est: Nisi per suum hæredẽ steterit, quo minus conditio sit impleta. Quæ replicatio reprobatur apud Vill. I. 68. ibi: & si stetit per eum. Septimæ replicationis loco notandum, quòd iure præterito testamentum videatur valere. exceptione proposita non obstante. Quæ tamen replicatio est controuersa apud Iul. Clar. in §. testam. quæstione 43. in prin. Sed & iure nouo exceptio proposita videtur

mutata

mutata: cum omne grauamen, quod institutioni filij adiicitur, hodie pro non adiecto habeatur. Quæ mutatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Iul. Clar. d. quæst. 39. versi. sed quæro. De qua mutatione vide plura j. cap. 8. reg. 6. except. 17. repl 4 in fine. Hæc de 56. exceptione. Quinquagesimaseptima exceptio: Nisi ad interrogationem hæredis vel notarij institutio sit facta. De hac exceptione dictum s. except. 36. replic. 2.

## DE SVBSTITVTIONE.

Sequuntur nunc exceptiones aduersus substitutionem. Quo loco sciendum, varias esse substitutionis species. M.I.C. lib. 9. cap. 11. in prin. Quibus accedit compendiosa substitutio, quæ definitur apud Vill. S. 150. & 152. Item fideicommissaria: quæ tamen impropriè dicitur substitutio. Villal. B. num. vltim. in fine. item F. 45. Cuius nota præscribitur apud Vill. S. 144. Quinquagesima octaua exceptio: Nisi institutus hæres existat: hoc enim casu substitutio deficit. M I. C. d. c. 11. excep. 131. Cuius replicatio prima est: Nisi cum impuberi substitutio facta esset, Si is hæres non erit: is hæres extiterit, sed intra pubertatem decesserit. hoc enim casu nihilominus substitutus hæres erit. M.I.C. lib. 9. cap. 12. excep. 165. replic. 1. Accedit Vill. S. 134. T. 68. Huius duplicatio prima est. Nisi impubes & alius diuersę ætatis vel conditionis, cui pupillariter substitui non potest, inuicem substituantur: hoc enim casu substitutio in vtrunque casum facta non intelligitur. M.I.C. d. replic. 1. dupl. 1. & d. cap. 12 except. 160. Accedit Vill. D. 5. ibi: ratio cohæredis. S. 130. & 145. item T. 68. Altera duplicatio est: Nisi impubes & alius institutus sit hæres, & ambobus substitutio facta, Si instituti hæredes non erunt: hoc enim casu conditio hæc etiam quoad impuberem non trahitur ad vtrunque casum. M.I.C. d. repl. 1. dupl. 2. Huius triplicatio est: Nisi miles impares instituerit hæredes, voluerit que in vtrunque casum impuberi substitutum esse. Vil. M. 112. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm duobus substitutio facta esset, Si hæredes non erunt: vnus ex iis hæres non sit. hoc enim casu videtur, quamuis alter hæres existat, substitutum tamen pro parte esse admittendum. Sed hæc replicatio reprobatur M.I C. d. cap. 11. except. 135. Accedit Vill. S. 129. Planè admittitur replicatio proposita in substitutione fideicõmissaria,

missaria, Vill.S.143. Plura de hac replicatione vide J.except. 60 item J.cap.5.reg.4. Quinquagesimanona exceptio: Nisi alius per institutum hæres existat: puta pater vel dominus. hoc enim casu, quamuis institutus ipse hæres non existat, euanescit tamen substitutio. M.I.C d.cap.11.except.134. De qua re vide item J cap.10. reg 26. except 2. Sexagesima exceptio: Nisi quis duobus substitutus sit sub hac conditione, Si decesserint, vel hæredes non extiterint. hoc enim casu vno superstite vel hærede existente, substitutio deficit, quamuis alter decesserit vel hæres non extiterit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt paulò superius except. 58. replic 2. Sed & approbatur & distinguitur apud Turz. opin.163. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4. de substitut.conclus.3. & 4. Plura de hac exceptione vide J. cap.10.reg. 17.except.2. Sexagesimaprima exceptio: Nisi ei cui substitutio facta est, postea nascantur liberi: nam & hoc casu deficit substitutio M.I.C. d.cap.11. except.142. Accedit Gabriel.lib.4.de fideicom. conclus.2. vbi etiam plures replicationes congeruntur. Sexagesimasecunda exceptio: Nisi substitutus ante delatam sibi hæreditatem decesserit. Quæ exceptio approbatur M.I.C. lib.9. cap.20.reg.1.except.1. Accedit Turz reg.2. Vill.S.147. cum sequente. vbi etiam replicatur. Sed & plures replicationes vide J.cap.5. regu.1. except.1. replic.1. cum sequentibus. Sexagesimatertia exceptio: Nisi cum inter duos reciproca substitutio facta esset, in vnius persona substitutio irrita sit facta: tunc enim infirmatur etiam quoad alterum. Vill.S.130. Sexagesimaquarta exceptio: Nisi ei qui non est in potestate testatoris, pupillariter sit substitutum. M.I.C. lib.9.cap.12.except.143. Accedit Villal.F.160. Sexagesimaquinta exceptio: Nisi nepoti vel pronepoti suo, qui post mortem testatoris in patris potestatem recasurus est, auus pupillariter substituerit. M.I.C.d.cap.12 except 145. Quæ exceptio hodie dicitur mutata apud Vill A 165 Sexagesimasexta exceptio: Nisi is cui pupillariter substitutum est, in legitima tantùm hæres sit institutus. Quæ exceptio reprobatur apud Villal.S.132. Sexagesimaseptima exceptio: Nisi præterito pupillariter sit substitutum. M.I.C. d.cap.12. except.147. Cuius replicatio est: Nisi auus nepoti præterito ex filio emancipato pupillariter substituerit Vill.A.165. Soarez A.296. Sexagesimaoctaua exceptio: Nisi substitutio pupillaris fuerit fideicommissaria, non directa. Villal.S 132 ibi: substitue

substituere vniuersaliter. Sexagesimanona exceptio: Nisi vltra decimumquartum annum pupillaris substitutio sit facta. M.I.C. d.cap.12. except.156. Cuius replicatio prima est, quòd nihilominus vsque ad decimumquartum annum valeat substitutio vltrà facta. M I.C. d.except.156.replic.1. Accedit Vill. S.133. Altera replicatio est, quòd dicta pupilllaris substitutio post pubertatem valeat iure fideicommissi. Vill. S.133. & 135. cum duobus sequentibus Turz.opin.49. Viu.lib. 1.substitutio compendiosa. Septuagesimaseptima exceptio: Nisi in codicillis pupillaris substitutio facta sit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Viu.lib.1.legitima non debetur, num.9. Septuagesimaprima exceptio: Ni is cui pupillariter substitutum est, viuo testatore decesserit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.cap.12.except.168. Admittitur in impubere arrogato decedente ante arrogatorem, Vill.S.131.

## DE PRÆTERITIONE LIBERORUM & parentum.

Septuagesimasecunda exceptio: Nisi testator liberos vel parentes suos in testamento præterierit. M I.C. lib 9 cap 13. except.177. Accedit Turz opin.59. & opi.114 in princ. Vill.T. 35.& 37. Viu.libr.1.filij sunt, num.1. item in verbo Filius.§.institutio, num.1. cum quinque sequentibus. Idem lib.eodem, statutum excludens fœminas.§.institutio patris, in prin.Iul. Clar.in §.testam.quæst.42.in princ. & q.48. Huius replicatio prima est: Nisi filius præteritus non fuerit in potestate testatoris, sed emancipatus. Reprobatur certo modo M.I.C. d. except.177.repl.1. Accedit Iul.Clar.in §.testam.quæst.40.vers. item quæro.& q.41.versic. & hæc quidem. Altera replicatio est: Nisi fœmini sexus liberi vel nepotes & cæteri descendentes præteriti sint. Quæ replicatio approbata iure antiquo, reprobatur iure nouo, M I.C. d. except.177. replic.4. Accedit Iul.Clar.d.quæst. 42. versi. item quæro. Teria replicatio est: Nisi præterito per statutum legitima denegetur. De hac replicatione vide j.cap.8.reg.6.excep.12. Quarta replicatio est: Nisi illegitimi liberi præteriti sint. M.I.C.lib.11. cap 4.q.2.except.11. Accedit Iul.Clar.d.q.41.versic.sed quid in filiis. Cuius duplicatio est: Nisi sint legitimati. Iul.Clar. in §.testa.quæst.84. Quinta replicatio videtur: Nisi filia dotata statuto existentibus masculis exclusa, præterita sit. Quæ replicatio controuertitur j. cap.8. reg.6. exceptio.5.replic.1. Admitti

Admittitur, si vltra dotem in quinque solidis instituta sit Vill.F.138. Sexta replicatio est: Nisi præteritus præteritioni consenserit. Viu.lib.1.filij sunt,num.4.Iul.Clar.in §.testamentum, quæst.43.vers sed quid si filius,cum sequente.vbi etiam duplicatur. Septima replicatio videtur: Nisi filius matrem, vel per maternam lineam ascendentes præterierit. Quæ replicatio reprobatur sub conditione apud Iul.Clar.in §.testamentum,q.49. Octaua replicatio est: Nisi mater, auus maternus, vel cæteri per lineam maternam ascendentes liberos suos ex filiabus descendentes præterierint. M.I.C. d.excep. 177.repl.13.Contradicit Iul.Clar.in §.testam.quæst.47.in prin. Admittitur primùm, si causa præteritionis sit inserta. d.q. 47.versi.hanc tamen. Deinde admittitur, si clausula codicillaris in testamento sit adiecta: hoc enim casu hæredes ab intestato censentur grauati.Vill.T. 40. Nona replicatio est: Nisi præteritus ex re vel minima sit institutus. Vill.F.138. Decima replicatio videtur: Nisi causa præteritionis sit adiecta. Sed reprobatur apud Iul. Clar.in § testam q.42.versi. & hæc quidem, in fine.& quæst.48.in princ.ibi: si autem pater. Planè admittitur hæc replicatio primùm quidem in præterito à matre, auo materno, & similibus per matrem ascendentibus. de quo dictum paulo superius replic.8.distinct.1. Deinde admittitur in matre præterita, causa præteritionis adiecta.Iul.Clar.in §.testa. quæst.49. Tertiò admittitur, si pater sit præteritus, à filio emancipato, causa adiecta. Iul. Clar.d. quæst.48.versi.1.ibi: si verò sit præteritus. Quartò admittitur in milite prætereunte liberos suos. De qua re vide j.replic.prox.duplic.1. Vndecima replicatio est: Nisi miles liberos suos præterierit. M.I.C.d except.177.repl.14. Cuius duplicatio est: Nisi miles non adiecta causa filium præterierit. Iul.Clar.in §.testa.q.15 vers.sed quæro,in fine.item q.42.vers. bene verum. Planè exceptio proposita hodie dicitur sublata, j.cap.8.reg.6. exceptio.1. Duodecima replicatio videtur: Nisi pater præteriens ignorauerit se filium habere. Sed reprobatur M.I.C. d.except.177.repl.17. Accedit Vill.T. 46.in addit. Admitti videtur replicatio hæc, si generaliter instituit filios suos. Sed & hæc distinctio reprobatur apud Villal. T.38. Decimatertia replicatio videtur: Nisi præteriti alio modo præter institutionem vel exhæredationem mentio sit facta. Sed reprobatur apud Iul.Clar. in §.testa.quæst. 42. in prin. Reprobatur item, si legata illi sint relicta. Villal. T.35.

T.35. Item si legitima illi sit relicta. Vill.T.35.in addit. Decimaquarta replicatio videtur: Nisi præterito substitutio sit facta, si is hæres non esset. per hanc enim conditionem institutus videtur. Sed hæc replicatio reprobatur apud Iuliũ. Clar.d.§.testam.quæst.35.versi. in primis.ibi: aut verò iste. & versic.vlt. Decimaquinta replicatio est: Nisi præteritus bonis paternis se abstineat, nec contra tabulas bonorum possessionem petat. M.I.C. d.except. 177.replic.18. Contradicit Turz.opin.59.in prin.ibi: licet filius.Iul.Clar.in §.testa.q. 43.versic.successiuè.& versic.vlt. Controuertitur replicatio proposits & distinguitur apud Vill.T.44.cum addit.Fichard. Sed & distinguitur apud Turz.opin.114. Decimasexta replicatio est: Nisi præteritus intra annum testamentum non dixerit nullum. Quæ replicatio controuertitur, & magis reprobatur apud Vill.F.137. in addit. Decimaseptima replicatio est: Nisi clausula codicillaris in testamento sit adiecta: tunc enim iure fideicommissi ex eo testamento hæreditas peti potest. Gabriel.libr.4. de testam.conclus.5.num.8.Turz. opin. 59. ibi: si tamen.& opinio. 114. ibi: limitatur secundò. Vill.T,46.cum addit. Viu.lib.1.filius.§.institutio parentum, num.9. Controuertitur tamen & distinguitur apud Gabriel. de quo j̃.cap.prox. replic. 10. duplic. 2.& 3. Decimæoctauæ replicationis loco notandum, quòd legata & fideicommissa nihilominus ex eo testamento, quod ob præteritionem nullum est, peti possint. M.I.C. lib.12.cap.6. except. 85. replic.5. Accedit Vill.T.45.& 50. De qua re vide plura j̃. cap.9.reg.8. except.16.replic.3. Decimænonæ replicationis loco notandum, quòd etiam substitutio pupillaris & exemplaris nihilominus valeat. Villal.T. 49. Vicesima triplicatio est: Nisi is qui parentes præteriit, descendentes habeat quos instituit. Viu. lib.1.in verbo Filius.§.institutio parentum. ibi: limitatur præfata.

## DE EXHÆREDATIONE liberorum & parentum.

Sequuntur nunc exceptiones aduersus exhæredationem. Septuagesimatertia exceptio: Nisi ante hæredis institutionem exhæredatio sit scripta. Sed reprobatur M.I.C.libr.9. cap.14. except.179. Accedit Vill.E.141. Septuagesimaquarta exceptio: Nisi ab vno gradu; non omnibus facta sit exhæredatio. M.I.C. d.cap.14.exceptio.182. Cuius replicatio est: Nisi

Nisi post omnes hæredum institutiones exhæredatio sit facta. M I.C. d.except.182.replic.1. Accedit Vill.E.140.cum sequente. Septuagesimaquinta exceptio: Nisi filius posthumus sit exhæredatus. Iul. Clar.in §.testam.quæst.41.versi.vlt Septuagesimasexta exceptio: Nisi sine iusta causa facta sit exhæredatio. M I C. d.cap.14. except.185. Accedit Iul.Clar. in §.testa.quæst.40.versi.aliquando verò.& quæst.48.in prin. Declaratur exceptio proposita enumeratione iustarum causarum exhæredationis, M.I.C. d.exceptio. 185. Accedit Iul. Clar.d.§.testam.quæst.41. in prin. Quibus tamen connumerantur plures aliæ, de quibus vide j.except.prox. Septuagesimaseptima exceptio : Nisi causa exhæredationis non reperiatur Nouell.115.approbata. M.I.C. d.cap.14. except.188. Cuius replicatio prima est: Nisi alia causa illis ibidem enumeratis par sit vel maior. Iul. Clar.d. q. 41. vers. sed quæro. Fichard. in addit.ad Vill. E.143. Viu. lib. 1. filius vltra, num. 1. Altera replicatio est: Nisi iniuria verbalis causa sit exhæredationis. Vill.E.142. item L. 61. Iul. Clar.d.q. 41. vers. sed an. Tertia replicatio est: Nisi ob id quòd sine consensu testatoris nuptias contraxerit, exhæredatio sit facta. Vill. M. 38. in addit. Iul. Clar. d. q. 41. vers. sed quid si vbi etiam duplicatur. Quarta replicatio est : Nisi filia, quòd turpiter vixerit, exhæredata sit. M. I. C.lib.11.cap.4.q.1. except.20. Accedit Viu.lib.1.filia quæ peccauit. Cuius duplicatio est: Nisi ad meliorem vitam redierit. Viu. d. filia quæ.ibi: tamen hoc fallit Quinta replicatio est: Nisi mater ob id filium exhæredauerit, ne res hæreditarias pater profundat. Iul. Clar. d.quæst.41 vers.quæro etiam. Sexta replicatio videtur : Nisi ob id fuerit exhæredatus filius, quòd aduersus dominum patris feloniam commiserit. Quæ replicatio reprobatur apud Iul. Clar. d.quæst.41.vers.item quæro. Septuagesimaoctaua exceptio: Nisi causa exhæredationis in testamento non sit specialiter expressa. M. I. C. d.cap.14.except. 186. Accesiit Iul. Clar. in §. testamen. quæst. 40. vers. aliquando enim. Septuagesimanona exceptio : Nisi hæres scriptus causam exhæredationis testamento adiectam non probauerit. M I. C. d.cap.14.except.187 Accedit Viu lib.1.filius exhæredatus. ibi : & hic occurrit. Iul. Clar.d.quæst.40.vers. aut talis causa inserta. Cuius replicatio est, quòd hoc casu testamentum ipso iure valeat, quamuis causa non sit probata : licet per inofficiosi querelam possit impugnari. Iul. Clar.

Clar. d.verſ.aut talis.ibi: hoc tamen quod dixi. item d.§ teſtam. quæſt. 48. verſ. 1.ibi:ſi verò eſt adiecta. Octuageſima exceptio: Niſi exhæredatus poſt commiſſam cauſam, ex qua exhæredari meruit, furioſus ſit factus. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Iul. Clar. in §. teſtam. q.41.verſ.ſed pone. Viu.lib.1.filius furioſus. Octuageſimaprima exceptio: Niſi exhæredatus poſt commiſſam cauſam, ob quam exhæredari meruit, pœnitentiam egerit, vel eius viuo teſtatore pœnituerit. Iul.Clar.d.q.41.verſ.prætera quæro. Vill.E.143. Plures huiuſmodi exceptiones vide j.cap.6.poſt.reg.13.except.1.repl.1.cum ſequentibus:& cap.8.reg.6.

## *DE REPLICATIONIBVS. præcedentium exceptionum generalibus. CAP. III.*

HActenus prioris generis exceptiones aduerſus teſtamenta, deſumptæ ex iis quæ teſtamenti factioni inſunt, enumeratæ ſunt: quarum nonnullæ ſuperſunt replicationes generales ſiue communes, quas in hoc capite ſeparatim proponemus. Harum prima eſt: Niſi parentes inter liberos teſtati ſint: horum enim teſtamenta ob omiſſam iuris ſolennitatem non vitiantur. M.I.C.lib. 9. cap.15.repl.1. Accedit Vill. T. 27. Viu.lib.1.teſtamentum.verſ.ſed hoc non procederet. Iul. Clar. in §.teſtam. q. 7.in prin.ibi:nec quicquam facit. & q. 14.in prin. Huius replicationis duplicatio prima eſt quoad extraneam perſonam, cui quid in eo teſtamento minus ſolenni relictũ eſt.hoc enim non valet: quamuis quoad liberos teſtatoris, teſtamentum valeat. M.I.C.d. repl.1.dupl.1. Accedit Iul. Clar.in §. teſtam. quæſt.10.in prin. Altera duplicatio eſt: Niſi parens tempus liberorum nomina, & vnciarum quantitatem ſua manu non ſcripſerit. M.I. C.d.repl.1.dupl.4. Accedit Iul. Clar.in §.teſtam.q.14.verſ.ſed nunquid. Tertia duplicatio eſt: Niſi parens à priore diſpoſitione recedens, aliam faciat: hæc enim poſterior diſpoſitio ſolenniter fieri debet: alioquin non valet.M.I.C.d.repl. 1. dupl. 6. Hæc tamen duplicatio controuertitur apud Gabriel.lib.4.de teſtamentis,concluſ.7.Vide item de hac dupl. j.cap.prox.except.11.repl.1.duplic.3. Quarta duplicatio eſt: Niſi liberi inæqualiter ſint inſtituti. Quæ duplicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib.4.de teſtamentis,concluſ.

tis,concl 6.Iul.Clar.in §.testamen.q.14.vers. sed quæro nunquid. Quinta duplicatio est: Nisi cum testator voluisset notarium adhibere,antequam is adueniret, testator mortuus sit. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d.lib. 4. de testamentis, conclus. 9. Sexta duplicatio videtur: Nisi voluntas testatoris coram testibus nō sit lecta nec publicata. Quæ duplicatio reprobatur apud Gabriel.d. conclus.9.num.9.11.& 12. Septima duplicatio est: Nisi testamētum ratione voluntatis sit imperfectum. Gabriel.d. conclus.9. nu.1. Iul. Clar.in § testam.q.9.Viu.lib.1.testamentum. vers. imò testamentum. Plures huiusmodi duplicationes vide apud Iul.Clar.in d.§.testam.q.8.vsque ad q.15. Planè istarum duplicationum triplicatio generalis hæc videtur: Nisi in testamento adiecta sit clausula hæc, Valeat vt valere potest. Quæ tamen triplicatio reprobatur apud Vill.T.39.Hæc de prima replicatione generali.

II. Replicatio generalis est: Nisi rusticus, vel alius imperitus,testamentum fecerit. M.I.C.d.cap.15.repl.2. Accedit Iul.Clar.in § testam.q.56.vers. sed quid in testamentis. Huius duplicatio prima est: Nisi septem testes testamento non sint adhibiti M I.C.d.repl.2.dupl.2. Contradicit Iul.Clar.d. vers.sed quid in testam. Altera duplicatio est: Nisi rusticus in ciuitate testetur. Iul. Clar.d.q.56.vers.scias tamen.

III. Replicatio:Nisi is qui religionem ingreditur testamentum fecerit.Iul.Clar.in § testam.q.28.vers.in primis.ibi: quinimò. item quæst.38.vers.item quæro.

IIII. Replicatio: Nisi speciali priuilegio loci iuris obseruatio sit remissa. Accedunt ea quæ habentur s.cap. prox. except. 21.repl. 7. Duplicationis loco notandum, quòd hæc remissio, quæ fit in testamentis,non extendatur ad codicillos & mortis causa donationem. Fichard.in addit. 2.ad Vill. S.73. Idem in addit. 2.ad Vill. T.108. Viu.lib.1. statutum vel consuetudo.ibi: fallit primùm.

V. Replicatio: Nisi solennitas,contra quam testamentum factum est, non iure communi,sed statuto vel consuetudine sit introducta. Quæ replicatio reprobatur Vill.T.56.Fichar. in addit.ad Vill S.113. Viu.lib.1.statutum vel consuetudo. ibi: & sic manifeste apparet.

VI. Replicatio: Nisi pro diuersitate locorum alia atque alia sit testandi ratio; Hoc enim casu eius loci in quo testamentum factum est, testandi ratio spectanda,& non eius in

quo

quo res ſunt ſitæ. Quæ replicatio eſt controuerſa apud Vill. S. 105. T. 57. cum addit. Viu. lib. 1. ſtatutum vel cõſuetudo. ibi: ampliatur ſecundò. item ibi: limitatur ſecundò. Gabriel. li. 4. de teſtamentis, concluſ. 4. vbi etiam diſtinguitur. Plura de hac replicatione vide ſ. lib. 1. cap 2. except. 18.

VII. Replicatio: Niſi Princeps teſtatori liberam teſtandi facultatem conceſſerit. Quæ replicatio reprobatur M. I. C. d. cap. 15. repl. 4. Accedit Iul. Clar. in §. teſtam. q. 34. verſ. in propoſito. vbi etiam diſtinguitur.

VIII. Replicatio: Niſi ad pias cauſas teſtamentum factum ſit. Iul. Clar. in §. teſtam. q. 6. & 7. Gabriel. lib. 4. de teſtam. concluſ. 5. num. 4. Huius duplicatio eſt: Niſi defectus teſtamenti ſit in perſona teſtatoris. Iul. Clar. d. §. teſtam. q. 5. Plures duplicationes vide apud Iul. Clarum d. quæſt. 6. & 7. Item plura de replicatione propoſita vide ſ. cap. prox. except. 21. repl. 5. & replic. 10.

IX. Replicatio: Niſi teſtator cauerit, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. Quę replicatio reprobatur. M. I. C. d. cap. 15. replic. 6. Accedit Iul. Clar. in §. teſtam. quæſt. 61. verſ. quam tamen. & quæſt. 65.

X. Replicatio: Niſi clauſula codicillaris teſtamento ſit adiecta, vel vt valeat teſtamentum, quacunq; ratione valere poſſit. M. I. C. d. cap. 15. repl. 7. Accedit Vill. C. 67. cum addit. Fichardi. item Vill. T. 40. cum duob. ſequentibus. Gabriel. lib. 4. de teſtamentis, concluſ. 5. num. 7. & 9. Huius duplicatio prima eſt: Niſi teſtamentum parentis inter liberos non ſubſiſtat: hoc enim clauſula propoſita adiecta non ſuſtinetur. Vill. T. 39. Altera duplicatio eſt: Niſi ratione præteritionis teſtamentum nullum ſit: hoc enim clauſula illa non confirmatur. Quæ duplicatio reprobatur apud Gabriel. d. concl. 5. num. 8. Controuertitur & diſtinguitur apud eundem Gabriel. lib. 6. de clauſulis, concluſ. 7. & Iul. Clar. in §. teſtam. q. 46. Reprobatur item per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. except. 72. replic. 17. Tertia duplicatio eſt: Niſi poſthumi adgnatione teſtamentum rumpatur. Quæ duplicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 6. de clauſulis, concluſ. 8. & Iul. Clar. d. quæſt. 46. verſ. & hæc quidem, vſque ad quæſt. 47. Plura de replicatione propoſita vide § [illegible] 9. reg. 8. except. 16. repl. 2.

XI. Replicatio: Niſi teſtator in hoſtili loco teſt[illegible]tum fecerit. M. I. C. d. cap. 15. repl. 12. Accedit Iul. Clar. [illegible]

testam. quæst. 15. vers. vlt.

XII. Replicatio: Nisi ex iniusto testamento hæreditas, vel res hæreditaria possideatur: tunc enim per exceptionem retineri potest, cum naturalis obligatio subsit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. testamen. quæst. 90.

XIII. Replicatio est quoad forum conscientiæ, in quo etiam in iniusto testamento relicta soluenda sunt. Iul. Clar. d. quæst. 90. vers. secundò infertur.

XIIII. Replicatio: Nisi in iniusto testamento hęres scriptus sit, qui etiam ab intestato hęres esse possit. M.I.C. d. cap. 15. repl. 14. Accedit Gabriel. lib. 14. de testamentis, conclus. 5. num. 6. vbi tamen controuertitur.

XV. Replicatio: Nisi leuis solennitas sit omissa. Vill. T. 55.

XVI. Replicatio: Nisi vitium in tali actu sit, sine quo testamentum subsistere potest: hoc enim casu is solùm actus, in quo vitium est, non totum testamentum infirmatur. M.I.C. d. cap. 15. repl. 15. Accedit Viu. lib. 2. legatum est.

XVII. Replicatio: Nisi miles testamentum fecerit. M.I.C. lib. 9. c. 16. Cuius duplicatio prima est: Nisi pupillus miles testamentum fecerit. M.I.C. d. ca. 16. dupl. 1. Cui accedunt ea quæ habentur s. cap. prox. except. 3. repl. 1. Altera duplicatio est: Nisi extra tempus expeditionis vel extra castra miles testamentum fecerit. M.I.C. d. cap. 16. dupl. 20. Accedit Iul. Clar. in § testam. q. 15. vers. sed quæro. ibi: secundum verò. Huius triplicatio est: Nisi priuilegium testandi concernat personam ipsius militis: hoc enim durat etiam extra tempus expeditionis. d. vers. sed quæro, in prin.

XVIII. Replicatio videtur, quòd si non valeat iure testamenti, valeat saltem iure fideicommissi. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Gabriel. lib. 4. de testamen. conclus. 5. num. 1.

XIX. Replicatio: Nisi is cui testator in testamento reliquit, plurimum à testatore fuerit dilectus. Gabriel. d. conclus. 5. num. 2. Cuius duplicatio est quoad institutionem hæredis, d. conclus. 5. num. 3.

XX. Replicatio: Nisi iuramento interueniente testamentum sit factum. d. conclus. 5. num 10. Plura de replicationibus hactenus propositis, aliísque pluribus vide j. cap. 9. reg. 8. except. 16.

DE

## DE EXCEPTIONIBVS ADVERſus teſtamenta, deſumptis ex iis quæ teſtamenti factionem ſequuntur.

## CAP. IIII.

SEquitur poſterius genus exceptionum aduerſus teſtamenta earum ſcilicet quæ ſumuntur ex iis quæ teſtamenti factionem ſequuntur. Quarum prima eſt: Niſi teſtator poſt teſtamentum factum monachus ſit factus. Controuertitur & diſtinguitur apud Fichard in addit. 1. & 2. ad Vill. M. 114. Iul. Clar. in §. teſtam. q. 28. verſ. in primo. item verſ. ſed retenta, cum verſ. ſequente. Approbatur apud Vill. T. 53. Reprobatur apud Viu. lib. 2. teſtamentum, in prin. Secunda exceptio: Niſi teſtator mortuus reuixerit. Iul Clar in §. teſtam. q. 86. Tertia exceptio: Niſi hæres id egerit, quo hæreditate ſe reddidit indignum. M. I C. lib 9. cap. 17. except. 11. item lib. 10 cap. 9. except. 1. cum ſequentibus. item lib. 12. cap. 8. cauſa 15 cum ſequentibus. Cuius replicatio eſt quòd poſſeſſori hæreditatis exceptio propoſita non competit, ſi hæreditas ob indignitatẽ hæredis fiſco vindicanda eſſet. Vill. E. 117. Viu. lib. 1. exceptio. §. poſſidentes. Quarta exceptio: Niſi hæres iuſſa teſtatoris non fecerit. M. I. C. d. c. 17 except. 12. Accedit Iul. Clar. in §. teſtam. q. 69 in prin. cum verſ. ſequente. Huius replicatio eſt: Niſi cum intra certum tempus hæres aliquid facere iuſſus eſſet, ab adita hæreditate connumerando tempus illud nondum ſit finitum. Gabriel. lib. 2. de arbitris, concl. 2. nu. 10. Quinta exceptio: Niſi hæreditas ex teſtamento adita non ſit. M. I. C. d. c. 17. except. 19. Accedit Viu. lib. 1. hærede non adeunte, num. 1. Cuius replicatio eſt: Niſi hęres infans deceſſerit, non adita hæreditate. Viu. d. hærede non adeunte, num. 2 Plures huiuſmodi replicationes vide apud Viu. d. hęrede, in fine. Sed & de exceptione propoſita vide J. cap. 9. reg. 8. except. 30. Sexta exceptio: Niſi bonorum poſſeſſio ante aditam hęreditatem ſit accepta. Quę exceptio approbatur quoad iudicium teſtatoris, non quoad teſtamentum, Soarez B. 46. Septima exceptio: Niſi ſigna vel linum fuerint turbata, inciſa vel reſignata. M. I. C. d. cap. 17. except. 24. Accedit Iul. Clar. in §. teſtam. q. 93. in prin. Octaua exceptio: Niſi teſtamentum imperiali

rescripto sit rescissum. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. cap.17.except.27. Accedit Turz opin. 100.nu.2.cum sequente. Nona exceptio: Nisi contra statutum loci testamentum non fuerit insinuatum. Cuius replicatio est: Nisi testator insinuationem prohibuerit. Quæ replicatio reprobatur apud Viu.libro 2. statutum disponens quòd testamenta. Iul. Clar.in §.testam. quæst.65. Decima exceptio: Nisi testatori adnascatur posthumus. M. I. C.lib. 9.cap.18. except. 28. Declaratur definitione posthumi d. except. 28. Accedit Turz. opin.60.num.1.Huius replicatio prima est: Nisi posthumus natus sit sexto vel octauo mense. Iul.Cla.in §.testa q.45.vers. sed quid si iste,in prin. Altera replicatio est: Nisi partus immaturus editus sit, qui iudicio obstetricum non possit viuere. Iul. Clar. d.vers.sed quid si iste.ibi: sic etiam videmus. Tertia replicatio est: Nisi viuo testatore posthumus & natus & mortuus sit. M. I. C. d. except.28. repl. 9. Accedit Iul. Clar. d. q. 45. vers. sed pone. vbi subiungitur, ex huiusmodi testamento non posse adiri hæreditatem, sed tantùm bonorum possessionem peti. Quarta replicatio est: Nisi testamento adiecta sit clausula codicillaris. Vill. P. 190. & T. 42. Vndecima exceptio: Nisi testator postea aliud fecerit testamentum. M.I.C.lib.9.c.19.excep.33. Accedit Turz.reg33.Iul. Clar.in §.testam.q.94.in prin. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi posterius testamentum non sit perfectum. M.I.C. d.except.33.replic.1.Accedit Iul. Clar. in §.testamen. q. 91. vers.sed quæro. Huius duplicatio prima est: Nisi in posteriore testamento hæredes scripti sint ij. qui etiam ab intestato hæredes esse possunt. M. I. C. d. replic. 1. duplic. 2. Accedit Iul.Clar.in d.§.testamen.q.97.vers.vnus tamen. Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi in posteriore testamento filius sit præteritus. Iul. Clar. d. q. 97. vers. scias tamen. Altera triplicatio est, quòd ex posteriore testamento non debeatur hæreditas, sed ab intestato succedatur. Iul. Clar.d.q.97. vers. vlt. Altera duplicatio est: Nisi decem annos post prius factum testamentum testator vixerit: hoc enim casu per posterius etiam non perfectum rumpitur. M. I.C.d.repl.1.dupl.4. Accedit Iul. Clar. d.§. testam. q. 91. vers. bene verum, cum vers.sequente. Tertia duplicatio est: Nisi parens inter liberos testatus, illud suum testamentum minus solenne postea mutauerit. Quæ dupl. reprobatur M. I. C.d.replic.1.dupl.5.Accedit Iul.Clar.d.§.testam.q.98 in prin.

Admittitur,

Admittitur, si in posteriore testamento non extraneus, sed filij testatoris hæredes essent instituti. d. q. 98 vers. hoc tamẽ intellige, cum vers. sequente. De proposita duplicatione vide item s̃. cap. prox. repl. 1. dupl. 3. vbi apparet controuersa. Quarta duplicatio est: Nisi coram septem testibus prius testamentum reuocauerit. De qua re vide j̃. except. proxim. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis repl. est: Nisi posterius testamentum iniustum sit, ex quo hæres existere non possit. M. I. C. d. except. 33. replicat. 2. Cuius duplicatio est: Nisi ex post facto posterius testamentum possit conualescere. Quæ duplicatio est controuersa apud Iul. Clar. in §. testamen. q. 97. in prin. Tertia replicatio est: Nisi eodem tempore vtrunque testamentum sit factum. M. I. C. d. except. 33. replic. 10. Quo casu neutrum valet, nisi constet quod prius, & quod posterius sit. Vill. T. 60. cum adddit. & 61. Iul. Clar. in §. testam. q. 100. Quarta replicatio videtur: Nisi prius testamentum coram Imperatore sit factum, vel Imperatoris authoritate confirmatum Quæ tamen replicatio reprobatur apud Iul. Clar. in § testam. q. 94. vers. & hæc quidem. Quinta replic. videtur: Nisi ex posteriore testamento hæreditas adita non sit. Quæ replicatio reprobatur M. I. C. d. except. 33. replic. 17. Accedit Iul. Clar. in §. testam. q. 95. vers. dixi supra. Sexta replicatio videtur Nisi duobus in vna charta testamentum suum facientibus, alter postea sine altero suum mutauerit testamentum. Quæ replicatio reprobatur apud Fichar. in addit. B. ad Villal. G. 99. Septima replicatio est: Nisi in priore testamento sit clausula derogatoria, quæ posteriori testamento deroget. Quæ replicatio est controuersa apud Iul. Clar. in §. testam. q. 99. in prin. Cuius duplicatio prima est: Nisi in posteriore testamento similis sit clausula derogatoria his verbis concepta; Non obstante, &c. Vill. T. 58. Altera duplicatio est: Nisi posterius testamentum sit iuratum. Vill. T. 143. in addit. in fine. Quæ tamen duplicatio est controuersa apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, conclus. 4. num. 2. Tertia duplicatio est: Nisi constet testatorem voluntatem mutasse. Villal. T. 59. Plures huiusmodi duplicationes vide apud Iul. Clar. d q. 99. Octaua replicatio est quoad contractus & quasi contractus in testamento celebratos: hi enim reuocari non possunt. Quæ replicatio approbatur simul & exẽplis declaratur apud Viu. lib. 1. testis. §. contractus. De hac re vide item j̃. lib. prox c. 3.

reg.1.excep.23.Nona replicatio est: Nisi testator, postquam monachus factus est, aliud testamentum fecerit. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib.2.testamentum. Approbatur item & distinguitur apud Iul.Clar.in §.testamen. quæst.28.vers.vlt. Decima replicatio videtur: Nisi iusiurandum præstitum sit de non mutando testamento. Quæ replicatio reprobatur apud Villal. 143.cum addit. Controuertitur apud Gabriel.lib. 2. de iureiurando. conclus.1.num.8. Iul. Clar.in §.testamen.quæst. 94 vers. sed quid si, cum vers.sequente. Admittitur replicatio proposita, si in posteriore testamento reuocatio iuramenti non fuerit apposita Iul.Clar.d.quæst.94. vers.vlt. Vndecima replicatio videtur: Nisi in posteriore testamento non fiat mentio prioris. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Iul. Clar. in §. testamen. q. 99. in prin. Admittitur primùm, si prius testamentum cum iuramento sit factum. Iul.Clar.d.vers.vlt. Deinde admittitur, si prius testamentum habeat clausulam derogatoriam. Iul. Clar. d. quæst. 99. vbi etiam hæc distinctio subdistinguitur. Tertiò admittitur, si pater testamentum inter liberos factum reuocauerit. Quæ distinctio approbatur & subdistinguitur apud Iul. Clar. in §.testam.q.98. Hæc de vndecima exceptione. Duodecima exceptio: Nisi testator dixerit, se nolle testamentum valere. Hæc exceptio reprobatur M.I.C.d.cap.19.except.34. Accedit Villi. T.34. Admittitur, si coram septem testibus testamentum reuocauerit, & addiderit se mori velle ab intestato. Villal.d. T.34. & Iul. Clar.in §.testamen.quæst.92. Hæc de exceptionibus aduersus testamenta.

## *DE RELIQVO TESTAMENTORUM iure.* CAP. V.

### QVIBVS EX TESTAMENTO hæreditas competat?

PRima regula, De hæredibus hæredis instituti, vel ab intestato venientis defuncti. His regulariter eadem hæreditas debetur, quæ debebatur defuncto. M. I. C. lib.9. cap. 20.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi hæres institutus, vel substitutus, vel ab intestato veniens, ante aditã hæreditatem decesserit. M.I.C.d.reg.1.excep.1. Accedit Turz.reg.2. Viu.lib.1.

substitutus

substitutus moriens. Gabriel lib. 4. de hæredibus instit. conclus. 2. num. 1. cum sequente. Accedunt item ea quæ habentur s. cap. 2. reg 7 except. 62. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi liberi testatoris instituti ante aditam hæreditatem decesserint: hi enim nihilominus hæreditatem ad suos hæredes transmittunt. M. I. C. d. except. 1. replic. 1. Accedit Vill. B. 47. Viu. lib. 1. emancipationis. vers. & quod filij. Idem eod. lib. 1. hærede non adeunte, num. 2. Soarez B. 44. & sequente. vbi cõtrouertitur in prętoria successione. Huius replicationis duplicatio prima videtur: Nisi infans sit qui decedit. Sed reprobatur apud Fichar. in addit. 3. ad Vill. I. 31. Altera duplicatio est: Nisi liberi decedentes nõ fuerint in potestate testatoris, sed emancipati. M. I. C. d. repl. 1. dupl. 1. Accedit Vill. H. 35. Viu. lib. 1. emancipationis. Idem eodem lib. 1. hærede non adeunte, num. 2. Huius triplicatio est: Nisi decedens liberos suos, testatoris nepotes, hæredes relinquat M. I. C. d. dupl. 1. tripl. 2. Cuius quadruplicatio est: Nisi substitutus pendente substitutionis conditione decesserit. hic enim ne ad filios quidem hæreditatẽ ex substitutione transmittit, nisi aliud appareat ex coniectura ta mente testatoris. Vill. S. 148. Gabr. lib. 4. de hæredib. instit. concl. 2. nu. 10. vbi tamen controuertitur. Tertia duplicatio est: Nisi filius testatoris hæres institutus substitutum habeat. tunc enim eo ante aditam hæreditatẽ defuncto, substitutus vocatur. M. I. C. d. repl. 1. dupl. 2. Accedit Vill. S. 140. & 160. Quarta duplicatio est: Nisi filius hæres institutus, viuo testatore decesserit. M. I. C. d. repl. 1. dupl. 3. Accedit Viu. lib. 1. substitutus moriens. ib: amplia secundò. Quinta duplic. videtur: Nisi filius hæres institutus, & ante aditam hæreditatem decedens, cohæredem habeat. Quæ tamen duplicatio reprobatur apud Vill. D. 5. vers. datio cohæredis. Contradicit Viu. lib. 1. substitutus moriens. ibi: amplia istam. De qua re vide item j. reg. 11. except. 5. Sexta duplicatio videtur: Nisi filius hæres institutus extraneum hæredem relinquat. Quæ tamẽ duplicatio reprobatur apud Vill. H. 31. cum sequente. & Viu. lib. 1. hærede non adeunte, num. 2. Septima duplicatio videtur in ea portione, in qua filius decedens sororem suã ratione statuti excluderet: quòd eam nondum additam ad suos hæredes non transmittat. Quæ duplic. est controuersa, & magis reprobatur apud Viu. lib. 1. statutũ excludens fœminas. vers. vlt. Octaua duplic. est: Nisi primogenito hærede instituto, is

decesserit relictis liberis & fratre secundo genito. hoc enim casu frater liberos primogeniti ante aditam hęreditatē defuncti excludit. Quæ duplic. est controuersa apud Gabriel. lib. 4. de successione ab intestato, conclus. 3. cum duabus sequentibus. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi intra tempus deliberandi hæres decesserit. hoc enim casu nihilominus hæreditatem nondũ aditam ad suos hæredes transmittit. M. I. C. d. except. 1. repl. 2. Controuertitur magis tamen approbatur apud Soarez B. 44. & 45. Tertia replicatio est: Nisi pro sua parte adierit hæreditatem defunctus. tunc enim partem postea accrescentem nihilominus ad suos hæredes transmittit. M. I. C. d. except. 1. repl. 9. Cuius duplicatio est: Nisi ex substitutione accrescat: tũc enim substituti defuncti hæredibus non accrescit. M. I. C. d. repl. 9. dupl. 1. Accedit Vill. S. 157. Controuertitur apud Gabriel. lib. 4. de hæred. instit. conclus. 2. num. 14. & 48. Huius triplicatio est: Nisi ex pupillari substitutione accrescat. Turz. reg. 2. ibi: fallit tamen. Gabriel. d. conclus. 2. num. 14. cum num. 43. & duob. sequentibus. Cuius quadruplicationes vide d. conclus. 2. num. 46. cum sequentibus vsque ad finem. Quarta repl. est: Nisi hæres infans decesserit. hic enim hæreditatem nondum aditam ad suos hæredes transmittit. Quę repl. approbatur quidē in patre hærede, in cuius potestate infans fuit constitutus, M. I. C. d. excep. 1. repl. 11. Sed in genere approbari videtur in omnib. hæredibus apud Fichard. in addit. 3. ad Vill. I. 31. Quinta replicatio est: Nisi hæres defunctus fuerit minor vigintiquinque annis: tunc enim eius hæredibus per in integrũ restitutionem succuritur. Vil. H. 33. Sexta repl. est: Nisi clausula codicillaris in testamento sit adiecta. Vill. H. 34. Septima replicatio est: Nisi iusta causa impeditus defunctus hęreditatem non adierit. Vill. R. 43. cum sequente. Octaua repl. est in legitima, quę transmittitur ad quoscunq; hæredes, etiā si filius decedat pendente cōditione. Gabriel. lib. 4. de hæred instit. conclus. 2. num. 13. Nona replic. est: Nisi alia fuerit mens testatoris. Gabriel. d. conclus. 2. num. 15. cum sequente. Ex quibus autem talis mens testatoris sit coniicienda, d. concl. 2. num. 21. cum sequentibus vsque ad num. 41. Cuius duplicatio prima est: Nisi hæres defunctus non nostros, sed extraneos hæredes relinquat. Quæ duplicatio est controuersa d. conclus. 2. num. 17. cum sequente. Altera duplicatio.

plicatio est: Nisi mens testatoris non ex verbis testamenti, sed extra eius dispositionem coniiceretur. Quæ duplicatio est controuersa d.conclus.2.num.19.cum sequente.item nu.39.cum sequente. Decima replicatio, desumpta ex genere substitutionis, qua defunctus substitutus fuit, reprobatur d,conclus.2 num.12. Vndecima replicatio est: Nisi conditio sit adiecta fauore substituti. tunc enim quamuis substitutus decesserit pendente conditione,& sic ante aditam hæreditatem: tamen ius substitutionis ad suos hæredes transmittit. d.conclus.2.num.41. Duodecima replicatio est in substituto substituti, ad quem spes substitutionis transit, primo substituto pendente conditione defuncto.d.conclus.2.nu.42.Hæc de prima regula.

II. Regula: Posthumo hærede instituto, is propriè institutus censetur, qui post mortem patris nascitur. Tur.opin. 60.num.1.versi.idem Iason.

III. Regula: per hanc conditionem substitutionis, Si institutus sine filiis decesserit, filij censentur instituti,& ad hæreditatem vocari. Quæ regula controuertitur.magis tamen reprobatur apud Gabriel.lib.4.de fideicommissis,conclus.4. Iul.Clar.in §.testa.quæst.77.Vill.C.121.item F.116.cum duob. numeris & addit. sequentibus. Admittitur primùm, si filij in conditione positi sint grauati. Quæ distinctio controuertitur & subdistinguitur apud Iul.Clar.d.§.testam.quæst.78. Plures distinctiones & coniecturas, ex quibus filij in conditione positi præsumuntur vocati, enumerat Iul.Clar.in d.§. testament.quæst.79.

IIII. Regula: Duobus hæredibus institutis substitutus ita, si instituti hæredes non erunt, vel intra pubertatem decesserint: quamuis in vnius persona conditio substitutionis extiterit, si in altero defecerit, substitutus non admittitur, sed cohæredi accrescit. M.I.C. lib. 9.cap. 20.reg. 15.item lib. 14.cap.1.except.11. Controuertitur hæc regula & distinguitur apud Gabriel. libr.4. de substitut. conclus.1. Vide item de de regula proposita s.cap.2.regul.7. exceptio. 58. replic.2. & except.60.

V. Regula: Si vltimo morienti facta sit substitutio directa vel fideicommissaria: videtur facta substitutio reciproca inter institutos. Villal. F.46.S.153. cum sequente. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.conclus.1.

VI. Regula: Ex substitutione habente plures gradus, si

primus

deficit, admittitur secundus loco illius, & sic deinceps. Villalob.S.149.

VII. Regula: Titio hærede instituto, & post mortem eius vno ex filiis eius ipsi substituto, qui voluerit nomen familiæ testatoris & eius insignia habere: pluribus filiis Titij existentibus & habere volentibus, primogenito debetur hæreditas. Gabriel.lib.6.de legibus,concl.2.num.2.

VIII. Regula: Monacho hærede instituto, monasterio debetur hæreditas. Iul.Clar.in §.testa.quæst.30.

## QVID QVANTVMQVE HÆreditatis cuique ex testamento competat?

IX. Regula: Nullis partibus nominatis, plures hæredes instituti ex æquis partibus hæredes sunt. M.I.C. libr.9.cap.21.regu.2. Cuius exceptio videtur: Nisi pater & eius filij hæredes instituti sint: hoc enim casu filij non cum patre, sed deficiente patre ad hæreditatem vocati censentur. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Villal.I.71. cum addit. T.75.& Fichard.in addit.ad Villal F.561.Iul.Clar.in §.testam.q.80.versi.hoc præmisso.2. Contradicere videtur Villal. T.69. & 73. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si non solùm ordo charitatis interuenerit, sed etiam necessitas instituendi patrem & filios: hoc enim casu vocantur filij ordine successiuo post patrem. Iul.Clar.d. quæstio.80.versic. quando inter.3.Vill.d.I.71.ibi: filius & nepos. Idem Villal.S.155.T.75. Declaratur distinctio proposita apud Iul.Clar.d. quæst.80. versic 1. Hoc casu filij vulgariter substituti patri censentur, non per fideicommissum. Iul. Clar. d. quæst.80. versi.sed quæro.4. Deinde admittitur exceptio proposita, si pater & filius etiam ab intestato successuri erant testatori. De qua re vide j.except. prox. Tertiò admittitur exceptio proposita, quando pater & filij alternatiuè instituuntur: veluti, instituo Titium vel eius filios.' tunc enim Titius eiúsq; filij non vocantur simul: sed ordine successiuo. Iul.Clar.d. quæst. 80. versic. quando plures.5. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ij qui etiam ab intestato successuri erant testatori ordine successiuo, hæredes sint instituti: hoc enim casu non simul, sed ordine quo ab intestato successuri erant, ex testamento succedunt. Iul.Clar.in §.testa.quæst.76.versic. secundò infertur. 13. Villal.I.71 an addit. 2.S.155. T. 69. & 73.

Cuius

Cuius replicatio est: Nisi per dictionem Cum fuerint instituti: veluti, Titium instituo cum Mæuio Iul Clar.d.quæst. 80.versic. quando plures.6. Tertia exceptio est: Nisi plures cum aliquo generaliter instituantur, veluti Titius & nepotes Mæuij. hoc enim casu Titius habebit tantum, quantum nepotes Mæuij omnes, quamuis plures sint, hæreditate in duas tantùm partes diuisa.Iul.Clar.d quæst.80.versic vlt.

X. Regula: Partibus nominatis, pro ea parte quisque hæres erit,ex qua est institutus. M.I C. d.cap. 21. reg. 3 Cuius exceptio prima est: Nisi vnus tantùm hæres scriptus sit pro parte vel ex re certa, nullo cohærede dato: hic enim in solidum efficitur hæres. M.I.C. d.reg.3. except.1. Accedit Vill. S.151. Huius replicatio prima est: Nisi miles vnum tantùm hæredem pro parte instituerit, M.I.C. d.except.1.repl.1. Accedit Iul.Clar.in §.testam. quæst.16. De qua vide J.regul.12. except.1. Altera exceptio est: Nisi cum duo hæredes instituti essent, vnus ex asse, alter ex re certa: ex asse institutus non adierit hæreditatem: hoc enim casu ex re certa institutus in solidum efficitur hæres. Vill H.15.cum addit.I.6 ,.cum addit.& num.177.De qua re vide item Paulò inferius reg.12.

XI. Regula: Arrogato decedente, qui à patre naturali & ab arrogante institutus hæres fuerat, substituto à patre naturali debentur bona patris naturalis, & substituto ab arrogatore debentur arrogatoris bona. Villal A. 152 in addit. Quod non solùm in substituto, sed etiam in hæredib.ab intestato venientibus ibidem dicitur.

## DE IVRE ACCRESCENDI.

XII. Regula: Pluribus hæredibus institutis, vel ab intestato venientibus: vno ex iis deficiente, portio eius cæteris accrescit. M.I.C.libr.9.cap.22.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi in militis testamento plures hæredes instituti sint: inter hos enim non est ius accrescendi, sed portio deficiens ad hæredes ab intestato venientes pertinet. M.I.C.d.reg.1. except.1. Accedit Iul.Clar.d.quæst.16.versi.2.cum sequentib. Cuius replicatio est: Nisi vno ex re certa instituto, miles ius accrescendi non prohibuerit.d. versic.2. ibi: aut verò miles non prohibuit. Altera exceptio videtur: Nisi testator ius accrescendi prohibuerit. Quæ exceptio reprobatur apud Iul.Clar.d.versi.2.ibi: paganus enim.& in d.§. testam.quæst. 74.versi.aut verò loquimur.2.cum versic.sequente. vbi controuertitur.

trouertitur. Sed & controuertitur apud Vill.T.76.Viu.lib.1. filius institutus, num.2. cum quatuor sequentibus. Admittitur in milite prohibente ius accrescendi, Iul.Clar.d.quæst. 16.versi.2.in prin. Admittitur item in particularibus successionibus. veluti in legatis & fideicommissis, in quibus testator ius accrescendi potest prohibere.Iul.Clar.d.q.74.versi.1. ibi: si ergo quæris. & Viu.d.filius institutus, num 6. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex re certa institutus sit cui accrescit. Quæ exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt s̃.reg.prox. except.2. Quibus accedit Viu.lib.1. filij sunt,nu.3 item Filius institutus, num.1.& 7.Iul. Clar.in §.testam.quęst.38.vers. neque credas. item q. 74. in princ.ibi: & hoc casu procedit.Quarta exceptio est: Nisi portio ob culpam vel delictum hæredis defecerit: hoc enim casu portio deficiens ad fiscum pertinet, non ad cohæredem. M.I.C. d. reg.1. except. 12. Accedit Soarez A.16. Quinta exceptio est: Nisi filius testatoris ante aditam hęreditatem decesserit:hic enim portionem suã ad suos hæredes transmittit, nec ea cohæredi accrescit. De qua re vide s̃.reg.1.excep.1.repl.1.dup.5.

## QVIBVS ACCRESCAT portio deficiens?

XIII. Regula: Omnibus aliis cohæredibus portio deficiens regulariter accrescit. M.I.C. d.reg.1.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi vnus ex cohæredibus institutus sit pro parte vel re certa cum particula Duntaxat: huic enim accrescere non videtur. Quæ exceptio est controuersa apud Viu.lib.1.filius institutus, num.2. cum duobus sequentibus. Altera exceptio est: Nisi filia ratione certæ personæ hæreditati renunciauerit: hoc enim casu eius portio non omnibus aliis, sed ei tantùm personæ accrescit. Fichard. in addit. ad Villal.R.26. Plures exceptiones vide M.I.C. d.cap.22.reg. 2.cum sequentibus.

XIIII. Regula: Emptori hæreditatis, aut alij singulari successori portio deficiens non accrescit.Soarez A.15.

## QVANTVM CVIQVE ACCRESCAT?

XV. Regula: Omnibus æqualiter portio deficiens accrescit. Villal.H.36. Cuius exceptio est: Nisi pro inæqualibus partibus hæredes sint instituti: tunc enim singulis pro hæreditaria parte accrescit.M.I.C. d.cap.22.reg.8.

XVI. Regula: Quod codicillis relictum est, perinde ac si in testamento solenni relictum esset, debetur. M.I.C. lib. 9. cap. 15. quæst. 4 in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi hæreditas codicillis sit data vel adempta. M.I.C. d. quæst. 4. except. 12. Accedit Villal. P 39. Huius replicatio est: Nisi non directis verbis, sed per fideicommissum codicillis hæreditas sit relicta. M.I.C. d. except. 12. replic. 1. Accedit Villal. P. 39. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi quinque testes codicillis non interuenerint. M.I C. d. quæst. 4. except. 16. Cuius replicatio videtur: Nisi per statutum quinque testes in testamento sufficiant: hoc enim casu tres testes in codicillis sufficere videntur. Sed hæc replicatio reprobatur apud Viu. libr. 1. statutum vel consuetudo. ibi: fallit primùm. Hæc de testamentis sequitur de hæreditatibus ab intestato.

## DE HÆREDIBVS ET *bonorum possessionibus ab intestato.*

## CAP. VI.

PRima regula: Nullo legitimo testamento existente, intestatus quis decessisse dicitur, eiúsque hæreditas ab intestato succedentibus defertur. M.I.C. lib. 10. cap. 1. quæst. 1. Cuius exceptio prima videtur: Nisi defunctus testamenti factionem non habuerit, puta impubes, furiosus, &c. Sed hęc exceptio reprobatur M.I.C. d. quæst. 1. except. 3. Accedit Villal. P. 391. Viu. lib. 2. statutum in partibus. De qua re vide itẽ J. lib. prox. cap. 14. in verbo Intestatus. Altera exceptio est: Nisi testamentum defuncti existat. M I.C. d quæst. 1. exceptio. 11. Cuius replicatio est: Nisi defunctus pro parte testatus, pro parte intestatus decesserit. Quæ replicatio regulariter reprobatur M.I. C. d. except. 11. repl. 3. Admittitur primùm in milite, qui pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. M.I.C. d. replicat. 3. distinct. 1. Accedit Iul. Clar. in §. testam. q. 16. De qua dictum s̄. cap. prox. reg. 12. except. 1. Deinde admittitur replicatio proposita, si secundus maritus ab vxore intra tempus luctus nuptias iterante in solidum hæres scriptus sit: hoc enim casu non nisi pro tertia parte testamentum valet, reliquis duabus partibus hæredibus ab intestato venientibus delatis. Villal. M. 11.

II. Regula: hæreditas ab intestato primo loco liberis defuncti defertur. M I.C.lib.10 cap.2.reg.1 vbi dicitur, in liberos continuari dominium rerum per mortem parentis. Cui accedit Viu.lib.2.filij non adquirunt. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi quis decesserit filio relicto, & ex alio filio nepotibus hoc enim casu nepotes per patruum videantur excludi. Sed exceptio hæc reprobatur M.I.C. d.reg. 1.except.11. Accedit Gabriel.lib.4. de successione ab intestato, conclus.1. num.1. Admittitur exceptio proposita in quibusdam casibus, quos vide apud Gabriel.d.conclus.1.& Vill. F 71.in addit. Altera exceptio videtur in nepotibus ex filiabus descendentibus. Sed reprobatur M.I.C. d.reg.1.except. 14. Admittitur ex speciali consuetudine vel statuto loci, filias earúmque descendêtes existentibus masculis excludentes. Viu.lib.1. statutum excludens fœminas, num 13. Tertia exceptio est in nepotibus ex filio naturali descendentibus, l.vlt. C. de naturalib.liberis. Accedit Vill.F.121.N.5.item S.97. Huius replic. videtur: Nisi legitimi liberi nulli supersint. Quæ tamen replic. reprobatur sub conditione apud Vill. d. S.97. Quarta exceptio videtur in liberis fœminini sexus. Sed reprobatur M. I. C. d reg .. except. 17. Admittitur ex speciali statuto loci in fœmina dotata, existentibus masculis. Quæ distinctio approbatur apud Viu. d. statutum excludens fœminas, in princip. & num. 14. in fine. Cuius ratio est fauor agnationis. Villal. S.119. cum addit. Fichard. & Viu. d.statutum excludens, num.2. Gabriel. libro sexto de statutis conclus. sexta num.1. Vtrum autem sit fauorabile, an odiosum huiusmodi statutum, controuertitur apud Viu. d. statutum excludens fœminas, num. 1. & sequente. Declaratur distinctio hæc definitione fœminæ dotatæ apud Vill. D.188. Huius distinctionis replicatio prima est: Nisi de alterius quàm dotantis hæreditate agatur. Villal.S.114. cum sequente. Viu. libro 1. statuti rubrica. ibi: corroborant similiter. Controuertitur tamen & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de statutis, conclus.5. Altera replicatio videtur in fœmina ingressa monasterium. Sed reprobatur apud Vill.S.120. Viu.d.statutum excludens fœminas, num.10. Controuertitur apud Gabriel.d.conclus.6.num. 12. Tertia replicatio est quoad legitimam, à qua filia non potest excludi. Viu. d. statutum excludens, num.3. & num. 23. Cuius duplicatio est: Nisi per statutum dote côtenta esse iussa sit.d.nu.3.& 23. Quarta re-

plicatio

plicatio est: Nisi filius defuncti nõ supersit. Viu d. statutum excludens, nu.20. Cuius duplicatio prima est: Nisi ex filio nepos supersit. Vill. T. 74. Viu. d. statutum, nu.4. cum tribus sequentibus. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de verb. signif. concl.1. nu.19. cum sequentibus, vsq; ad nu.29. Altera duplicatio est: Nisi fœmina per masculum semel fuerit exclusa: tunc enim etiam deficientibus masculis non amplius admittitur. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de statutis, concl.4. Viu. d. statutum, nu.25. Huius triplicatio prima est: Nisi statutum excludat fœminam his verbis, Donec masculus superest. tunc enim postea deficiente masculo, fœmina admittitur. Quæ triplicatio approbatur & distinguitur apud Gabr. d. concl. 4. num.5. & nu.9. cum sequentib. vsque ad num.22. item Viu, d. statutum, nu.24. Fichar. in addit. vlt. ad Vill F 60. item Vill. F. 139. Turz. opin. 162. Altera triplicatio est in feudis. Quæ triplicatio controuertitur & distinguitur in tractatu feudali cap. 4 q. 2. reg.1. except.6. repl.1. dupl.3. Tertia triplicatio est; Nisi masculus qui exclusurus erat fœminam, statim mortuus sit. Quæ triplicatio approbatur apud Gabriel. d. conclus.4. num. vlt. Reprobatur apud Viu. d. statutum, num. 25. Controuertitur & magis approbatur in tractatu feudali d. dupl.3. tripl. 1. Plures triplicationes vide apud Gabriel. d. conclus. 4. Quinta replicatio est: Nisi alius masculus supersit, quàm qui in statuto est expressus. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de statutis, conclus. 7. Sexta replicatio est: Nisi masculus qui superest, clericus sit. Quæ replicatio est cõtrouersa, magis tamen reprobatur apud Viu. d. statutũ, nu.8. item Gab. li.6. de statutis, concl.6. num.10. Septima replicatio est: Nisi filius qui extat, naturalis sit, non legitimus. Cuius duplicatio est; Nisi legitimatus sit. Viu. d. statutum, nu.9. Contradicit Fichard. in addit. ad Vill. S. 115. Controuertitur & distinguitur apud Vill. S. 122. item apud Viu. d. statutum, nu.17. Octaua replicatio videtur: Nisi de successione Iudæorum agatur. Sed reprobatur apud Viu. d. statutum, num.31. Gabriel d. conclus.6. num.11. Nona replicatio videtur: Nisi vnus tantùm masculus supersit. Sed reprobatur apud Viu. d. statutum, num.12. Decima replicatio est: Nisi masculus qui superest, sit adoptiuus. Viu. d. statutum, num.22. Cuius duplicatio est: Nisi arrogatus sit ab auo materno. Viu. d. statutum, num.14. Vndecima

replicatio est quoad bona extra territorium statuentium sita: in his enim fœmina per masculos non excluditur. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.d.statutum,nu.15. Duodecima replicatio est: Nisi filia testamento facto præterita sit: hoc enim casu ad infirmandum patris testamentum non obstat ei statutum. De qua re vide 3. cap.2.reg.7.except.72.replic.3. Decimatertia replicatio est: Nisi masculi qui extant, sint deportati, vel aliâs incapaces hæreditatis. Viu.d.statutum,nu 18. Decimaquarta replicatio est: Nisi masculus qui extat, hæreditatem adire nolit. Viu.d.statutum,num.19. Decimaquinta replicatio est: Nisi masculus qui extat, antequam adiret hæreditatem, decesserit. Quæ replicatio est controuersa, magis tamen reprobatur apud Viu d. statutum, vers. vlt. Decimasexta replicatio est quoad bona emphyteutica, in quibus fœmina per masculos non excluditur. Viu.d.statutum,num 21. Decimaseptima replicatio videtur: Nisi dos taurùm promissa, non data sit filiæ. Quæ replicatio est cótrouersa d.statutum, num.26. Decimaoctaua replicatio est: Nisi statuto excludente sororem existente fratre, frater consanguineus extet ac soror germana, item mater defuncti. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel libro 4. de successionibus ab intestato, conclus. 4. num.9 13.& 17. Decimanona replicatio est: Nisi statuto excludente filias dotatas per patruum, cum patruo & filiabus dotatis extent aliæ filiæ non dotatę. Quæ replicatio controuertitur apud Gabriel. d. conclus. 4.num. 15. vsq; ad num. 23. Hæc de quarta exceptione eiúsque replicationibus sint dicta. Quinta propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi liberi sint clerici vel monachi. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.reg.1.except.19. Admittitur hæc exceptio ex speciali statuto loci. Quæ tamen distinctio est controuersa, & magis reprobatur apud Viu.lib.1.statutum disponens quòd monasterium. Sexta exceptio est: Nisi statuto loci primogenito deferatur hæreditas, exclusis aliis. hoc enim casu alij liberi per primogenitum excluduntur. Vill.P. 300. Cuius replicatio videtur: Nisi alij liberi sint clerici. Quę tamen replicatio reprobatur apud Vill. C. 91. Plura de exceptione proposita vide in tractatu feudali cap. 4. quæst. 3. reg.5. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide 5. inter exceptiones generales.

III. Regula, Deficiētibus liberis defuncti, secundo loco eius

eius hæreditas parentibus ab intestato defertur. M.I.C.lib. 10.cap.4.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi statuto loci parentes per fœmininum sexum ascendentes ab agnatis masculis excludantur. Cuius replicatio est: Nisi statuto loci auum maternum excludēte propter patruum extantem, cum auo materno etiam auia materna, quæ statuto non excluditur, superfit; huius enim beneficio auus etiam maternus succedit, patruo non obstante. Gabriel. lib 4. de successionibus ab intestato, conclus. 4. num. 11.

IIII. Regula, Pater defuncto filio succedit ab intestato. M.I.C.d.cap.4.reg.2. Cuius exceptio est: Nisi filius spurius fuerit. Gabriel.lib.6.de legibus, conclus.3.num.24.

V. Regula, Auus defuncto nepoti ab intestato succedit. M.I.C.d.c.4.reg.3. Cuius exceptio est in auo materno, si mater defuncti per statutum succedere non possit: hoc enim casu auus quoque maternus hæreditate priuatur. Vil.M.30.

VI. Regula: Mater etiam defunctis liberis ab intestato regulariter succedit. M.I.C.d.c.4.reg.5. Cuius exceptio prima est: Nisi nuptias iterauerit. M.I.C.d.reg.5.except.5. Accedit Villal.B.13. Huius replicatio prima est: Nisi nulli alij ex priore matrimonio supersint liberi. M.I.C.d.except.5.replic.2. Accedit Vill.B.19. Altera replicatio est: Nisi defunctus non à patre, sed aliunde bona adquisierit. M.I.C.d. except. 5.repl.3. Accedit Viu.lib.1.mulier ad secundas, num.10. Cuius exemplum est in bonis ab auo acquisitis, Vill.B.18. Viu. d.num.10. Tertia replicatio est: Nisi defunctus filius non sit conquestus de secundis nuptiis matris. Viu.d. mulier ad secundas, nu.11. Idem eod lib.1. vxor perdit. vers. secundò limitatur. ibi; idem videmus. Quarta replicatio est: Nisi de licētia viri defuncti nuptias iterauerit. Vill.B.15. Quinta replicatio est: Nisi à filio defuncto hæres sit instituta. Vill. B.17. Planè iure nouo exceptio proposita est mutata & sublata, M.I.C.d.except.5.in fine. Admittitur tamen etiam iure nouo, primùm quidem, si ante iteratas nuptias impuberi filio non petierit tutores. Villal. B.14. Deinde admittitur quoad proprietatem, non quoad vsumfructum, quo non priuatur, sed proprietate priuatur. M.I.C.d except.5.in fine. Quo casu replicationes superius propositæ adhuc vsui esse possunt. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi mater luxuriosè vixerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Villal. B. 21. in addit. in fine.

Tertia exceptio eſt: Niſi mater impuberi filio defuncto tutores non petierit. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur per ea quæ habentur s. lib prox. cap. 12. reg. 9. Quarta exceptio eſt: Niſi frater defuncti ſuperſit. Quæ exceptio reprobatur iure nouo, M.I.C.d.reg.5.except. 16.in fine. Admittitur ex ſpeciali ſtatuto loci, quod ſtatutum de fratre diſponens non extenditur ad ſororem. Gabriel.lib.6.de verb. ſignif. concluſ.6.num.67.item De ſtatutis, concluſ.7.num.4. cum ſequente. Quinta exceptio videtur: Niſi defuncti patruus eiúsve liberi ſuperſint. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. reg. 5. except.18. Admittitur ex ſpeciali ſtatuto loci, Quod ſtatutum de patruo diſponens non extenditur ad patruum magnum. Gabriel.lib.6. de ſtatutis, concluſ.7.num.3. item Vill.S.116. Cuius exceptionis ſpeciali ſtatuto approbatæ replicatio prima eſt: Niſi cum patruo & matre ſimul etiam defuncti frater germanus extet: tunc enim mater per patruum non excluditur. Gabriel.lib.4.de ſucceſſionibus ab inteſtato, concl.4.num.10. Altera replicatio eſt: Niſi cum patruo & matre ſimul etiam defuncti ſoror germana extet. Quæ replicatio cum præcedente controuertitur d. concl. 4.num.14.& nu.17.cum quinque ſequentibus. Sexta propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi ſtatutum loci ſucceſſionem matri deneget. Cuius replicatio eſt; Niſi cum ſtatuto cautum eſſet, ne mater liberis inteſtatis ſuccederet, impubes filius deceſſerit: hic enim propriè inteſtatus non dicitur, cum teſtamentum facere non poſſit. M.I.C.lib.10.cap.1.q.1. except. 3. Ideóq; mater hoc caſu per ſtatutum excludi non videtur. Sed replicatio hæc reprobatur apud Viu. lib.2.ſtatutum in partibus. Hactenus exceptiones propoſitæ regulę enumerauimus, quarum tamen & aliarum ſimilium replicatio generalis eſt: Niſi exceptio dubia ſit: hæc enim matrem non excludit. Vill.M.28. Hæc de ſexta regula.

VII. Regula, Cognatis quoque collateralibus hereditas defuncti ab inteſtato debetur. M.I.C.lib.10.ca.5.reg.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi fœminini ſexus cognati ſint. Quæ exceptio reprobatur iure nouo M. I. C. d. reg. 1. except. 3. in fine. Admittitur ex ſpeciali ſtatuto loci, Vill. A. 78. Cuius ſtatuti ratio eſt fauor conſeruandę agnationis. Vill.S.119. Ideóque ſtatutum eſt licitum. Vill.S.123. De quo ſtatuto vide plura s. reg. 2.except.4.vbi huius exceptionis ſtatutariæ replicationes collegimus. Altera exceptio eſt: Niſi non per

virilis,

virilis, sed per fœminini sexus personas defuncto sint cognati. Quę exceptio itidem iure nouo reprobatur M.I.C.d. reg.1.exc.4.in fine.& admittitur ex speciali statuto loci: cuius ratio est fauor conseruandæ agnationis. Vill.S.118. Huius replicatio prima est: Nisi statuto excludente cognatos per fœmininum sexum descendentes, existentibus agnatis: fœminæ tantùm agnatæ existant. hę enim cognatos non excludunt. Gabriel.lib.6.de verb. signif.conclus.6. num.66. Altera replicatio est: Nisi statuto excludente auunculum propter patruum eiúsve liberos, cùm auunculo & patruo extet etiam matertera Gabriel.lib.4.de success.ab intestato. concl.4.num.12. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositę regulę exceptio est: Nisi vltra sextum gradum defuncto sint cognati. M.I.C.d.reg.1.except.6.& M.I.P.lib.5.cap.5.reg. 6.except.1. Quæ tamen exceptio hodie est mutata, vt vsque ad decimum gradum hodie succedant cognati. Vill. C.163. cum addit. Quarta exceptio est: Nisi cognati non sint legitimè nati. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quę proposita sunt s.lib.prox.cap.11.reg.26.

VIII. Regula, De fratre defuncti. Hic ratione regulę precedentis defuncto fratri ab intestato succedit. M. I. C.d. cap.5.reg.2. Cuius exceptio prima est: Nisi ascendentes defuncti supersint. M.I.C.d.reg.2.except.2. Accedit Vill.A.164. Soarez A.295. Altera exceptio est: Nisi frater ex vno tantùm, non vtroq; parente fuerit defuncto cognatus. M. I. C. d.reg.2.exc.3. Cuius replicatio est quoad res ad defunctum à communi parente profectas; in his enim ex vno parente coniunctus succedit. M.I.C.d.exc.3.repl.2. Accedit Fichard. in addit.2.ad Vil.F.167. De qua re vide item j.reg.14.excep. 3. Tertia exceptio est: Nisi frater illegitimè natus sit. De qua exceptione vide s. d.reg.26. Quarta exceptio videtur: Nisi ingratus fuerit aduersus defunctum. Sed reprobatur apud Vill. F.161. Quinta exceptio est: Nisi defunctum fratrē occiderit. Vil.F.168. Sexta exceptio est: Nisi defunctus defunctáue nō potuisset succedere superstiti, si superuixisset, statuto obstante. Quę exceptio reprobatur apud Vill.S.117.

IX. Regula, De fratrum & sororum liberis. Hi quoque ad defuncti patrui, amitę, auunculi & materterę hereditatem ab intestato vocantur. M.I.C.d.c.5.reg. 4. Huius exceptio videtur: Nisi defuncti frater vel soror supersit. Quę tamen exceptio reprobatur iure nouo. M. I. C. d. regul. 4.

except.1. Admittitur tamen in fideicommisso, quod defuncto debebatur: in hoc enim filius fratris per patruum suum excluditur. Vill.N.10.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM regularum generales.

Hactenus de successione descendentium, ascendentium & collateralium dictum est. Quibus nonnullæ obstant exceptiones communes seu generales, quæ nunc proponentur. Harum prima est: Nisi alij sint gradu proximiores: per hos enim remotiores gradu excluduntur. M.I.C. lib.10. cap.6. except.1. Exemplum est, si ascendentes plures sunt diuersi gradus. hoc enim casu remotiores per proximiores excludūtur: vt d. except.1. ex Nouell.118. vers. si multi ex, probatur. Cui tamen exemplo contradicere videtur Gabriel. libro 4. de success. ab intestato, conclus.1. num. 2. Huius replicatio prima est in filiis defuncti, & ex alio filio nepotibus: hoc enim casu nepotes repræsentant personam patris sui, & cum patruis, quamuis gradu remotiores sint, defuncto auo succedunt. M. I. C. d. except.1. repl.3. De qua re dictum quoque s. reg.2. except.1. Huius replicationis duplicationes videre licet apud Gabriel. & Vill. vt d. except.1. annotaui. Altera replicatio est: Nisi remotior gradu excludat alium, qui proximiorem excluderet: hoc enim casu remotior proximiorem illum excludit. Quæ replicatio approbatur, declaratur & & distinguitur apud Gabriel. lib. 4. de success. ab intestato, conclus.4. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio generalis videtur: Nisi hæres ab intestato sit in testamento exhæredatus. Quæ tamen exceptio reprobatur M. I. C. d. cap. 6. except.3. Accedit Viu. lib.1. filius furiosus. ibi: cessat etiam. Tertia exceptio est: Nisi ab intestato hæres hæreditati renunciauit. M.I.C. lib.10. cap.9. except.14. in prin. Cuius replicatio est: Nisi futuræ hæreditati nondum delatæ renunciauit: hæc enim renunciatio non obstat renuncianti. M. I. C. lib.9. cap.1. quæst.5. causa 6. ibi: adeò autem. & cap.6. except.5. item d. except. 14. repl.9. item lib.15. cap.15. except. 18. Accedit Viu. lib. 1. legitima non debetur, num.4. ibi: similiter nec posset. Huius duplicatio prima est: Nisi filius naturalis in legitimatione renunciauerit hæreditati futuræ. De hac duplicatione agitur remissiuè apud Vill. L.9. in addit.1. Altera duplicatio est: Nisi iuramento renunciatum sit futuræ hæreditati.

reditati. M.I.P. lib 5 cap.5.reg.6 except.2.repl.1.dupl.1. Accedit Vill.P.5.cum addit.Gabriel.lib.3.de iure dotium,concluſ.1num.1.Huius duplicationis triplicatio prima eſt: Niſi eſſet iuramentum Iudæi. Vill. d.addit.ibi: limita.niſi. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 28. Altera triplicatio eſt: Niſi enormiſſima ſit læſio. Viu. lib.1. mulier omni, num.1.cum ſequente. Controuertitur tamen apud Gabriel.d.concluſ.1.num.5. cum ſequentibus. Huius quadruplicatio prima eſt: Niſi non mulier, ſed maſculus maior vigintiquinque annis iuramento hæreditati renunciauerit: huic enim propoſita triplicatio denegatur. Viu.d.mulier omni,num.6.Controuertitur apud Gabriel. d.concluſ.1.num.13. cum ſequente. Diſtinguitur in ruſticis enormiter læſis, Viu.d.mulier,nu.7. Altera quadruplicatio eſt: Niſi mulier ſciens æſtimationem hæreditatis, ei ſponte renunciauerit. Viu. d. mulier, num.8. & ſequente. Tertia quadruplicatio eſt: Niſi mulier propoſitæ triplicationi nominatim renunciauerit. Viu.d.mulier,num.10. Hæc de ſecunda triplicatione. Tertia triplicatio eſt quoad legitimam, cui generalis renunciatio,quamuis iurata,non obſtat, quo minus peti poſſit. Quæ triplicatio approbatur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.6. de legitima, concluſ. 8. Controuertitur apud Vill. R. 27. cum ſequente. Quarta triplicatio eſt quoad dotem & eius ſupplementum. Quæ triplicatio approbatur apud Gabriel.d. concluſ.1.num. vlt. Controuertitur apud eundem Gabriel.d. concluſ.8.num.3 & ſequente. Plures huiuſmodi triplicationes vide apud Gabriel. d. concluſ.1.Hæc de tertia exceptione, cuius plures replicationes vide ſ.poſt reg. 13. except.8. Quarta exceptio generalis eſt: Niſi parens hæredis hæreditati renunciauerit: hæc enim renunciatio liberis quoque præiudicat. Gabriel.lib.3. de iure dotium, concluſ.1.num.49. Vill.F.150. Cuius replicatio prima eſt: Niſi parens renuncians viuo adhuc defuncto, de cuius hæreditate agitur, deceſſerit. Quæ replicatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.d. concluſ. 1. num. 43. cum ſequentibus, vſque ad num.49. Vill. F.151. N. 11. cum num. 12. & addit. ſequente. Viu.lib 1.legitima non debetur, num.10. Altera replicatio eſt: Niſi liberi non veniant tanquam hæredes renunciantis,ſed ſuo nomine tanquam hæredes defuncti,de cuius hæreditate agitur. Viu.d.nu.10.Cuius duplicatio prima eſt: Niſi cũ liberis renunciantis matris cõcurrant eorũ auunculi: hoc enim caſu liberi per auunculos

excluduntur propter renunciationem matris, ex quod ipsa superuixit post mortem patris, de cuius hæreditate agitur. Gabriel.d.conclus.1.num.50 & 57. Altera duplicatio videtur: Nisi cum liberis renunciantis matris concurrant consobrini, horúmve liberi. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur d. conclus. 1. num. 51. cum quatuor sequentibus. item num.58. Teria duplicatio est: Nisi renuncians tempore renuciationis aliquid à defuncto accepit: tunc enim liberis suis renunciando præiudicauit, si superuixit post mortem eius, de cuius hereditate agitur. d.conclus.1. num. 56. Controuertitur tamen & distinguitur d. conclus.1. num. 58. cum sequente. Quinta exceptio videtur: Nisi defunctus superstiti, si superuixisset, succedere non potuisset: hoc enim casu superstes à defuncti hæreditate excluditur. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. libro 6. de legibus, conclus. 3. num. 24 cum sequente. Villal.S.117. Hæc de exceptionibus generalibus: quarum tamen plures proponentur paulo inferius post regulam 13.

X. Regula: Maritus quoque vxori, & contrà vxor marito succedit ab intestato. M.I.C. libro 10.cap.8.q. 1. reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi supersint liberi. parentes vel cognati transuersales defuncti. M.I.C.d.reg.1. except.1. Accedit Viu.lib.1.statutum simpliciter, num. 1. Huius replic. est: Nisi superstes coniunx sit inops, & defunctus locuples: tunc enim succedit cũ liberis. M.I.C.d.exce.1.repl.1. Accedit Viu. lib.1.vxor seu mulier, nu.2.cum sequente. Huius duplicatio prima videtur: Nisi post successionem superstes sit locuples factus. Quę tamen duplicatio reprobatur apud Viu.d.vxor, num.4. Altera duplicatio est: Nisi non vxor, sed maritus superstes inops locupleti vxori cum liberis succedere velit. M.I.C.d.repl.1.dupl.2. Contradicit Viu.d. vxor, num. 7. Tertia duplicatio est: Nisi defunctus legato superstiti relicto prohibuerit eum succedere. Quæ duplicatio reprobatur d. vxor, num.1. ibi: & legatum. item num. 6. Quarta duplicatio videtur: Nisi defunctus condito testamento decesserit. Sed reprobatur d. vxor, num. 7. ibi: tam cõdito. Plura de replicatione proposita vide j. reg. prox. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide s. lib. prox. cap. 9. reg.16. except. 8. repl.1. cum sequentibus.

XI. Regula: Vxor inops locupleti marito existentibus liberis succedens, secundum ea quæ s. regula prox. replic. 1.

dicta

dicta sunt, quartam hæreditatis partem consequitur. M.I.C. d.cap.8.q.2.reg.1.excep.1. Accedit Villal. M.137. Viu. d. vxor. nu.1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vxor à defuncto legatum acceperit: hoc enim in quartam cõputatur, vt eo minus ex hæreditate percipiat. M.I.C. d.exce.1.replic.2. Accedit Viu. d. num. 1. ibi: & legatum. Controuertitur apud Villal. V.76. Altera exceptio est: Nisi plures quàm tres liberos defunctus reliquerit: tunc enim non nisi virilem portionem vxor consequitur. M. I. C. d. except. 1. replic. 3. Accedit Viu. d. nu.1. & Vill. M.137.

XII. Regula, Arrogato decedenti, qui tam à naturali, quàm ab arrogante patre institutus hæres fuerat, succedit ab intestato vtriusque patris hæres, ita vt patris naturalis hæres ea bona capiat, quæ defunctus à patre naturali, & alter hæres ea quæ defunctus ab altero patre acceperat. Vill. A. 152. in addit.

XIII. Regula, Cui potuit defunctus succedere, si superuixisset, is etiam defuncto succedit. Gabriel. lib.6. de legib. conclus.3. num. 26. Cuius exceptio est in materia odiosa, d. conclus.3. num.27.

## DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM regularum generalibus.

Hactenus quibus ab intestato hæreditas deferatur, per aliquot regulas ostensum est: quarum regularum & similium exceptiones generales siue communes hæ sunt. Prima exceptio: Nisi ab intestato hæres aduersus defunctum fuerit ingratus. M.I.C. lib.10. cap.9. except.1. Accedit Vill. F.82. Huius replicatio prima est in fratre defuncti hærede legitimo, Vill. F. 161. Altera replicatio est: Nisi causa ingratitudinis illi sit remissa. Viu. lib.1. filius furiosus. ver. sed propter. Tertia replicatio est: Nisi post commissam ingratitudinem filius à patre fuerit arrogatus. Soarez A.275 Plures replicationes vide s̃. cap.2. reg.7. except.80. cum sequente. Secunda exceptio: Nisi hæres defunctũ occiderit. Vill. F.168. Iul. Cla. in § homicidium. vers. 22. in prin. Tertia exceptio: Nisi pater hæredis defunctum occiderit. Vill. H.26. Controuertitur d. vers. 22. ibi: sed pone quod. Quarta exceptio: Nisi hæres impuberi defuncto tutores non petierit. Gabriel. lib. 6. de tutelis, conclus. 1. num. 3. cum sequentibus, vsque ad num. 14. Quinta exceptio: Nisi ab intestato hæres ex testamento

hæreditatem petierit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur apud Gabriel. lib. 2. de actionibus, conclus. 3. De qua re vide ĵ. de reg. iuris, in verbo Renunciatio. Sexta exceptio: Nisi hæres sit deportatus. Vill. D. 62. Septima except. Nisi hæres intra tempus legitimum hæreditatem non adijt, nec bonorum possessionem petijt. M. I. C. d. cap. 9. except. 12. Declaratur definitione legitimi temporis M. I. C. d. except. 12. in prin. Quod tempus non potest abbreuiari ad excludendum hæredem. Vill. T. 6. Sed ne legatorum solutio diu differatur, abbreuiari potest. Vill. T. 7. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ob ignorantiam intra legitimum tempus non adiit. M. I. C. d. except. 12. repl. 7. Accedit Soarez A. 71. Altera replicatio est: Nisi suus hæres sit. hic enim temporis præscriptione non submouetur. M. I. C. d. except. 12. repl. 19. Cuius duplicatio est: Nisi triginta anni excesserint, quibus non adiit. Vill. D. 84. in addit. §. nota tamen. vers. vbi dicit. Huius triplicatio est: Nisi postea ex alio capite adierit. tunc enim non nisi sexaginta annorum præscriptio ei obest. de qua re vide ĵ. cap. 8. reg. 4. except. 2. Plures replicationes vide ĵ. except. prox.

## MVTATIO IVRIS.

Planè exceptio proposita hodie videtur mutata, iuxta glossam l. si curatoris. 9. in verbo Liceat. & in l. cum antiquioribus. 19. in verbo Beneficio C. de iure deliberandi. Accedit Turz. reg. 83. Villal. H. 30. cum addit. vbi aditioni præfiniuntur triginta anni. Accedit item Fichar. in addit. 4. ad Vill. I. 184. Viu. lib. 1. hæreditatem adeundi, nu. 1. & sequente. Soarez A. 69. Controuertitur & distinguitur hæc mutatio apud Gabriel. lib. 5. de præsumptionibus, conclus. 8 & 9. Octaua exceptio: Nisi hæres hæreditatẽ repudiauerit. M. I. C. d. cap. 9. except. 14. Huis replic. prima est: Nisi alius quàm hæres, cui delata est hæreditas, eam repudiauerit. M. I. C. d. except. 14. replic. 3. Cuius duplicatio prima est: Nisi cùm filio delata esset hæreditas, pater eam repudiauerit. Quæ tamen duplicatio reprobatur. M. I. C. d. repl. 3. Accedit Vill. P. 34. planè si parenti primo loco delata sit hæreditas, eius renunciatio liberis quoque ex persona eius hæreditatem vendicantibus præiudicat. de qua re vide ś. post reg. 9. except. gener. 4. Altera replicatio est: Nisi filio hærede instituto hæreditatem repudiante, pater eam adierit: huic enim renũciatio filij non obest. M. I. C. d. replic. 3. Accedit Vill. P. 37.

Tertia.

Tertia replicatio: Nisi monacho hærede instituto hæreditatem repudiante, monasterium eam adierit. Vill. M. 119. Quarta replicatio est: Nisi Abbas hæreditatem monacho delatam repudiauerit. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. libro primo. Abbas, num. 1. Quinta replicatio est: Nisi prælatus sine consensu capituli hæreditatem Ecclesiæ delatam repudiauerit. Viu. d. Abbas, num. 2. Sexta replicatio est: Nisi minor annis hæreditatem repudiauerit. M. I. C. d. except. 14, replic. 5. Cuius duplicatio est: Nisi maior fuerit quatuordecim annis, vel tutore authore repudiauerit. M.I.C.d. replic 5. dupl. 1. Huius triplicatio est, quòd hoc casu minori eiúsque hæredibus per in integrum restitutionem succurratur. Quæ triplicatio in hæredum persona controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 1. hęrede non adeunte, num. 3. Septima replicatio est: Nisi suus hæres se abstinuerit, pósteáque pœnitentia ductus adire velit. M. I. C. d. except. 14. replic. 6. Accedit Vill. H. 10. Octaua replicatio est: Nisi nondum delatam sibi hæreditatem repudiauerit. M. I. C. d. except. 14. replic. 9. Cuius exemplum est, si substitutus, deliberante adhuc hærede instituto, hæreditatem repudiauerit. M. I. C. d. repl. 9. ibi: item exemplum. Contradicit Vill. H. 11. Plura de hac repliiatione vide s. post reg. 9. except. 3. replic. 1. Hæc de octaua exceptione eiúsque replicationibus sint dicta. Nona exceptio: Nisi hæres monasterium sit ingressus. Hæc exceptio ne speciali quidem statuto potest approbari. Vill. S. 110. Hactenus, quibus ab intestato hæreditas competat, ostensum.

## QVID QVANTVMQVE HÆREDITATIS cuique ab intestato competat?

XIIII. Regula: Pluribus hæredibus ab intestato venientibus, quilibet virilem habet portionem. M. I. C. lib. 10. cap. 10. reg. 4. Cuius exceptio prima est: Nisi plures cognati ex diuersis parentibus nati defuncto succedant. hoc enim casu in stirpes, non in capita hæreditas videtur diuidenda. Quæ tamen exceptio reprobatur M. I. C. d. reg 4. except. 2. Accedit Vill. C. 164. F. 167. cum addit. 1. Controuertitur apud Viu. lib. 2. filij duorum. Admittitur tamen exceptio hæc in successione nepotum & aliorum descendentium, parentum hæreditatem vindicantium, M. I. C. d. except. 2. distinct. 1. Accedit Villal. C. 164. Altera exceptio est: Nisi ascendentes plures

res eiusdem gradus descendentibus succedant, quorum alij paterni, alij materni generis sunt. hoc enim casu non habent viriles portiones: sed paterni generis ascendentes dimidiam hæreditatis partem,& materni generis aliam dimidiam capiunt. M I.C. d.reg. 4. except. 3. Quibusdam autem hoc casu videtur, quòd paterni generis ascendentes in bona à patre ad defunctum profecta,& materni generis in bona à matre profecta succedant. Quæ sententia controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4.de success.ab intestato,conclus. 3. Viu.lib.2. pater dotans. Tertia exceptio est: Nisi frater consanguineus & vterinus simul succedant: tunc enim ille quidem in bona à patre, hic verò in bona à matre profecta succedit, siue vnus, siue plures sint. M.I. C.lib.10.cap.5.reg.2. except.3.replic.2. Accedit Gabriel. d.conclus. 3. nume.4. De qua re vide item s.reg 8 except.2. replic.1. Hæc autem ratio succedendi in vlterioribus non obtinet. Gabriel. d.conclus. 3. num.5 cum sequentib. Quarta exceptio est: Nisi arrogatus cum naturalibus liberis succedat: hoc enim casu arrogato non nisi quarta quartæ partis, quam nullis liberis existentibus habiturus erat, debetur. Vill.F.83. cum addit item Q. 2. Plures huiusmodi exceptiones vide s.cap.prox.reg.13.

## *DE OFFICIIS HÆREDVM post delatam hæreditatem.*

## *CAP. VII.*

HÆc de hæreditatibus tam ex testamento, quàm ab intestato, sigillatim sint dicta. Supersunt vtriusque hæreditatis iura communia circa hæredum officia, & actiones quibus hæreditatem delatam persequimur: quæ nunc proponemus.

### DE ADEVNDA HÆreditate.

I. Regula: Adeundæ hæreditatis facultas ius est. Quæ regula controuertitur apud Soarez A.68.

II. Regula: Hæreditatis additio est animi. Vill.H.29. De qua re vide j.reg.prox.except.4.

III. Regula: Adeundo hæreditatem, & pro hærede gerendo, hæres hæreditatem acquirit, tam quoad commoda,

quàm

quàm quoad incommoda hæreditaria. M. I. C.lib.10.cap.13. reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi filiusfamiliâs vel seruus sine voluntate patris vel domini hæres adierit hæreditatem.M.I.C.d.reg.1.except.6.Huius replicatio est:Nisi seruus vsufructuarius contemplatione vsufructuarij hæres institutus, sine consensu proprietarij hæreditatem adierit. Villa. H.37. Planè exceptio proposita quoad filiumfamiliâs hodie est mutata,M.I.C.d.except.6.in fin.Accedit Vill.F.89. Altera exceptio est: Nisi minor annis hæreditatem adierit. M.I.C.d.reg.1.except.8 Accedit Villal.H.38.Viu. lib.1. hærede non adeunte,num.4.Huius replicatio est:Nisi tutoris authoritas interuenerit. M. I. C.d.except.8.replicat.1. Accedit Viu.d.num.4.Cuius duplicatio est:Nisi infans sit minor, qui fari non possit.M.I.C.d.replic.1.dupl. 1. Accedit Villal. H.38. Tertia exceptio est: Nisi non tanquam hæres adeundi animo, sed ex alia causa qui in rebus hæreditariis gesserit.M.I. C.d.reg.1.except.18. Accedit Vill.H.29. Quarta exceptio videtur: Nisi nihil hæreditarium attigerit, nec teneat is qui hæreditatem addit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg. 1.except.22. Accedit Fichard. in addit. ad Villal.A.54. Actus tamen externi, quibus animus adeuntis declaretur, requiruntur. Idem Fichard.in addit.ad Vill.H.29. Qui autem sint eiusmodi actus, vide remissiuè d.addit,in fine.& Villal.H.39. Quinta exceptio videtur: Nisi cum in testamento suo declarasset animum adeũdi hæreditatem delatam,illud postea mutauit Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib.1.testis.§. contractus.versi.vbi si quis.Hæc de tertia regula.

IIII. Regula: Addita hæreditas non amplius dicitur hæreditas. Vill.H.28. Viu.lib.1.hærede non adeunte, nu.7.

## DD REPVDIANDA HÆREDITATE.

V. Regula: Repudiata hæreditate,hæres oneribus hæreditariis non est obligatus,nec actionibus hæreditariis tenetur. M.I.C.lib.10.cap.14.reg.2.Cuius exceptio prima est:Nisi suus hæres hæreditate se abstinuerit. Quæ exceptio iure ciuili approbata,reprobatur iure prætorio, M.I.C. d.reg.2.except.2.Accedit Villal.S.159. Viu.lib.1. emancipationis,in prin. Quo tamen casu nihilominus testamentum,in quo suus hæres institutus est, confirmatur quoad tabulas pupillares, tutelas & libertates. Viu. d.emancipationis.ibi: item propter suitatis. Altera exceptio est: Nisi repudians iniuriam de-

functo factam remiserit. Quæ exceptio est cõtrouersa apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 57. versi. sed hic incidenter.

## DE COLLATIONE BONORVM.

VI. Regula: Hæres interdum bona sua, vel quæ à defuncto percepit, cohæredibus conferre tenetur. M.I.C. lib. 10. cap. 15. quæst 2. Cuius exceptio est: Nisi ascendens succedat descendenti: hoc enim casu cessat collatio. Vill. C. 110.

VII. Regula: omnibus cohæredibus regulariter conferendum. M.I.C. d. cap. 15. quæst. 4 reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi cohæredes in potestate defuncti non permanserint: his enim non conferendum. M.I.C. d. reg. 1. except. 1. Cuius replicatio est quoad res à defuncto donatas: has enim donatarius etiam fratri emancipato tenetur conferre. Vill. D. 130.

VIII. Regula: Res quas à defuncto hæres acquisiuit, cohæredibus conferre tenetur. M.I.C. d. cap. 15. quæst. 5. reg. 2. except. 7. Accedit Villal. D. 129. Cuius exceptio prima est in rebus à defuncto donatis, quarum donatio morte donantis confirmatur. Villal. D. 125. cum sequente. Viu. lib. 2. donatio facta. Altera exceptio est in rebus studiorum causa donatis. Quę exceptio cõtrouertitur, magis tamen approbatur apud Vill. D. 128. Tertia exceptio est in rebus contemplatione legitimæ donatis, Viu. lib. 2. donatio simplex. Quarta exceptio est in equis & armis filio in bellum proficiscenti donatis, Viu. lib. 2. filius cui, num 5. Quinta exceptio est in expensis, quas pater filio, vt scriptorium vel decurionatum adipisceretur, suppeditauit. Quę exceptio est controuersa apud Viu. d. filius cui, num. 6. Plures huiusmodi exceptiones vide s. lib. 5. cap. 8. reg. 6. except. 1. cum sequentibus.

## DE VINDCANDA MORTE defuncti, & quæstione habenda.

IX. Regula: Si occiso testatore, ante quæstionem de familia habitam & sumptum supplicium hæreditas adita sit: punitur hæres publicatione bonorum & aliis pœnis. M.I.C. lib. 10. cap. 17. quæst. 4. reg. 8. Accedit Vill. H. 27. Iul. Clar. §. fin. quæst. 79. versic. item quando. & vbi tamen additur, hanc pœnam amplius in vsu non esse. Planè huius regulæ exceptio prima est: Nisi veneno vel alio clandestino modo testator perierit. M. I. C. d. reg. 8. except. 1. Accedit Villal. H. 27. in fine. Cuius replicatio est: Nisi à familia dominus veneno interfectus

perfectus esse dicatur. M.I.C.d. except.1.repl.1.Accedit Vill. d.H.27. Hæc de officiis hæredum. Sequitur nunc de actionibus pro persequenda hæreditate competentibus.

# *DE ACTIONIBVS HÆreditatis persequendæ.*

## *CAP. VIII.*

### DE PETITIONE HÆREDITATIS.

QVIBVS competat petitio hæreditatis, vide s̃.cap.5. reg.1.cum octo sequentibus. item cap.6. regul.2.cum sequentibus, vsque ad reg.14.

### ADVERSVS QVOS PETITIO hæreditatis competit?

I. Regula. Aduersus possessorē hęreditatis vel rei hæreditariæ petitio hæreditatis competit. M.I.C. lib.11.cap.2.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi non pro hærede, neque pro possessore, sed titulo possideat. M I. C.d.reg.1. except.1. Accedit Vill. H. 23. ibi: sicut petitio. Huius replicationes vide apud Vill.d. H.23.in fine. Altera exceptio videtur: Nisi possessor putet se titulo possidere. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill.P.214.

### QVANDO ET QVAMDIV hæreditatis petitio competit?

II. Regula: Viuente testatore, nec hæreditas, nec legitima peti potest. Viu.lib.1.legitima non debetur, num.1.Cuius exceptio prima est in filiis Iudæorum conuersis, qui viuente patre possunt petere legitimam. Viu.d. legitima non debetur, num 6. Altera exceptio est in eo qui ingressus est monasterium, cuius filij tanquam eo mortuo possunt petere legitimam. Viu.d. legitima non debetur, num.7. Quæ tamen exceptio est controuersa apud Gabriel. lib. 6. de legitima, conclus.1.num.67.cum sequente.

III. Regula: Petitioni hæreditatis non nisi triginta annis præscribitur.M.I.C. lib.11. cap.1. quæst.7.reg.2. Accedunt ea quæ habentur s̃.cap.6.post reg.13.except.7.in fine.

IIII. Regula: Nisi ergo intra triginta annos petita sit hæreditas, postea petenti obstat præscriptio. M.I.C.d.reg.2. Cuius exceptio prima est:Nisi hęreditas nondum fuerit delata.

lata. Quæ exceptio approbatur exemplo filię per statutū exclusæ, donec supersunt masculi. huic enim interim non currit præscriptio Vill. F. 139. item Fichard. in addit. vlt. ad Vill. F. 60. Altera exceptio est: Nisi filius in vna causa præscriptione exclusus, ex alia causa hæreditatem petat. hoc enim casu non nisi sexaginta annorum præscriptione excluditur. Soarez. A. 70. Vill. H. 3⁻. ibi: sed Suarez. Viu. lib. 1. hæreditatem adeundi, num. 7 Idem lib. 2. filij non obstante, num. 1. Gabriel. lib. 5. de præscriptionibus, conclus. 9. num. 3. cum seq. vbi controuertitur. Eius replicatio est: Nisi filius in testamento non fuerit solus hæres scriptus, sed habuerit cohæredes: tunc enim nō nisi triginta annos habeat. Vil. d. vers. sed Suarez. ibi: & nota quod. & Gabr. d. cōcl. 9. nu. 4. Tertia exceptio est: Nisi actor ignorauit hæreditatem sibi esse delatam: hoc enim casu aduersus triginta annorum præscriptionem succurritur ei ope restitutionis in integrum. Viu. d. hæreditatem adeundi, num. 2. & sequente. & d. filij non obstante. nu. 2. Huius replicatio est: Nisi quadraginta anni excesserint: aduersus hâc enim in integrum restitutio non datur. Quæ replicatio est controuersa apud Viu. d. hæreditatem adeundi, num. 4. & 6. & d. filij non obstante, num. 2. De qua plura dicentur j. in integr. restitut.

## ADIVNCTA PROPOSITÆ actionis.

V. Regula: Successio ex testamento regulatur secundum naturam successionis ab intestato. Turz. reg. vlt. Iul. Clar. in §. testam. q. 42. vers. quæ quidem conclusio. 7. ibi: secundò facit. Cuius exemplum habetur apud Iul. Clar. d. §. testam. quæst. 76. vers. secundò 13. Plures huius loci regulas vide j. cap. prox. reg. 36. cum sequentibus.

## DE INOFFICIOSO TEstamento

VI. Regula: Liberis testatoris & parentibus iniquè exhæredatis vel præteritis inofficiosi quærela competit ad rescindendum testamentum, & hæreditatem ab intestato restituendam, vel saltem ad legitimam consequendam. M. I. C. lib. 11. cap. 4. q. 2. & M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 17. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi testator miles fuerit & iure militari testatus sit. M. I. C. d. q. 2. except. 1. Quæ exceptio hodie dicitur esse sublata apud Iul. Clar. in §. testam. q. 40. vers. sed quæro. Vide.

10. Vide item de except. proposita s. cap. 2. reg. 7. except. 72. replic. 11. Altera exceptio videtur: Nisi filius emancipatus sit iniquè exhæredatus. Sed reprobatur apud Iul. Clar. d. q. 40. vers. item quæro. De qua re vide item s. cap. 2 reg. 7. except. 72. repl. 1. Tertia exceptio est: Nisi filia per statutum existentibus masculis exclusa, exhæredata vel præterita sit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur j. except. 5. repl. 1. Quarta exceptio: Nisi illegitimi liberi præteriti sint vel exhæredati. De hac exceptione vide d. except. 72. repl. 4. Quinta exceptio est: Nisi exhæredatus vel præteritus ab intestato hæres esse non possit. M. I. C d. q. 2. excep. 14. Accedit Viu lib 1 legitima non debetur, num 9. vers. ratio huiusmodi. Iul. Clar. in § testam. q 42 vers. quæ quidem conclusio. 7. ibi: qui ergo est exclusus. Huius replicatio est: Nisi filia præterita vel exhæredata stantibus masculis statuto ab hæreditate excludatur. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. d. vers. quæ quidem conclusio. Gabriel. lib 6. de statutis, concl. 4 num. 16 cum quinque sequentib Turz. opin 162. ibi: & ad solutionem. Vil F. 60 & 137. Viu. lib. 1. statutum excludens fœminas, num. 16. Sexta exceptio est: Nisi iusta exhæredationis causa fuerit M I. C d. q. 2 except. 17. & M. I. P. d. reg. 17. except. 1. Accedit Vill. L. 59. Declaratur exceptio proposita enumeratione iustarum causarum exhæredationis, s. cap. 2. reg 7. except. 76. & 77. Huius exceptionis replicationes vide s. d. reg 7. except 73. cum sequentibus, vsque ad finem capitis. item c. 6. post reg. 13. except. 1. repl 2. cum sequente. Septima exceptio est: Nisi in testamento pupillari vel furiosi, quod pater ei fecit, exhæredatio vel præteritio facta sit. M. I. C. d. q 2. except. 24 & M. I P. d. reg. 17. except. 2. Controuersa est hæc exceptio apud Vill. S 133. ibi: & matrem excludit. item nu. 136. cum sequente. item Viu. lib. 1. legitima matri. Octaua exceptio: Nisi actor iudicium defuncti agnouit, & id quod in testamento ei relictum est, petiit. M. I. C. d. quæst. 2. except. 32. Cuius replicatio est quoad legitimam, cuius petitioni exceptio proposita non obstat. Gabriel. lib. 6. de legitima, concl 8 num. 2. Nona exceptio: Nisi frater actoris iudiciũ defuncti agnouerit. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib. 1. filij debent. ibi: secundum est Decima exceptio: Nisi præteritus vel exhæredatus hæreditati renunciauerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur s. capit. 6. reg. 9. except. 3. item

reg.13.except.8. Vndecima exceptio: Nisi parens exhæredati vel præteriti hæreditati renunciauerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur d. reg.9.except.4. Duodecima exceptio: Nisi prçterito vel exhæredato per statutum legitima denegetur. controuertitur apud Vill. A.153. L.62. cum addit. Fichardi. Idem Fichard. in addit. ad Villal. S.101. Viu. lib. 1. statutum. §. institutio patris. vers. limitatur isthæc. Gribald. in verbo Legitima. vers. per statutum. item versic. statutum non solùm. Decimatertia exceptio: Nisi hæreditas sit indiuidua: vt regnum. Vill. L.62. in addit.2. in prin. Decimaquarta exceptio: Nisi defunctus prçterito vel exhæredato inter viuos donauerit, vel pro eo mulctam soluerit. M. I. C. lib.11.c.5.rep.4. Controuertitur apud Viu. lib.1. donatio facta à patre, num.3. & 5. item eod. lib.1. statutum disponens quòd pater. ibi: notáque ex prædictis quòd pater. Decimaquinta exceptio: Nisi defunctus pro filia præteriti vel exhæredati dotem dederit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.3. de iure dotium, conclus.5. Decimasexta exceptio: Nisi defunctus pro matre præteriti vel exhæredati dotem dederit. Vill. D.165. Contradicit Gribald. legitima. versic. dos data filiæ, cum duob sequentibus. Decimaseptima exceptio: Nisi actor Trebellianicam sit consecutus. reprobatur sub conditione apud Viu. lib.1. legitima non debetur, num.12. Sed & distinguitur apud Gabriel. lib.6. de legitima, conclus.1. num.44. cum duobus sequentibus. Vide item J. cap.10. reg.1. except.3. Decimaoctaua exceptio: Nisi actor legitimam sit consecutus. M. I. C. lib.11. cap.5. & M. I. P. d. reg.17. except.4. Declaratur exceptio proposita definitione legitimæ, M. I. C. d. cap.5. in prin. vbi triens bonorum pro legitima constituitur, nisi defunctus plures quàm quatuor liberos reliquerit: tunc enim semis constituitur. Legitima tamen ascendentium sine discrimine est triens. Vill. L.60. vers. legitima patris. Gribald. in verbo Legitima. vers. sicut aucta. Item adrogatorum quadrãs. Vill. Q.2. Ex causa etiã statuto legitima minui potest. Vill. L.62. Ex bonis tamen primogenituræ legitima cæteris non debetur. Viu. lib.2. legitima. Hoc item loco notandũ, quod Franciscus Balduinus in suo Iustiniano annotauit, nihil interesse, siue dicamus dari omnibus trientem totius hæreditatis, siue singulis trientem eius portionis quæ ei ab intestato deberetur. Plura de legitima vide J. reg.14. cum sequentib. Hæc

pro declaratione exceptionis sint dicta. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non iure institutionis, sed alio modo actori legitima fuerit relicta. M.I.C.d.c. 5.repl.1.& 2. Accedit Vill.L.57. Viu.lib.1.filij sunt, num.2. Iul. Clar. in §.testam.q 38.vers.1.cum duob.sequentibus. Ratio & vsus huius replicationis habetur apud Iul. Clar. d. q. 38. vers.neq; credas. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi dixerit testator, Relinquo filio meo centum. Quæ duplicatio reprobatur d.q.38.vers.quid verò si pater. Altera duplicatio est: Nisi testator dixerit, Relinquo centum pro legitima, vel pro Falcidia. Quæ duplicatio est controuersa d. q. 38.vers.sed quid si dicat, vbi magis approbatur. Tertia duplicatio est: Nisi dixerit testator, Relinquo filiæ meæ centum pro dote. Quæ duplicatio controuertitur, & magis approbatur d.q.38.vers. quid autem si testator.12. Quarta duplicatio est: Nisi testator relictis filio centum adiecit, quòd nihil vltrà petere posset. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen reprobatur d.q.38.vers.pręterea quęro. Quinta duplicatio videtur: Nisi pater vel alius ex ascendentibus de inofficioso agat. Quę tamen duplicatio reprobatur apud Vill. L.58.& 62.in addit.2.ibi: circa quam, vbi refertur contraria opinio Bartoli & Baldi. Iul. Clar.d.q.38.vers.sed quæro tu scis. Sexta duplicatio est: Nisi talis causa interueniat, ob quam legitima fuerit priuandus. Vill.L.59. Septima duplicatio est: Nisi vir sapiens, cuius dictamini testator testamentū permisit extendendum, adiecerit, Titulo institutionis. Quæ duplicatio est controuersa apud Iul. Clar. d. q. 38. vers.vlterius. Octaua duplicatio est: Nisi is qui ingredi religionem voluit, testatus sit. d. q.38.vers.item quęro. 6. Nona duplicatio videtur: Nisi filiæ relictum sit sine titulo institutionis. Quę duplicatio reprobatur d.q.38.vers.sed quid in filia.7. Decima duplicatio est: Nisi actor id quod accepit, non restituat vel conferat. M.I.C.d.repl.1.dupl.1. Cuius triplicatio videtur: Nisi quod accepit, dilapidauerit. Sed reprobatur apud Turzan. opin.181.num.1. Viu.lib.1.statutum disponens quòd pater. ibi: & hoc casu quando filius. Vndecima duplicatio videtur: Nisi inter viuos defunctus actori donauerit, vel pro eo soluerit. Sed controuertitur s.except.14.cum sequente. Hęc de duplicationibus propositę replicationis sint dicta. Quibus addendum, quòd replicatio proposita iure canonico quibusdam videatur mutata & sublata esse. Vill.L.

57.in fine.& 58.in addit.item P.35.cum sequente.Controuertitur tamen hæc mutatio, & magis reprobatur apud Iul. Clar.d q.38.verſ.hęc etiam.3. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi non tota legitima relicta ſit titulo inſtitutionis.Quæ tamen reprobatur apud Iul.Clar.d.q.38.verſ. ſed nunquid. Tertia replicatio eſt: Niſi ex donatione inter viuos perceperit legitimam. Quę replicatio controuertitur s̃. except. 14. cum ſequente. Quarta replicatio eſt: Niſi ex l. hac edictali, &c. actor perceperit legitimam. Villal. B. 31. & F.110.Quinta replicatio eſt:Niſi actor in legitima ſit grauatus.M.I.C.d.cap.5.replic.5 & 6. & M.I.P.d.except.4.repl.1. Accedit Viu. lib.1.legitimæ nullum, in prin. Turz.opin.142. Huius duplicatio prima eſt: Niſi pupillaris ſubſtitutio in legitima ſit facta. M. I. C. d. replic. 5.duplic.1. Cuius triplicatio eſt: Niſi non directa,ſed fideicommiſſaria ſubſtitutio ſit impuberi facta. Viu. libro 1. legitima non debetur, num. 9.Huius quadruplicatio eſt:Niſi non ipſe filius,ſed eius hęredes rogati fuerint reſtituere. Viu.d.nu.9.ibi.limitatur. Iul. Clar. in §. teſtam. q. 72. verſ. tertius eſt. ibi: vtilitas autem Gabriel.lib.6.de legitima,concl.1.num.34. Quo caſu in dubio hæredibus, non filio præſumitur iniunctum fideicommiſſum,per ea quæ habentur s̃. lib.2.cap.10.in verbo Fideicommiſſum.Altera duplicatio eſt: Niſi per Trebellianicam vel Falcidiam ex aſſe hæres inſtitutus filius legitimam retinere poſſit.M I.C.d.repl.5.dupl.6. Contradicit Villal. F.108. cum duab.additionib.Fichardi. De qua re vide plura j.cap. 10.reg.1.except.3.Tertia duplicatio eſt.Niſi ne intra certam ætatem alienaret,grauatus ſit. Quę duplicatio eſt controuerſa apud Vill. P. 31.cum addit. Viu. lib.1.legitimæ nullum ibi: limitatur. magis tamen approbatur Iul. Clar. §. fin. q. 78. verſ. item quęro. 10. ibi: & etiam in omnem caſum. & Gabriel.lib. 6. de legitima,concluſ. 1.num.21.& 66. Quarta duplicatio eſt: Niſi filius cum grauamine inſtitutus cohæredem non habeat. Vill F.119. Planè iure nouo,quidquid ad grauandum actorem in legitima eſt adiectum,pro non adiecto habetur. Ideóque replicatio propoſita hodie videtur ſublata. M. I. C. d. replic. 5.in fine.& M.I.P.d.repl.1.Accedit Viu.lib.1.legitima non debetur,num.2. Gabriel.lib.6.de legitima,concl.1. Iul. Clar. in §.teſtam.q.39.verſ.ſed quæro.4. ibi:dubium autem.item q.72.verſ.circa primum.Planè mutatio hæc, quòd grauamen reiiciatur, plures recipit diſtin-
ctiones,

ctiones,partim certas,partim controuersas,quas enumerat Gabriel.in d.concl.1.ad quas etiam pertinentiam dictæ duplicationes. Hæc de quinta replicatione. Sexta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi actor legitimam non ex testatoris bonis,sed aliunde sit consecutus. M.I.C.d.c.5.repl.7. Accedit Viu.lib.1.filij debent,in prin. Huius duplicatio prima est: Nisi ex fructibus medio tempore perceptis legitimam sit consecutus. M.I.C.d.repl.7.dupl.1.item d.c.5.repl.5. dupl.2. Controuertitur apud Gabriel.d.conclus.1.nu.38.cum quinque sequentibus.Viu.d filij debent.ibi:imò dic. Altera duplicatio est:Nisi à patre,socero vel fratre testatoris acceperit. Quę duplicatio approbatur & distinguitur ĵ.replic.5. duplic.1. & 2. Septima replicatio est: Nisi in pecunia numerata, & non in singulis rebus hæreditariis actori legitima soluatur. De hac replicatione vide ĵ.reg.16. Octaua replicatio est:Nisi in feudo actor legitimam acceperit.nam feudum actori non computatur in legitimam. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur per ea quę congessi in tractatu feudali cap.2. q. 5.reg.6. Nona replicatio est: Nisi dotis vel donationis ante nuptias nomine legitimam agens sit consecutus. Quæ replicatio reprobatur M.I.C.d.cap.5.repl. 10.Accedit Gabriel.lib.6.de legitima,conclus.8.num.4.item accedunt ea quæ habentur s̃. except.15. & 16. Admittitur,si alius quam testato dotem dederit vel donauerit per ea quæ s̃.repl.6.sunt proposita. Cuius distinctionis duplicatio prima est: Nisi auus nepoti dotem dederit: hęc enim nepti in legitimam, quam in bonis paternis habet, imputatur. Gabriel.lib.3.de iure dotium,conclus.5.num.12.Cuius triplicatio prima videtur:Nisi auus maternus,non paternus dotem dederit. Quę triplicatio reprobatur d. conclus. 5.num. 14. Altera triplicatio est: Nisi constaret neptem contemplatione sui ipsius,& non patris, ab auo dotatam esse.d.conclus.5. num.16. Tertia triplicatio est:Nisi pater pauper sit,qui non teneretur filiam dotare. Hęc triplicatio est controuersa d. conclus.5.num.15. Hęc de prima duplicatione.Altera duplicatio est: Nisi à fratre testatoris patruo suo actrix dotem acceperit.d.conclus. 5.num.13. Decima replicatio est: Nisi connumerata patre fratris non agentis actor minus legitima sit habiturus.M.I.C.d.c.5.repl.14. Quæ replicatio in filia per statutum exclusa,an ea non faciat partem,controuertitur apud Gabriel. libro 6. de legitima, conclus. 2. Gribald.

in verbo Legitima, verſ. vlt. Vndecima replicatio videtur: Niſi poſt mortem aucta hæreditate teſtatoris, minus legitima habeat actor. aucta enim hæreditate, augeri quoque legitima videtur. Sed hæc replicatio reprobatur M. I. C. d. cap. 5. repl. 13. Accedit Villal. F. 103. in addit. Viu. lib. 1. legitima non debetur, num. 3. ibi: debita de ſubſtantia. Duodecima replicatio eſt: Niſi cum actor in vita teſtatoris legitimam eſſet cōſecutus, poſtea auctis bonis teſtatoris tempore mortis eius minus habeat legitima. Hæc replicatio eſt controuerſa apud Viu. d. legitima non debetur, nu. 8. Vill. F. 106. Decimatertia replicatio videtur: Niſi legitimam quam conſecutus eſt actor, dilapidauerit. Quæ replicatio reprobatur apud Turz. opin. 181. nu. 1. Hæc de decimaoctaua exceptione Decimanona exceptio: Niſi actori aliquid teſtator reliquerit: hoc enim caſu inofficioſi querela ei denegatur, & datur tantùm actio ad ſupplementum legitimæ. De qua j. reg. 12. cum ſequentibus dicetur. Plures huiuſmodi exceptiones vide j. d. reg. 12. except. 1. cum duobus ſequentibus. Hæc de ſexta regula.

VII. Regula, Non ſolùm liberis, ſed etiam parentibus teſtatoris præteritis vel iniquè exhæredatis inofficioſi querela competit. M. I. C. lib. 11. cap. 6. q. 1. reg. 2. Accedit Viu. lib. 1. filius inſtitutus. §. inſtitutio, nu. 1. Cuius rationes quinque ſubiiciuntur d. §. inſtitutio, nu. 1. cum quatuor ſequentib.

VIII. Regula, Fratri & ſorori defuncti præteritis vel exhæredatis inofficioſi querela non datur. M. I. C. d. q. 1. reg. 3. Accedit Iul. Clar. in §. teſtam. q. 50. in prin. Cuius exceptio eſt: Niſi turpis perſona hæres inſtituta ſit. M. I. C. d. reg 3. except. 1. Accedit Iul. Clar. d. q. 50. in prin.

IX. Regula, Hæredibus, exhæredati vel præteriti inofficioſi querela non datur. M. I. C. d. quæſt. 1. reg. 5. Cuius exceptio eſt quoad ſupplementum legitimæ: hæc enim actio hæredi non denegatur. Viu. lib. 2. filio ſupplementum. ibi: quia defuncto. Huius replicatio videtur: Niſi defunctus ſuā voluntatem viuus non declarauerit. Sed reprobatur d. filio ſupplem. ibi: & hæc communis. item d. verſ. quia defuncto.

X. Regula: Fiſcus, bonis præteriti vel exhæredati publicatis, poteſt detrahere legitimam. Iul Clar. in §. fin. quæſt. 78. verſ. item quæro. 10. ibi: & etiam in omnem.

XI. Regula: Quærelæ inofficioſi teſtamenti quinquennalis præſcriptio nocet. M. I. C. d. cap. 6. quæſt. 6. reg. 1. Cuius ex-

ius exceptio prima est: Nisi ad supplementum legitimæ agatur: hoc enim casu non nisi triginta annorum præscriptio nocet. Vill. F.104. cum sequente. I.184. in addit. vbi Bartolus dicitur contrarium sensisse. item Fichard. in addit. 2. ad d. I. 184. Viu. lib. 1. legitima non debetur, nu. 11. Soarez L. 90. Gribald. in verbo Legitima, vers. ius petendi. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi testamentum ipso iure sit nullum: tunc enim non nisi triginta anorum præscriptio nocet. Iul. Clar. in §. testam. quæst. 40. vers. neque putes. Cuius exemplum est, si sine causa facta sit exhęredatio. Vill. Q.4. Tertia exceptio est: Nisi filio temporis pręscriptione excluso, nepos ex eo agat: huic enim prescriptio quiquennij, quo pater agere potuit, non obstat. Vill. N. 12.

## DE ACTIONE AD SVPplementum legitimę.

XII. Regula: Si iniquè exhęredato vel pręterito aliquid testator reliquerit: inofficiosi querela ei denegatur, & pro ea datur actio ad supplementum legitimę. M. I. C. d. cap. 6. in fine, reg. 1. Accedit Vill. L. 60. in prin. Viu. lib. 2. filio supplementum; in prin. Huius regulæ except. prima est: Nisi actor non confecerit inuentarium. Quæ except. reprobatur apud Vill. F. 107. I. 94. Fichard. in addit. ad Vill. L. 56. Viu. lib. 1. hæres extraneus, num. 5. Gabriel. lib. 6. de legitima, conclus. 7. vbi controuertitur. Altera exceptio est: Nisi actor rem alienari prohibitam alienauerit: hanc enim censetur elegisse pro sua legitima. Viu. lib. 1. filij debent, in fine. Tertia exceptio videtur: Nisi testator legitimam detrahere prohibuit, vel rogauerit actorem, vt relicto esset contentus. Sed reprobatur apud Villal. P. 390. Reprobatur item & distinguitur apud Iul. Clar. in §. testam. q. 72. Quarta exceptio est: Nisi actor vel actrix hæreditati cum iuramento renunciauit. Quæ exceptio reprobatur sub conditione per ea quæ proposita sunt s. cap. 6. post. reg. 9. except. 3. repl. 1. dupl. 2. tripl. 3. Quinta exceptio est: Nisi fratre præterito vel exhæredato, turpis persona instituta sit: hoc enim casu non tantùm ad legitimam agi potest, sed etiam inofficiosi querela, vt totum testamentum rescindatur: Quę exceptio est controuersa apud Iul. Clar. in §. testamentum. q. 50. vers. sed quęro. cum sequente. Sexta exceptio est: Nisi non titulo institutionis præterito sit relictū, sed alio modo. Iul. Cla. d. q. 50.

vers. pone ergo. ibi: neque verum est. Huius replicationes vide s. reg 6. except. 18. repl. 1. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s. d. reg. 6. Nam ex quibus causis inofficiosi querela denegatur, ex iisdem actio ad supplementum legitimæ videtur deneganda.

XIII. Regula, Actio ad supplementum legitimæ etiam aduersus legatarios pro rata competit. Viu. lib. 1 filij debent. ibi: & dato.

XIIII. Regula, Legitima ex singulis corporibus hæreditariis detrahenda est arbitrio boni viri. Quæ regula est controuersa. Eam enim affirmat Viu. lib. 1. legitima non debetur, num. 4. Contrà eam negat ac distinguit Gabriel. lib. 6. de legitima, conclus. 3.

XV. Regula, Actor non potest vnam rem pro sua legitima eligere. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d. lib 6 de legitima, concl 4. & 6. Gribald. in verbo Legitima, vers. 1.

XVI. Regula, Legitima non est actori assignanda in pecunia numerata, sed in bonis defuncti. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. d. conclus. 3. num. 2. cum duobus sequentibus. item d. lib. 6. de legitima, concl. 1. nu. 42. Viu. lib. 1. filij debent, in prin.

XVII. Regula, In actione proposita fructus quoque veniunt à morte testatoris. Viu. lib. 2. filio supplementum. versic. vltim.

XVIII. Regula, Actioni ad supplementum legitimæ non nisi triginta annis præscribitur. De qua re vide s. reg. 11. except. 1.

XIX. Regula, Ad supplementum legitimæ condictio ex lege datur. Vill F. 03.

XX. Regula; Actio hypothecaria ad bona defuncti pro legitima non datur. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de legitima, conclus. 5.

## DE CONTRATABVLAS bonorum possessione.

XXI. Regula, Liberis & parentibus, necnon aliis quos ex aliqua parte hæredes institui necesse est, in testamento præteritis, contra tabulas bonorum possessio ex edicto prætoris datur. M. I. C. lib. 11. c. 7. q. 1. Quod tamen remedium hodie tantùm datur filio emancipato cum causa præterito.

Soarez

Soarez B. 48. Huius regulæ exceptio est: Nisi alius sit proximior ab intestato hæres, quàm est actor. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s̃.cap.6.post reg.9.except. gener. 1. Cuius replicatio est: Nisi proximior hæreditatem non agnoscat. Soarez B. 47.

XXII. Regula: Si vnus ex liberis defuncti hæres sit institutus ex minore parte quàm ab intestato habiturus esset, potest is commisso per alium edicto, per contratabulas bonorum possessionem tantam partem petere, quantam ab intestato habiturus esset. M.I.C.d.cap.7.q.3.reg.2. Cuius exceptio videtur: Nisi præteritus præteritioni consenserit, nec contratabulas bonorum possessionẽ petierit. Quę exceptio reprobatur apud Iul. Clar in §.testam.q.43. vers. successiuè, in fine. & vers. vlt. De qua re vide item s̃.cap.2.reg.7.except. 72.replicatio 15.

XXIII. Regula: Præteritus non solùm contratabulas bonorum possessionẽ petere potest, sed etiam habet ius dicendi testamentum nullum. M.I.C.d.cap.7.q.5.reg 2. Accedit Iul. Clar.d.vers.successiuè. & d.vers. vlt. in prin.

## DE INTERDICTO QVORum bonorum.

XXIIII. Regula: Si alicui bonorum possessio competit, interdicto Quorum bonorum corporalem possessionem adipiscitur. M.I.C.lib 11.cap.10.q.3 reg.1. Accedit Vill. H.23 Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi iure ciuili, non prætorio successio competat. Sed reprobatur apud Fichar. in addit. 2. ad Vill. Q.4. Altera exceptio videtur: Nisi ex statuto vel consuetudine successio competat. Sed reprobatur apud Vill. I. 87.

XXV. Regula: Interdictum Quorum bonorum datur aduersus possessorem rerum hæreditariarium. M.I.C.d.cap. 10 quæst. 5. reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi non pro hærede, neque pro possessore, sed titulo possideat. M.I.C. d.reg.1. except. 1. Accedit Vill. H.23. vbi etiam huius exceptionis replicationes habentur. Altera except. videtur: Nisi possessor putet se titulo possidere. Quæ tamen reprobatur apud Vill. P. 214.

## DE MISSIONE IN POSSESsionem ex l.3 C.de Edicto diui Hadriani tollendo.

XXVI. Regula: Si quis in testamento hæres scriptus sit, potest vi constitutionis d.l.3. exhibito testamento coram iudice petere, vt in possessionem rerum hæreditariarum mittatur. M.I.C. d. cap. 10. de missione, q.2. reg.1. Accedit Vill. H. 23. Viu. lib. 1. iudex tenetur. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alius contradicat. M.I.C.d. reg.1. except. 2. Cuius replicatio prima est: Nisi causa altiorem indaginem requirat. M.I.C.d. except. 2. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi contradictor titulum non habeat. Vill. P. 186. Tertia replicatio: Nisi ex causa fideicommissi contradicat. controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 4. de fideicommissis, conclus. 5. Altera exceptio videtur: Nisi ex substitutione, non ex institutione petatur hæreditas. Sed reprobatur apud Villal S.141. Tertia exceptio est: Nisi non ex testamento, sed ab intestato petatur hæreditas. Vill. H. 23. ibi: quod remedium Fichar. in addit.2. ad Vill. I.4. Hactenus de hæreditate tam ex testamento, quàm ab intestato, necnon de actionibus eius persequendæ sit dictum. Nunc de legatis & fideicommissis agetur.

## *DE LEGATIS ET FIdeicommißis in genere.*

## *CAP. IX.*

PRima regula: Legati appellatio in lege XII. tabul. latissimè accipitur, vt etiam hæredis institutionem contineat. M.I.C. lib.12. cap.1. q. 1. in prin. Hodie tamen non habet vim institutionis. Vill. V. 24. Fichard. in addit. ad Vill. L. 9. De qua re vide item s̃. cap. 2. reg. 7. excep. 43. repl. 1.

II. Regula: Legatum non est pars testamenti, sed accessorium. Viu. lib. 2. legatum est.

III. Regula: Dominium rei legatæ ad legatarium pertinet. M. I. C. lib. 12. cap. 2. reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi hæreditas adita nondum fuerit. M.I.C.d. reg.1. excep. 4. Quo tamẽ casu adita postea hereditate fingitur à morte testatoris res legatarij fuisse. Vill. D. 109. Altera exceptio est: Nisi tacitè, nõ expressè res sit legata. Quæ exceptio est controuersa apud. Viu. lib. 1. legatum. §. dominium rei legatæ.

IIII. Regula: Hæres rem legatam alienare non potest, nec pignori obligare. M.I.C.d. cap. 2. reg. 2. & M.I.P. lib. 5. cap. 5. reg. 18. Accedit Vill. A. 95. Cuius excep. prima est: Nisi dotis nomin-

nomine alienauerit ex bonis fideicommisso relictis. M.I.C. lib.13.cap 17.quæst.3.reg.16. except.2. Accedit Vill.B.38.cum addit. Altera exceptio videtur: Nisi ob possidentis delictum alienatio fiat. Quę exceptio reprobatur apud Soarez A.160.

V. Regula: Res legata ad alium vsum, quàm cui à testatore deputata est, transferri non debet. Vill.V.48.

VI. Regula: Si creditor, cui legatum est accepto legato debitum petierit, exceptione submouetur. M.I.C. d.cap.2. reg.12. Cuius exceptio est: Nisi non compensandi debiti animo legatum sit. M.I.C. d.reg 12.except.3. Præsumitur autem factum animo debiti compensandi in creditore iuris vel consuetudinis, non autem in creditore voluntario. Villal.L.42.

VII. Regula: Legatarius actionibus hæreditariis non tenetur. M.I.C.d.cap.2.reg.14. Accedit Vill.V.64. Huius exceptio videtur: Nisi vniuersorum bonorum vsusfructus alicui sit legatus. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib.1.vsufructuarius cui. De qua re vide item ĩ lib.prox.cap.1.reg 16.except.6.

## DE EXCEPTIONIBVS ADVERsus legata & fideicommissa.

VIII. Regula: Legata regulariter quidem debentur legatario, & fideicommissa fideicommissario. M.I.C. libr. 12. cap.3. in princ. & M.I.P. lib.5.cap.5.reg.19. Cuius tamen regulæ plures sunt exceptiones: quarum prima hæc est: Nisi filiusfamiliâs vel seruus legauerit. M.I. C. dicto cap.3 exceptio.3.& M.I.P. d.regul.19.exceptio.1. Accedit Viu. libr.1. filiusfamiliâs regul.num.12. Cuius replicatio videtur: Nisi pater filiofamiliâs leganti consenserit. Approbatur M.I.P.d. except.1.replic.1.Sed reprobatur apud Viu.d.num.12.De qua re dictum quoque s̃.cap.2.reg.7.except.20. Altera exceptio est: Nisi ei legatum sit qui capax non est, & cum quo non est testamenti factio. M.I.C. d.cap.3. except.19. Exemplum est in legato relicto filio spurio, de quo vide s̃.libr. prox.cap.11. reg.23. Huius replicatio prima est: Nisi res extero alienari prohibita, extero legata sit: hoc enim casu æstimatio rei legatario debetur. Soarez A.145. Altera replicatio est: Nisi bannito & ob id incapaci res extra territorium bannientium sitæ sint legatæ. Turz.opin.148.Iul.Clar.in §.testamen. quæst.20.vers.& hæc quidem. Hæc de secunda exceptione:

cuius

cuius species aliquot sequuntur. Tertia exceptio est: Nisi fratribus mendicantibus, qui nihil proprium habere possunt, legatum sit. Hæc exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel lib.4.de hæredibus instit.conclus.1.& de legatis, conclus.1.Villal.L.36.Iulianus Clarus.in §.testament. quæst.29. Quarta exceptio: Nisi bannito sit legatum. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar.d. quæst. 20. Cuius replicationem vide s. except.2. replic.2. Quinta exceptio: Nisi deportato sit legatum. Iul.Clar.in §. testa.quæst.22.vers. si autem quæris. Sexta exceptio: Nisi Ecclesiæ sit legatum. Quæ exceptio reprobatur s. libr.prox. cap.6.reg.1. Septima exceptio: Nisi excommunicato sit legatum. Quæ exceptio reprobatur apud Gabriel.lib.4.de testament.conclus.3.num. 4. Vide item s.cap.2.reg.7.except.45. Octaua exceptio: Nisi ab impubere legatum sit relictum. Vill.P.40. Nona exceptio: Nisi à pupillariter substituto sit legatum. Quæ exceptio videtur subsistere per ea quę habentur M.I.C. lib.12.cap.4.except.40. Nec enim hic è testatoris, sed è pupilli bonis percipit. Sed reprobatur apud Vill.S. 138. Decima exceptio: Nisi res aliena sit legata. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.lib. 12.cap.5.except.49. Accedit Villal. L.31. Admittitur exceptio proposita primùm, si res Ecclesiæ alij sit legata. M.I.P. lib.5. cap.5.reg.19. except.3. Accedit. Vill.L.32.in addit. Contradicit. Vill.d.L.32. Deinde admittitur in re fisci, quæ ab alio legari non potest. At distinctio hæc reprobatur apud Villal.L. 33. Tertiò admittitur in re dotali alij legata, M.I.C. d.excep. 49.distinct.4. Sed reprobatur apud Vill.L.34. Quartò admitti videtur in re minoris. Sed & hæc distinctio reprobatur apud Villal.L.35. Quintò admittitur, si testator ius in re habuit, quod morte eius finitur. M.I.C. d.except.49.distinct.5. Accedit Vill.L.37. Sextò admitti videtur, si hæredis vel legatarij res ab eo legetur. Sed hæc distinctio reprobatur M.I.C. d.except.49. distinct.8. Accedit Iul.Clar. in §.testam. quæst. 71. vbi etiam distinguitur Vndecima exceptio: Nisi res alij obligata legata sit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.cap. 5.except.50. Accedit Viu.libr.2. legatum alicui. Duodecima exceptio: Nisi pœnæ nomine sit legatum. Hæc exceptio reprobatur M.I.C. lib. 12.cap.6. except.68 in fine. Admittitur tamen, si pœna annua modum vsurarum excesserit. Quæ distinctio controuertitur & distinguitur apud Fichar. in addit.ad Vill.T.70. Decimatertia exceptio: Nisi nutu legatum

sit vel

sit vel fideicommissum sine verbis. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.cap.6.except.72. Accedit Viu.lib.1.hæres quilibet.versi.vlt. Decimaquarta exceptio: Nisi non solennibus & directis verbis legatum sit. Hæc exceptio reprobatur M.I.C. d.cap.6.except.74.& M.I.P. d.reg.19. except.5. Accedit Vill.F.47. Vnde si testator disposuit, vt sua bona in perpetuum maneant filiis & hæredibus suis, eorúmque descendentibus, hæc verba vim habent fideicommissi. Villal.F. 48. Item hæc verba, Si Mæuio decem dederit: vel, Si sine filiis decesserit: vim habere vidētur legati vel institutionis. Quod tamen controuertitur M.I.C. d.excep.74. §.præterea verba sub specie. Reprobatur apud Vill.C.121. De qua re vide item s̄.c.5.reg.3. Item verba enunciatiua videntur habere vim legati. De qua tamen re vide s̄.lib.2.cap.10.versic.verba enunciatiua. Item vim legati habere videtur, si testator se referat ad aliud. quæ tamen species controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4. de testament.conclus.11. Decimaquinta exceptio: Nisi legatum in alterius voluntatem sit collatum: veluti, Si Titius voluerit. Quæ exceptio approbatur M.I.C. d.c.6.except.80. Accedit Vill.L.27. Fichard. in addit.ad Vill. R.19. Cuius replicatio: est: Nisi ad pias causas sit legatum. M.I.P. d.reg.19.except.6. Accedit Villal.d.L.27.& Fichard.in d.addit. Decimasexta exceptio: Nisi in testamento non iure facto & imperfecto legatum relictum sit. M.I.C. d.cap.6. except.85. Accedit Viu.lib.1. hæres cogi non potest, in princ. Gabriel.libr.4.de testam. conclus.5. num.1. Huius replicatio prima est: Nisi testator adiecit, vt valeret testamentum quacunque ratione valere posset. M.I.C. d.except.85.repl.1. Accedit Gabriel.d. conclus.5.num.9. Vide item s̄.cap.3.repl.10. Altera replicatio est: Nisi clausula codicillaris testamēto sit adiecta. M.I.C. d.except.85.replic.2. Accedit Villal.T.46. De qua re vide plura d.repl.10. Tertia replicatio est: Nisi ob iniquam exhæredationem vel præteritionem iniustum sit testamentum. M.I.C. d.except. 85. repl.5. Accedit Vill.L.23.T. 45.48.item 51.Iul.Clar.in §. testam. quæst.51. Cuius duplicatio prima est in legato magno, Villal.T.47. Contradicere videtur Iul.Clar.in d.§.testam. quæst.54. versic.1. Altera duplicatio est in legato, filio præterito vel exhæredato, qui rumpit testamentum, relicto. Vill.T.52.Iul.Clar.in §.testa.quæst. 54.versic.præterea. Tertia duplicatio est: Nisi testator posthumum ignorans eum præteriisset. Quæ duplicatio est controuersa

trouersa apud Vill.T.46.in addit.Iul. Clar.in §.testam.quæst. 52.versi.sed quid si.4. Plures huiusmodi duplicationes vide apud Iul.Clar.d.§.testam.quæst.51.cum tribus quęst.sequentibus. Quarta replicatio est: Nisi ob id non valeat testamentum, quòd testator per errorem instituit hæredem aliquem tanquam coniunctum, cum coniunctus non esset Vill.L.22. Quinta replicatio est:Nisi legatarius rem legatam possideat. hoc enim casu aduersus exceptionem hanc, Si res legata non esset: replicatio iniusti testamenti non datur. Vill.L.24. Viu.lib.1.hæres cogi.ibi: & ex possessione. Iul.Clar.in §.testamen.quæst.90.versic.hinc infertur.3 Cum naturalis obligatio subsit.Iul.Clar.d.quæst.90.versic.1.cum sequente.item Villal.L.21. Cuius duplicatio est in hæreditate,Iul.Clar.d.q. 90.versi. cæterùm.5.cum versic. sequente. Sexta replicatio est in libertate legata: huic enim proposita exceptio non obstat. M.I.C. d.except.85.replic.10.Accedit Gabriel lib.4.de testament.conclus.5.numer.5. vbi quodammodo in dubium vocatur. Septima replicatio est: Nisi testator concesserit legatario, quòd possit propria authoritate rem legatam occupare. Vill.L.20.Fichard.in addit.ad Vill.T.76.Viu.lib.1.hęres cogi. Octaua replicatio est quoad forum conscientiæ, quo tenetur hæres ad legata etiam in minus solenni testamento relicta soluenda.Iul.Clar.d. quæst.90. versic.secundò infertur.4 Cuius duplicatio est in hæreditate relicta. Nona replicatio est: Nisi ad pias causas legatum relictum sit. Viu. lib.1.testa.vers.sed hoc non.Gabriel.lib.4. de testamẽtis,conclus.5.nu.4. Declaratur definitione piæ causæ apud Gabriel. lib. 6.de pia causa, conclus.1.num. 10. Huius duplicatio est: Nisi ratione voluntatis imperfectum sit testamentum. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.d.testamentum,in prin. Plura de replicatione proposita vide s̄.cap.3.replic.8.Decima replicatio est: Nisi dilectę personæ testator legauerit.Gabriel.lib.4.de testam.concl.5.nu 2. Duplicatur in hæredis institutione, d.conclus.5. num.3. Vndecima replicatio est: Nisi liberis testator legauerit. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel.d. conclus.5.num.6. Duodecima replicatio videtur: Nisi hæres quibusdam legata soluerit. Sed reprobatur apud Iul. Clar.in §.testament. quæst.90. versic. vlt. Hæc de decimasexta exceptione eiusque replicationibus sint dicta: de quibus vide plura s̄.cap.3. item j.except.prox. Decimaseptima exceptio: Nisi testamentum,

mentum, in quo legatum relictum est, ruptum aut irritum sit factum. M.I.C. d.cap.6.except.86. Accedit Vill L.26. Huius replicatio prima est: Nisi agnatione posthumi qui præteritus est, ruptum sit testamentum. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur s.except.proxim.replic.3. Altera replicatio est: Nisi hæres promiserit se legata soluturũ. Quæ replicatio reprobatur apud Iul.Clar.in §.testamen.quęst.95. versi.in hoc tamen. Decimaoctaua exceptio: Nisi ob crimen læsę maiestatis vel simile bona testatoris sint publicata. Viu. libr.2.fiscus.versic.vlt. Decimanona exceptio: Nisi testator legatum rursus ademerit. M.I.C. lib.12.cap.7. causa 2. Cuius replicatio prima est: Nisi testator antea promisit se non ademturum legatum, etsi ademisset, quod velit donatum. Vill.L.28. Altera replicatio videtur: Nisi testator iurasset se soluturum legata. Hæc replicatio reprobatur apud Gabriel. lib.2.de iureiurando, conclus.1.num.23. Vicesima exceptio est: Nisi legatarius ante diem legati cedentem mortuus sit. M.I.C.lib.12.cap.8.causa 10. Huius species est, si legatarius ante conditionem legati existentem decesserit. M.I.C.d.causa 10. Accedit Turz.opin.178.num.1.Vill.F.40.cum sequente. Huius replicatio est: Nisi sub conditione legato relicto hæc clausula sit adiecta, Si conditio extiterit, exnunc lego. Quæ replicatio est controuersa apud Turz.opin.178.num.2.cum duob.sequentibus. Vicesimaprima exceptio: Nisi legatarius, antequam rem nactus sit, decesserit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.cap.8. causa 14. Accedit Vill. F.43. Vicesimasecunda exceptio: Nisi legatarius iussa testatoris non fecerit, nec modum legati impleuerit. M.I.C. d.cap.8.causa 15.& M.I.P. d.reg 19.except.8. Accedit Vill.V.48. Vicesimatertia exceptio: Nisi legatarius testamentum impugnauit, falsum aut inofficiosum dixit. M.I.C.d.c.8.causa 17. Accedit Turz. opin.124. Vicesimaquarta exceptio: Nisi legatum fuerit repudiatum. M. I. C. d.cap.8. causa 29. Huius replicatio prima est: Nisi alius quàm legatarius repudiauerit. M. I.C. d. causa 29.except.1. Cuius duplicatio prima est: Nisi legatum monacho relictum Abbas repudiauerit. Quæ duplicatio est controuersa apud Viu.lib.1. Abbas. Altera duplicatio videtur: Nisi legatum Ecclesiæ relictum prælatus repudiauerit. Sed reprobatur apud Viu. d. Abbas. ibi: & ista communis. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.li.4.de legatis, concl.3. Vicesimaquinta exceptio: Nisi cum vxori à marito legatum

legatum esset, ea post mortem testatoris intra annum luctus nuptias iterauerit, vel stuprum passa sit. Quæ exceptio controuertitur apud Gabriel.lib.3.de secundis nuptiis, conclu.5. num.2.cum sequente.Iul.Clar.in § stuprum. versic.6 in fine. Vicesimasexta exceptio: Nisi fideicommissarius directam ex testamento petierit hæreditatem: hoc enim casu postea ab intestato fideicommissum petens non admittitur. M.I.C. d.cap.8.causa 34. Accedit Gabriel.lib.2.de actionib.conclu.3. vbi etiam replicationes annotantur. Vicesimaseptima exceptio: Nisi legatarius testis in testamento sit adhibitus. Hæc exceptio reprobatur apud Vill.T 32. Vicesimaoctaua exceptio: Nisi legatarius tacitam fidem accommodauit ad restituendum ei qui capere non potest. M.I.C. d.c.8. causa 39. Accedit Iul.Clar.in §.fin.q.79.versic.quando hæres.7. Vicesimanona exceptio: Nisi ad eum, à quo legata relicta sunt, nihil ex testamento peruenerit. M. I. C. lib. 12 cap 9. causa 42. Cuius replicatio prima est: Nisi cum ab instituto legata relicta essent, substitutus hæres existat: tunc enim substitutus nihilominus legata debet, quamuis ad institutum, à quo legata relicta sunt, nihil peruenerit. M. I. C. d. causa 42. except. 1. ibi; secundum exemplum. Accedit Vill.L.39. Huius duplicatio prima est: Nisi alia fuerit mens testatoris. M. I. C. d.excep.1.repl.1.Accedit Villal. d.L 39 Altera duplicatio est: Nisi nomen hæredis instituti in legato sit expressum. Vill. L. 40. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi is à quo legatum relictum est, hæreditate indignus sit iudicatus. hoc enim casu nihilominus is ad quem portio indigni peruenit, legatum debet. M.I.C.d.excep.1.ibi: sextum exemplum. Accedit Vill.l.26. Tertia replicatio videtur: Nisi cum nemo hæreditatem acceptare vellet, fiscus successerit. hoc enim casu fiscus legata debere videtur, per ea quæ M. I. C. d. except.1. sunt proposita. verùm istis non obstantibus, replicatio hæc reprobatur apud Vill. d. l.26. Tricesima exceptio. Nisi ex testamento hęreditas adita non. M.I.C.d.exc.1. repl. 6. & lib. eod. cap. 11. causa 67. Cuius duplicatio prima videtur: Nisi legatum sit ad pias causas. Sed hæc duplicatio reprobatur apud Turz.opin. 40. Controuertitur apud Viu. lib.1.hærede non adeunte, num. 5. & sequente. Altera duplicatio est: Nisi suus hæres sit institutus: hoc enim casu etiam non adita ex testamento hæreditate, legata debentur: cum in suo hærede aditio necessaria non sit. Turz.d.opin.40.ibi:

& eam non procedere. Vide item de exceptione proposita §. cap.4.except.5. Tricesimaprima exceptio: Nisi res legata ex alia causa ad legatarium peruenerit. M.I.C lib.12.cap.10.causa 57. Cuius replicatio est: Nisi non ex lucratiua, sed onerosa causa res ad legatarium peruenerit. M.I.C.d. causa 57.exc.1. Accedit Vill.L.31.in addit. Tricesimasecunda exceptio: Nisi testator post legatum relictum dotem pro legataria dederit. Reprobatur hęc except. M.I C.lib.12.cap.11. causa 60. Sed approbatur apud Vill.F.140. Tricesimatertia exceptio: Nisi causa legati non sit secuta, nec modus impletur. M.I.C.d.cap.11.causa 61. Cuius replicatio prima est: Nisi dotis causa legato relicto, nuptiæ postea nō sint secutę. Quæ replicatio est controuersa apud Viu.lib.2.dotis legatum: Altera replicatio est: Nisi cum filię dos legata esset, vt nuberet A, ea postea nupserit B. Vill.L.13. Tricesimaquarta exceptio: Nisi cum in dotem legatum esset mulier viuo testatore nupserit, vel iam nupta sit, & ab alio sit dotata. Quę exceptio reprobatur apud Vill.L.31.in addit.ibi: vbi Paulus.



## LEGATVM VEL HÆREDITAS amissa ad quos deuoluatur.

IX. Regula, Si pater filio spurio legauerit, cognatis proximis defertur hoc legatum: quibus per duos menses cessantibus, fisco defertur. Villal. L.25.cum addit. Iul.Clar.in §. testam. quæst.31.vers.sed quid si pater.

X. Regula: Si legatarius ante conditionem legati existentem decesserit, legatum penes hæredem, à quo relictum est, manet M.I.C.lib.12.cap.12.q.1.reg.4. Accedit Vill.F.43.

XI. Regula, Si hæres vel legatarius testatoris iussa non fecerit, ad quos tunc iis relictum pertineat definitur. M.I.C. d.q.1.reg.6. Accedit Iul.Clar.in §.testam.q.69.vers.vlt.

XII. Regula, Si hæres, quod defunctum occiderit, eius hæreditate priuatur: hæreditas ad fiscum pertinet. Quę regula approbatur & distinguitur apud Iul.Clar.in §.homicidium. versic. 23.

XIII. Regula, Si legatarius se à tutela excusauerit, legatum ad pupillum transfertur. M.I.C.d.quæst.1.reg.7. Accedit Turz. reg.71.

XIIII. Regula, Si legatarius sit in metallum damnatus, vel deportatus, legatum non ad fiscum, sed ad hæredem, à quo relictum est, pertinet. M. I. C.d.q 1.reg.13. Accedit Iul. Clar.

Clar. in §.testam.quæst.22.vers.si autem quæris.2.

XV. Regula, Si filiusfamliâs ad pias causas testamentum fecit, legatum alij in eo relictum ad hæredes ab intestato pertinet. Villal. F.88.

XVI. Regula, Si hæres hæreditate tanquam indignus priuatus est, hæreditas ad fiscum pertinet. de qua regula vide s.lib.prox.cap.10.reg.4.

## DE ACTIONE LEGATORVM.

### QVIBVS DETVR HAEC ACTIO.

XVII. Regula, Si filiofamiliâs legatum sit patri datur actio. M.I.C.lib.13 cap.1.quæst.31.reg.2. Cuius exceptio est: Nisi vxor mariti filio legauerit, non habita mentione patris, nec patriæ potestatis. hoc enim filio non patri acquiritur. Villal. R.18.

XVIII. Regula, Si certis personis alicuius loci legatum sit, videtur relictum contemplatione loci. M.I.C. d.quæst.3. reg.16. Accedit Vill. L.30.

XIX. Regula, Si prælato legatum sit, Ecclesiæ debetur. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Turz.opin.14.

XX. Regula, Si Ecclesię relictum sit, in dubio parochiali Ecclesiæ debetur. Vill.L.17.

XXI. Regula, Si fratribus legatũ sit, etiam Priori debetur. Quæ regula approbatur sub conditione apud Vil.L.38.

XXII. Regula, Si pauperibus legatum sit, vel vt inter pauperes distribuatur: hęres vnum solum pauperem eligere non potest. Viu.lib.1.testator iubens.

### QVID QVALE ET QVANTVM veniat in actione legatorum?

XXIII. Regula, Si res alij obligata legata sit, hæres ad eam luendam & præstandam tenetur. M.I.C. lib. 13. cap. 3. reg. 3. Cuius exceptio est: Nisi testator ignorauit rem alij obligatam esse. M.I.C.d.reg.3.except.2. Controuertitur tamen apud Viu.lib.2.legatum alicui.

XXIIII. Regula, Quod rei legatæ decessit, hoc detrimentum hæres præstare non tenetur. M.I.C.d.cap.3. reg.10. Accedit Vill. L.54.cum sequente.

XXV. Regula, Fructus rei legatæ vsuræ & omnis causa in actione legatorum venit. M. I. C. d. cap. 3.reg.11. Accedit Villal. F.169.

XXVI.

XXVI. Regula, Si res legata præstari non potest: æstimatio eius debetur M.I.C.d.cap.3.reg.15.excep.1.Cuius exceptio est: Nisi ob rem legatã inutile sit legatum. hoc enim casu nec æstimatio eius debetur.M.I.C.d.reg.15.in fine,repl. gener. 1. Cuius exemplum est, si feudum sit legatum. hoc enim casu nec æstimatio feudi debetur. Iul. Clar. in §. feudum, q.40. vers. ex hac conclusione. Controuertitur & magis approbatur per ea quæ proposui in tractatu feudali cap. 2.quæst.7.reg.10.except.1.distinct.5.

XXVII. Regula, Si alij fundus, alij eiusdem fundi vsusfructus sit legatus: is cui fundus legatus est, non nudam habebit proprietatem, sed etiam dimidiam partem vsusfructus.M.I.C.d.cap.3.reg.17.except.3. Accedit Villal. V.53.cum duobus sequentibus.

XXVIII. Regula, Rebus quæ in loco aliquo sunt legatis, ea quę extra illum locum sunt non debentur. M.I.C.li.13. cap.4.de iis quæ ibi sunt legatis, reg.1.except.13.Cuius exceptio est: Nisi vestibus quę ibi sunt legatis, vestes ad vsum legatarij destinatæ extra illum locum sint. hæ enim nihilominus debentur. Gabriel.lib.1.de præsumpt.conclus.12.num.2.

XXIX. Regula, Eo quod ex hæreditate supererit legato, id quod medio tempore alienatum & deminutum est ex hæreditate non debetur. M. I. C. d.cap.4.de eo quod ex hæreditate supererit legato, reg. 1. Accedit Gabriel. lib. 4. ad Trebellian.conclus.13 in prin.& num.4.Cuius exceptio prima est: Nisi interuertendi fideicommissi causa sit deminutum M.I.C.d.reg.1.except.1. Accedit Gabriel. d. conclus. 13. num.1.In dubio autem videtur interuertendi fideicommissi causa deminutum. Gabriel.d.concl.13.nu.5. Altera exceptio est: Nisi vltra quartam hæreditatis partem rogatus deminuerit.M.I.C.d.reg.1.excep.3. Accedit Gabriel.d.conclus.13. nu.2.& nu.10. Huius exceptionis replicationes vide.M.I.C. d.except.3.& apud Gabriel. d.conclus.13.num.3.& 4.

XXX. Regula, Mobilibus rebus legatis, non veniunt nomina debitorum. Vill. L.44. De qua re vide item 5. libro prox.cap.16.reg.10.

XXXI. Regula, Si eidem centum, si vxorem duxerit: & ducenta, si non duxerit, sint legata: si vxorem duxerit, ducenta, non etiam alia centum debentur. M.I.C.lib.13 cap.6. quantum veniat, reg.11. Cuius exceptio est: Nisi legatarius clericus sit factus, vel legataria monasterium ingressa. tunc

enim vtrunque legatum consequitur. Villal.L.10.item R.19. Viu.lib.1.filię relinquens.Gabriel.lib.4.de legatis,conclus.2. vbi controuertitur & distinguitur.

XXXII. Regula,Si legatum pluribus relictum in vnius persona deficiat, cæteris accrescit. M. I. C. d. quæst. quantum veniat, reg. 25. except. 17. Cuius exceptio est: Nisi testator ius accrescendi inter legatarios prohibuerit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s. cap. 5. reg. 12. except.2.distinct.2.

## QVANDO COMPETAT ACTIO legatorum, & dies legatorum cedat?

XXXIII. Regula,Dies legatorum regulariter cedit à die mortis testatoris. M.I.C.libro 13. cap,7.reg.1, Cuius exceptio prima est: Nisi non purè,sed in diem legatum sit relictum.M.I.C.d.reg.1.except.1. Huius replicatio est: Nisi in diem certum,nō incertum legatum relictum sit; tunc enim à morte testatoris dies cedit, quamuis statim peti nō possit. M.I.C.d.excep.1.repl.1. Huius duplicatio est:Nisi id in diem certum relictum sit, quod ad hæredem non transit. M. I.C. d. replic. 1. dupl.1.Accedit Turz.reg.51. Altera exceptio est: Nisi sub conditione legatum sit relictum: tunc enim non nisi existente conditione dies legati cedit.M.I.C.d.reg.1.except.2.Cuius replicatio est:Nisi legatum sub conditione relictum,postea sine conditione sit repetitum. M.I.C.d. exc.2. repl. 11. Accedit Vill. L.41. Tertia exceptio est: Nisi ad pias causas relictum sit legatum:hoc enim non nisi ab adita hæreditate debetur. Vill. L.19.

XXXIIII. Regula,Si in diem vel ex die quid sit legatum;non nisi die veniente actio legati competit. M.I.C.d.c. 7.in prin.Cuius exceptio est: Nisi cum vxori legatum esset, si nuptias non iterauerit,& post mortem eius idem legatum Titio relictum: vxor nuptias iterauerit. hoc enim casu Titio legati actio competit, non expectata morte vxoris defuncti. Villal. L.12. Viu.lib.1.casus,num.1. Cui tamen videtur repugnare quod M.I.C. d. cap. 7. reg. 3. except. 1. est propositum.

## ADIVNCTA LEGATORVM actionis.

XXXV. Regula, Si cui sub conditione non faciendi

quid

quid sit relictum, non aliter datur ei legati actio, quàm præstiterit cautionem de non faciendo. M. I.C. libro 13. cap. 8. de cautione Mutiana, q. 2. Cuius exceptio est: Nisi testator cautionem illam legatario remiserit. M. I.C. d. q. 2. except. 5. Accedit Viu. lib. 1. cautionem, num. 3.

XXXVI. Regula, Coniectura in legatis & fideicommissis potest admitti. M. I.C. lib. 13. c. 9. reg. 2. Accedit Vill. F. 47. Cuius exemplum habetur d. F. 48. Accedit ad reg. propositam j. reg. prox. except. 2. Huius exceptio est: Nisi coniectura non sit sufficiens, nec ex testamento colligi possit. Iul. Clar. in §. testam. q. 78. in prin.

XXXVII. Regula, In testamentis voluntas testatoris scripto præferenda. M. I.C. d. ca. 9 reg. 8. Accedit Turz. opin. 178. num. 4. Iul. Clar. in §. testam. q. 76. vers. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi voluntas testatoris sit dubia, nec sàtis fuerit probata. M. I.C. d. reg. 8. except. 2. Accedit Villal. T. 70. cum sequente. Iul. Clar. d. q. 76 vers. vbi clarè. 4. Altera exceptio videtur: Nisi voluntas testatoris nō sit verbis expressa, sed coniecturis colligatur. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar. d. q. 76. vers. in vltimis. 2. in fine, cum vers. sequente. Accedunt ea quæ habentur s̃. reg. prox. in prin. Admittitur exceptio proposita primùm quidem, si non ex verbis testamenti, sed aliunde voluntas testatoris coniiciatur. De qua re vide s̃. d. reg. prox. except. 1. Deinde admittitur exceptiò proposita in substitutionibus. Iul. Clar. d. quæst. 76. versic. in aliis tamen. 3.

XXXVIII. Regula, In rebus dubiis ad morem regionis respiciendum. M. I.C. d. cap. 9. reg. 9. Accedit Villal. T. 72. cum sequente. item V. 18. cum addit. Iul. Clar. d. q. 76. vers. cæterùm si etiam. Plura de hac re vide s̃. lib. 1. cap. 1. quæst. 1. reg. 4. item j. reg. prox.

XXXIX. Regula, In dubio ex iure communi vel consuetudine fit interpretatio. Vill. T. 72. cum sequēte. Iul. Clar. in §. testam. q. 76. vers. in dubio. 11. Cuius exemplum habetur d. q. 76. vers. secundò infertur. 13. De quo vide item s̃. cap. prox. reg. 5. item s̃. lib. prox. cap. 10. in verbo Ius.

XL. Regula, In testamentis de casu ad casum fit interpretatio, per ea quæ habentur s̃. lib. 1. cap. 1. q. 1. reg. 1. excep. 4.

XLI. Regula, Verbum ambiguum accipit interpretationem ex alia parte testamenti. Iul. Clar. in §. testam. q. 76. vers. dixi quod. 5. cum vers. sequente.

XLII. Regula: Argumenta ex quibus testatoris voluntas sit coniicienda, enumerantur apud Iul. Clar. d. q. 76. vers. vbi clarè non apparet. 4.

XLIII. Regula, In dubio præsumitur testator minus grauare voluisse hæredem. Iul. Clar. d. q. 76. vers. testator, 9.

XLIIII. Regula, Quatenus testator dilexit instituendo, eatenus etiam censetur dilexisse substituendo. Iul. Clar. d. q. 76. vers. vlt.

## EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM regularum generalis.

Planè regula superior 36. cum sequentibus recipiunt exceptionem hanc: Nisi ratio recti sermonis non admittat interpretationem secundum dictas regulas in casu proposito. Iul. Clar. d. vers. vlt. in fine.

## QVÆ DE LEGATIS COMPETAT actio? & adfinia eius remedia.

XLV. Regula, De legato competit actio ex testamento in personam, in rem, & hypothecaria. M. I. C. lib. 13. cap. 10. reg. 1. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi quid in honorem testatoris faciendum legatum sit: hoc enim casu competit officium iudicis. M. I. C. d. cap. 10. reg. 9. Accedit Vill. L. 46. Altera exceptio est: Nisi legatum sit conditionale: hoc enim casu competit in factum actio. M. I. C. d. cap. 10. reg. 5. Accedit Villal. L. 47. Tertia exceptio, quoad rei vendicationem, hæc est: Nisi vniuersale fideicommissum vel legatum petatur, nondum apprehensa possessione: hoc enim casu rei vendicatio non datur. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill. L. 48. Quarta exceptio, quoad rei vendicationem, est in legato partis bonorum, Vill. L. 49. Quinta exceptio, quoad rei vendicationem, est in legato vnius rei duobus in solidum relicto, Vill. L. 50. Sexta exceptio, quoad actionem hypothecariam, est in re legata, ad quam actio hypothecaria legatario non competit. Vill. H. 60. & L. 51. & R. 31. Septima exceptio videtur: Nisi officium iudicis pro legato competat: hoc enim casu videtur actio in personam & in rem deneganda. Sed reprobatur apud Vill. L. 46. in fine. & 52. Octaua exceptio, quo ad actionem hypothecariam, hæc est: Nisi testator prohibuerit res suas pro legato obligari. Vill. H. 61. Iul. Clar. in §. testamen. q. 70. Postremò notandum, actionem

actionem hypothecariam pro legato dari non iure antiquo sed nouo. Villal.L.53.

XLVI. Regula: Si relicta venerabilibus locis non præstentur, in duplum actio est.M.I.C.d. cap.10.reg.3.Cuius exceptio est:Nisi monitio non sit præmissa. Vill.M.128. Huius replicatio est: Nisi generaliter ab Episcopo sit præceptum de legatis ad pias causas relictis soluendis. Villal. M. 129.

XLVII. Regula: De legato etiam ante diem legati cedentem vel venientem agi potest ad cautionem præstãdam die veniente legatum solutum iri.M.I.C. lib. 13. cap. 11. q. 1. Cuius exceptio est: Nisi testator cautionem istam hæredi remiserit.M.I.C.d.quæst.1.except.19.Accedit Viu.lib.1. cautionem, num.1. item in verbo Vsufructuarius cogitur. vers. vlt.Huius replic. videtur: Nisi hæres desinat esse soluendo. Quæ replicatio reprobatur M.I.C. d. except. 19. repl.1. Accedit Viu. d. cautionem, num. 2.

XLVIII. Regula: Si hæres non præstiterit cautionem supradictam, vel legatum non soluerit: legatarius in possessionem rerum hæreditariarum mittitur.M.I.C.lib.13.cap. 12.q.1.causa 1.&.2.Cuius exceptio est: Nisi testator hypothecam tacitam remiserit. Vill.H.61. Vide item s.reg.45. exc.8.

## *DE LEGE FALCIDIA, SEnatusconsulto Trebelliano, & aliis legati speciebus.*

## *CAP. X.*

HActenus de legatis & fideicommissis in genere actum est:nunc de iisdem in specie agendum,& primùm quidem de eo, si vltra dodrãtem bonorum sit legatum. De quo lex Falcidia lata est.

### DE LEGE FALCIDIA, ET Trebellianica.

I. Regula, Si testator vltra dodrantem bonorum legauerit: hæres ex omnibus legatis quartam hæreditatis partem potest detrahere. M.I.C.lib 13.cap.15.q.1.reg.1.& M.I.P.lib.5. cap.5.reg.21.Accedunt ea quæ habentur j.reg.14. Cuius exceptio prima est: Nisi municipibus vel Ecclesiæ sit relictum

legatum. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.reg.1.except.7. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 4. ad Trebellianum, conclus.11. Altera exceptio est: Nisi captiuis vel pauperibus legatum sit relictum. M. I. C. d.reg.1. except.8. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d. conclus.11. Tertia exceptio videtur: Nisi hæres legitimam detraxerit: hoc enim casu Falcidiam vel Trebellianicam detrahere non potest. Quæ exceptio reprobatur apud Turz.opin.142. Viu. lib. 1. hæres rogatus, num. 2. Idem eod. lib. 1. legitima non debetur, num. 12. Vide item s.cap.8.reg.6. except.18. repl.4. dupl. 2. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si vtriusque quartæ detractio eodem tempore concurrat: tunc enim vtranque detrahere non potest. Viu. d.num. 12. ibi: & hoc procedit. Idem d. hæres rogatus, num. 3. vbi etiam hæc distinctio declaratur exemplo. Deinde admittitur, si testator mādauit totam hæreditatem restitui, vel prohibuit quartam detrahi. Viu. d. num. 12. ibi: interpretatur etiam. Idem Viu.d.hæres rogatus, num.4.& 5. Quarta exceptio est: Nisi testator hæredē quartam detrahere prohibuit. M.I.C.d. reg.1.except.31. Accedit Villal.F.2.54.& 109. Viu.lib. 1.hæres rogatus, num.5.vers.secus autem. Iul.Clar.in §.testa. quæst.73. vers. sed quæro. Huius replicatio prima est: Nisi Trebellianica hæredem vti testator prohibuit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Turz. opin. 51. Fichard. in addit. ad Vill. Q.2. Vill.T.77.cum sequente. Gabriel.lib.4.ad Trebellian.conclus.1.num.1.cum sequente.Iul. Clar.in §.testa.q.62. & q.63. Huius duplicatio est: Nisi hæres legitimam detraxerit: hoc enim casu prohibitio Trebellianicæ detrahendæ valet. Quæ duplicatio controuertitur per ea quæ s. except.prox.distinct.2.annotauimus. Plures duplicationes vide apud Gabriel.d.conclus.1. & Iul.Clar. d.q.62. cum sequente. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi testator non specialiter expresserit, se nolle vt hæres lege Falcidia vtatur. hoc enim casu etiam inuito testatore hæres ea vti potest. M. I. C. d.except.31.repl.1. Cuius duplicatio est: Nisi testator per æquipollens prohibuerit: veluti si mandauit plenam hæreditatem restitui, vel quidquid ad rogatum peruenerit, vel omnia bona sua. Hæc duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d. lib.4.ad S. C. Trebellianum, conclus.2. & 3. Viu.lib.1. d. hæres rogatus, nume. 5. ibi: interpretatur prædicta. item d. legitima

legitima non debetur, num. 12. ibi: interpretatur etiam Vill. F. 55. item T. 77. Plures propositæ replicationis duplicationes vide apud Gabriel. d. lib. 4. ad Trebellian. conclus. 4. cum quinque sequentibus conclus. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi legitimam detrahere testator prohibuit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. 8. reg. 12. except. 3. Quinta exceptio: Nisi hæres solida legata soluerit, quarta non detracta: hoc enim casu eam postea detrahere non potest. M. I. C. d. reg. 1. except. 35. Cuius replicat. est: Nisi filius non detracta Trebellianica hæreditatem restituerit; hic enim quartam repetere potest, exceptione proposita non obstante. Vill. T. 78. in addit. Sexta exceptio: Nisi hæres promiserit se solidum soluturum. M. I. C. d. reg. 1. except. 36. Cuius replicatio est: Nisi non solidum, sed omnia legata se soluturum promiserit. Gabriel. lib. 4. ad Trebellian. conclus. 3. num. 2. Septima exceptio: Nisi non confecto inuentario hæreditatem adierit hæres: hoc enim casu quartam non detrahit. M. I. C. d. reg. 1. exce. 40. Cuius replicatio prima est in quarta Trebellianica. Quæ replicatio est controuersa apud Turz. opin. 19. Vill. F. 66. H. 12. I. 93. cum num. sequente. T. 79. cum num. sequente. Fichard. in addit. ad Vill. F. 58. Idem in addit. 2. ad Vill. T. 125. Viu. lib. 1. hæres extraneus. num. 2. cum sequente. Gabriel. lib. 4. ad Trebellian. concl. 10. vbi etiam duplicatur. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi testator hęredi remiserit necessitatem inuentarij conficiendi. Viu. d. hæres extraneus, num. 6. Iul. Clar. in §. testam. q. 66. vers. quoad primum. Tertia replicatio videtur: Nisi filius testatoris hæres institutus & rogatus non fecerit inuentarium. Quæ replic. reprobatur apud Viu. d. hæres extraneus, nu. 4.

II. Regula: Etiam hæredis quartæ detractio competit. M. I. C. d. cap. 15. q. 2. reg. 2. Accedit Vill. Q. 3.

III. Regula: Fisco etiam, ad quem hæreditas peruenit, quartæ detractio competit. M. I. C. d. q. 2. reg. 3. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 78. vers. item quæro. 10. ibi: præterea etiam.

IIII. Regula: Legatario & fideicommissario, à quo aliis relicta sunt legata vel fideicommissa, quartæ detractio non competit. M. I. C. d. q. 2. reg. 4. Accedit Vill. F. 53. Cuius exceptio. est: Nisi hæres qui quartam detrahere potuit, eam in gratiam fideicommissarij rogati non detraxit. M. I. C. d. reg. 4. except. 3. Accedit Vill. d. F. 53.

V. Regula, Quarta hæreditatis computatur quæ fuit tempore mortis. Ideóque postea aucta hæreditate, non augetur quarta. M.I.C.d.lib.13.cap.16.q.5.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi pendente die, vel conditione legati, aliquid hæreditati accesserit: per hoc enim augetur quarta. M.I.C.d.reg.1. except.2. Accedit Vill.T.82. Huius replicatio prima est: Nisi filius filiáue testatoris rogati sint hæreditatem restituere: hi enim fructus medio tempore perceptos in quartam non imputant. M.I.C. d.except.2.replic.2. Accedit Viu.lib.1. filij debent. ibi: imò dic fructus. Gabriel.lib.4.ad Trebell.conclus.12. num.1. Huius duplicatio prima videtur: Nisi testator fructus in quartam imputari voluerit. Quæ duplicatio reprobatur M.I.C. d.replic.2. duplic.1. Accedit Gabriel.d.nu. 1. Altera duplicatio est: Nisi filius duas quartas detrahat, Trebellianicam & legitimam. Quæ duplicatio est controuersa apud Gabriel. d. concl.12 nu. 10. Plures duplicationes vide apud Gabriel.d.conclus.12.

VI. Regula, Quod bonis post mortem testatoris decessit, non minuit hæreditatem, nec eius quartam. M.I.C. d.q. 5.reg. 2. Cuius exceptio videtur: Nisi rogatus sit restituere quod post mortem suam superexit: hoc enim casu alienata videntur in Trebellianicam imputanda. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel.lib.4. ad Trebellia.concl.13.nu.6. cum sequentibus, vsque ad finem.

VII. Regula: Rerum quas hæres subtraxerit, quartam non retinet. M.I C. d.quæst.5.reg.6. Accedit Vill.T.81.

VIII. Regula: Rerum quas hæres hæreditarias esse negauit, quartam non retinet. M.I.C. d.quæst.5.reg.7. Accedit Gabriel.lib.5.de acquir.posses.conclus.5.num.12.

IX. Regula: Legitima quam hæres detraxit, in Trebellianicam ei non imputatur. Turz.opin.142. De qua re vide S.reg.1.except.3.

## DE SENATVSCONSVLTO Trebelliano.

X. Regula: Si hæres rogatus hæreditatem restituere, nolit hæreditatem adire: ad eum adeundam & aditam restituendam cogitur. M.I.C. lib.13. cap.17. de cogendo hærede. Quod remedium in fideicommisso Ecclesiæ & ciuitatib. relicto est superuacuum: quoniam in eas etiam sine restitu-

tione

tione transit fideicommissum. Vill F 50.

XI. Regula: Hæreditate per fideicommissum relicta, prælegata & fideicommissa hæredi relicta non veniunt restituenda fideicommissario hæreditatis. M. I. C. d. cap. 17. quæst. 3. reg. 3. Accedit Vill. P. 193.

XII. Regula: Hæreditate per fideicommissum relicta, res emphyteutica non venit restituenda fideicommissario. Quæ regula est controuersa apud Turz. opin. 188. num. 8.

XIII. Regula: Nec feuda veniunt restituenda fideicommissario. De qua re vide tractatum meum feudalem cap. 2. quæst. 5. reg 3.

XIIII. Regula: Hæreditate per fideicommissum relicta, hæres rogatus detrahit quartam partem hæreditatis, quàm Trebellianicam vocant. M.I.C. d. quæst. 3. reg. 20. Accedit Viu. lib. 1. hæres extraneus, num. 1. Idem eod. lib. 1. hæres rogatus, num. 1. Quæ Trebellianica continetur appellatione Falcidiæ, Viu. d. hęres rogatus, num. 5 ibi: & appellatione. Vide itaque de regula proposita s̄. reg. 1.

XV. Regula: Hæreditate per fideicommissum relicta, hæres qui præteritus vel iniquè exhæredatus inofficiosi quærelam habere potuit, deducere potest legitimam. Vill. P. 39. De qua re vide s̄. cap. 8. reg. 6. cum sequentibus.

XVI. Regula: Restituta ex fideicommisso hæreditate, fideicommissarius hæredis loco habetur. M.I.C. d. cap. 17. quæst. 4. reg. 4. Hæredis tamen appellatione non continetur fideicommissarius. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Vill. H. 24. cum sequente.

## DE CONDITIONIBVS ET legatis conditionalibus.

XVII. Regula: Si datum vel factum sit quod in conditione continetur, conditio regulariter dicitur impleta, & ex testamento datur actio. M.I.C. libr. 14. cap. 1. quæst. 3. reg. 1. & M.I.P lib. 5. cap. 5. reg. 23. Cuius exceptio prima est: Nisi alius quàm qui in conditione continetur, dederit vel fecerit. M.I. C. d. reg. 1. except. 3. Huius replicatio prima est: Nisi alius nomine eius qui in conditione continetur, conditioni paruerit. M.I.C. d. except. 3. replic. 1. Cuius duplicatio est; Nisi conditio in faciendo, vel partim in dando, partim in faciendo consistat. Vill. C. 122. Altera replicatio est: Nisi cum conditio in personam defuncti collata esset, hæres eius eam impleuerit.

pleuerit. Quæ replicatio præcedentis replicationis species approbatur specialiter apud Vill.O.3.in addit. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi pro parte tantùm sit impleta conditio. M.I.C. d.reg.1.excep. 10. Huius replicatio prima videtur: Nisi cùm duobus substitutio facta esset, si impuberes decessissent, vnus ex iis impubes decesserit: hoc enim casu, quamuis alter non decesserit impubes, tamen quoad primum videtur substitutio valere. Quæ tamen replicatio reprobatur & distinguitur s. cap.2.reg.7.except.58.replic.2.& except.60. Altera replicatio videtur: Nisi cum ita legatum esset, Si Titius & Mæuius sine liberis decesserint: nouissimus sine liberis decesserit. tūc enim quamuis primus decesserit liberis relictis, nihilominus debetur legatum. M I.C.d.reg.1.except.11.replic.3. Controuertitur & declaratur apud Gabriel. lib.4. de substitutio. conclus.3 & 4. Tertia replicatio est: Nisi duobus coniugibus bona sua monasterio donantibus sub hac conditione, Si mortui fuerint: vnus ex iis mortuus sit. tunc enim huius portio debetur monasterio, etiam viuo altero Vill.E.11. Gabriel.lib.4.de legatis, conclus.4.num.9. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum sub pluribus conditionibus legatum esset, non omnes conditiones sint impletæ. M.I.C. d. reg.1. except.11.& M.I.P. d. reg.23.except.1. Accedit Vill.C.201. in addit. Huius replicationes vide remissiuè apud Vill.d.addit. Quarta exceptio est: Nisi in alio quàm in primo actu impleta sit conditio. Vill.D. 79.l.boues.§.hoc sermone. & ibi glossa.ff.de verbor.signific. Plura de hac exceptione vide apud Gabriel.libr.6.de legibus, conclus.2. Quinta exceptio est: Nisi semel defecerit conditio, vel inutiliter datum factúmve sit quod in conditione continetur: hoc enim casu postea rursus dando vel faciendo non videtur impleri. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.C.d.reg.1.except.20. Admittitur in eo qui fecit conditionem deficere, posteá que pœnitentia ductus voluntatem mutauerit. Fichard. in addit.2.ad V Vill.S.14. Sexta exceptio videtur: Nisi conditio impleta non durauerit. Quæ exceptio reprobatur, exemplis declaratur & distinguitur apud Gabriel.lib.4.de fideicommissis, conclus.7.& 8.

XVIII. Regula: Si datum vel factum non sit quod in conditione continetur: conditio defecit, & legati actio denegatur. M.I.C. lib.14. cap.2. reg.1.& M.I.P. d.cap.5. reg.24.

Cuius

Cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi monaſterio ita ſit legatum, Si filiam teſtatoris in monialem receperit. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Villal.I.72. Altera exceptio eſt: Niſi cum in futurum concepta conditio eſſet, ante teſtamentum factum defecerit. M.I.C. d.reg.1.excep.26. Accedit Vill. C.118. Tertia exceptio eſt: Niſi lex conditionem habeat pro impleta. Vill.C.119. Quarta exceptio eſt: Niſi conditioni ſit renunciatum.l.1.C.de pactis. Accedit Vill.R.25.cum ſequente. Quinta exceptio eſt: Niſi cum vxori quid legatum eſſet ſub hac conditione, Si nuptias non iterauerit: & eius fideicommiſſum eſſet, vt poſt mortem ſuam legatum Titio reſtitueret: ea nuptias iterauerit. hoc enim caſu etiam ea viua videtur Titio actio fideicommiſſi competere. per ea quæ propoſita ſunt ſ.cap.prox.reg.34.

## DE QVIBVSDAM CONDITIONUM ſpeciebus.

XIX. Regula: Conditio, Si nupſerit, exiſtit, ſi mulier nupſerit. M.I.C.lib.14.cap.3.condit.1.reg.1. Cuius exceptio eſt: Niſi alij quàm cui nubere iuſſa eſt, nupſerit. M.I.C. d.reg.1. exceptio.8. Cuius replicatio eſt: Niſi non per conditionem, ſed per modum legatum ſit filiæ, vt nubat A. tunc enim quamuis nupſerit B. nihilominus legatum conſequitur. Villal.L.13.

XX. Regula: Conditio hæc, Si vel Cum nupſerit, regulariter deficit, legatiſque actio denegatur, ſi non nupſerit. M.I.C. d.condit.3.reg.2. Cuius exceptio prima eſt: Niſi per eum cui mulier nubere iuſſa eſt, ſteterit quo minus nubat. M.I.C.d.reg.2.excep.2. Huius replicatio videtur: Niſi poſtea per eum ſtare deſierit, quo minus ei nubat. Quæ replicatio reprobatur apud Villal.L.11. Altera exceptio eſt: Niſi is caue, cui ſub nuptiarum conditione legatum eſt, monaſterium ingrediatur. Vill.L.10.item R.19.

XXI. Regula: Conditio hæc, Si caſtè honeſtéque vixerit, non deficit, ſi nupſerit. Quæ regula eſt controuerſa apud Viu.lib.2.legatum vxori Vill.V.75.

XXII. Regula: Conditio hæc, Si liberos habuerit, exiſtit liberis exiſtentibus. M.I.C. d.cap.3.condit.3.reg.1. Cuius exceptio videtur: Niſi liberi nati ſtatim ſint mortui. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1. except.8. Accedit Gabr. libr.4.de fideicommiſs. concluſ.7.num.1. Admittitur tamen

exceptio

exceptio hæc in quibusdam casibus, quos vide apud Gabriel.d.conclus.7.

XXIII. Regula: Conditio hæc, Si sine liberis decesserit, existit, si sine liberis mortuus sit. M.I.C. d.cap 3.condit. 4.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi is cui sub dicta conditione substitutio facta est, monasterium ingressus sit, vel clericus factus. hoc enim casu conditio habetur pro deficiente, quamuis sine liberis decesserit. M I.P. lib.5.cap.3. reg.19.except.9. Accedit Vill.M.120.cum sequente. Viu.lib.1. substitutus sub conditione. vbi tamen, quod de clerico dictum est, controuertitur. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi testator monasteriũ nominatim excluserit. Vill M.122. Altera replicatio est: Nisi ex coniecturis constet contraria testatoris voluntas: veluti sit adiecta causa substituit, quòd velit bona sua in familia manere. Viu.d.substitutus sub condit.vers.vlt. Tertia replicatio est: Nisi institutus sit hæres pro redemptione captiuorũ. Viu.d.substitutus.ibi: interpretatur primò. Quarta replicatio est: Nisi ita concepta sit conditio, Si sine liberis legitimis ex corpore suo & vero matrimonio natis decesserit. Viu.d.substitutus.ibi: limitatur secundò.

XXIIII. Regula: Conditio hæc, Si sine liberis decesserit, deficit liberis existentibus. M.I.C. d.conditio.4. reg.2. Cuius exceptio prima est: Nisi liberi existentes naturales sint, non legitimi. Reprobatur certo modo M.I.C. d.regul.2. except.2. Accedit Turz.reg.26, Vill.F.92. Viu.lib.1.filij naturales.ibi: resultat alius. Admittitur primum in filia instituta, Si sine liberis decesserit. tunc enim relicto filio naturali, censetur nihilominus sine liberis decessisse. Villal.F.93. Secundò admittitur in filiis spuriis, Vill.F.94. Tertiò admittitur, si naturalis non excluderet substitutum ab intestato. Villal.F.95. Harum distinctionum, in quibus exceptio proposita approbatur, replicatio est: Nisi filius naturalis sit legitimatus. Vill.L.66.in addit.2. item nu.69. cum sequente. item Fichar. in addit.ad Vill.L.68. Huius duplicatio prima est; Nisi substitutus ad legitimationem non sit citatus. Villal. L.67. & sequente. Altera duplicatio est: Nisi post mortem testatoris sit legitimatus. Vill.L.85. Plura de replicatione proposita vide s̃.lib.prox.cap.11.reg.23. except.1. item reg. 25. exceptio.1. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi ita conditione concepta, Si sine filiis decesserit: non filios, sed filias reliquerit. Quæ tamen exce-

ptio reprobatur apud Villal. F. 49. & 61. Admitti hæc exceptio videtur, si filia in re certa instituta, filius hæres institutus sit, eíque substitutum, si sine filiis decesserit: tunc enim filiabus relictis, substitutus exclusus non videtur. Quæ distinctio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4. de substitut.conclus.2. Tertia exceptio videtur: Nisi liberi existentes postea defecerint. Quæ exceptio reprobatur s. reg.22.except.1.

XXV. Regula: Legatum ab aliquo relictum, Si hæres erit, conditionale non est. Ideóque quamuis is hæres non sit, nihilominus legatum debetur. M.I.C. d.cap.3. condit.6. reg.1. Cuius exceptio est: Nisi aliter fuerit expressa conditio, quàm tacitè inest. Turz.reg.50.

XXVI. Regula: Conditio hæc, Si hæres non erit, existit, si hæres non sit M.I.C. d.cap.3.condit.7.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi ob id, quòd intra tempus deliberandi decessit, hæres non existat: hoc enim casu, quia ius deliberandi ad hæredem transmittit, substitutio locum non habet. Vill.H.22. Fichard.in addit.ad Vill.H. 8. Altera exceptio est: Nisi filio hærede instituto repudiante, pater hæreditatem adeat. M.I.C. lib.9.cap.11.excep.134. Vill.F.64.& Fichar. in addit.ad Vill.F.120. Huius replicatio videtur: Nisi filius habeat substitutum: hic enim per patrem excludi non videtur. Quæ replicatio est controuersa. Fichard. in d.addit. Idem in addit.ad Vill.S.142. Tertia exceptio est: Nisi ob id, quòd indigno hæreditas sit ablata, hæres non sit. Vill.F.154.

XXVII. Regula: Conditio hæc, Si arbitratus fuerit, de boni viri arbitrio intelligitur. M.I.C. d.cap.3. condit.14. Accedit Viu.lib.1.promittens stare.

XXVIII. Regula: Conditio hæc, Si offenderit, pœnali stipulationi adiecta, non existit, si adulterium committatur. Soarez A 92.

## DE ANNVIS LEGATIS.

XXIX. Regula: Annuum legatum censetur, si alicui certum quid præstandum sit certo die anni. M.I.C. libr.14. cap.4 quæst.3.specie tertia & quarta. Cuius exceptio est: Nisi fratribus cuiusdam Ecclesiæ alimentorum nomine quid præstandum legatum sit in die S. Ambrosij: hoc enim annuum legatum non censetur, sed hæres semel præstando liberatur. Viu.lib.1.legatum annuum.ibi; & his accedit.

XXX. Reg

XXX. Regula, Ex legato annuo regulariter datur actio. M.I.C. d. cap. 4. quæst. 4. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi Ecclesiæ vel ciuitati annuum legatum centum annis præstitum sit: hoc enim casu videtur finitum. Quæ exceptio est controuersa apud Viu. lib. 1. legatum annuum. Vill. L. 18. Soarez A. 181. cum sequente.

## DE ALIMENTIS LEGATIS.

XXXI. Regula, Alimentorum legatum ad hæredes non transit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Gabriel. libro 6. de alimentis, conclus. 1. num. 37. cum tribus sequentibus.

XXXII. Regula, Alimentorum legato continentur cibus, vestitus & habitatio. M.I.C. libro 14. cap. 5. q. 4. reg. 2. Accedit Viu. lib. 2. alimenta, num. 2. cum sequente.

XXXIII. Regula: Alimentorum legato etiam cura valetudinis continetur. Viu. d. alimenta, num. 1. Soarez A. 163.

XXXIIII. Regula: Si monacho alimenta relicta sunt, officio iudicis peti possunt. Soar. A. 165.

## DE DOTE RELEGATA.

XXXV. Regula: Dote relegata, impensæ deducendæ. M.I.C. lib. 14. cap. 6. q. 2. reg. 3. Cuius exceptio est: Nisi maritus ita relegauerit dotem, Quidquid ad se dotis nomine peruenerit. Vill. L. 14.

## DE OPTIONE VEL ELEctione legata.

XXXVI. Regula: Si incerta res legata sit, legatarij est electio. M.I.C. lib. 14. cap. 7. q. 1. reg. 1. Accedit Vill. L. 29. Huius exceptio prima est: Nisi certa specie legata, non appareat de qua senserit testator. M. I.C. d. reg. 1. excep. 2. Accedit Vill. L. 45. Altera exceptio est: Nisi testator vel lex hæredi specialiter electionem dederit. M. I. C. d. reg. 1. except. 22. Cuius replicatio est: Nisi hæres semel elegerit. M. I. C. d. except. 22. replic. 10. Accedit Vill. E. 33. Gabriel. lib. 6. de legibus, conclus. 2. num. 6. vers. amplia.

## DE LEGATO FAMILIÆ relicto, vel ne alienetur.

XXXVII. Regula: Si legato familiæ relicto, vel ita ne alienetur, res legata fuerit alienata: tunc alij eius familiæ datur actio ad rem alienatam repetendam. M. I C. lib. 14. c. 11. quæst.

11.q.1.reg.1.Accedit Villal.A.90.F.48.Soarez.A.149. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4.de fideicommissis,concl.9.Huius exceptio prima est:Nisi alienationis prohibitio nomini sit vtilis. Soarez A.150. Altera exceptio est: Nisi causa prohibitæ alienationis in legato non sit expressa. M.I C.d.reg.1. except.1. Accedit Vill. A.94. Viu.lib.1.legitimæ nullum.vers.vlt. Huius replicatio est: Nisi ad certum tempus prohibitio alienationis sit facta.Viu.d.legitimę nullum.ibi; limitatur. Tertia exceptio est:Nisi res per vniuersitatem ad alium transeat.Quæ exceptio est controuersa M.I.C.d.reg.1.except.2. Accedit Soarez. A. 158. cum sequente. Approbatur apud Vill.A.58. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.4.de fideicom.conclus.10.Sed & distinguitur apud Vill.A.88.89.& 91. Quarta exceptio videtur: Nisi res vendi prohibita alio quàm venditionis modo fuerit alienata. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.lib.2.testator. Quinta exceptio est: Nisi res alienari prohibita nondum sit alienata.Soarez A.157. Sexta exceptio est:Nisi vni è familia sit alienata.M.I.C.d.reg.1.except.4. Accedit Soarez d. A.157. Huius replicatio est: Nisi is cui alienatio facta est,sit de familia alienantis, sed non de familia prohibentis testatoris. Quæ replicatio est controuersa apud Iul. Clar. in §. testam. q.76.vers.sed hic occurrit. De qua re vide item j.reg.39.Septima exceptio est:Nisi cùm filiis aliqua re legata,prohibitum esset ne ea alienaretur,nulli alij filij eius gradus supersint.tunc enim extinguitur fideicommissum. M.I.C.d.reg.1. except.8. Accedit Vill.A.84.Soarez A.154. Octaua exceptio est:Nisi nulli eius familiæ intra quartum gradum supersint. M.I.C.d.reg.1.excep.9.Accedit Vill.A.84.Soarez A.154 Huius replicatio est: Nisi testator voluerit bona hæreditaria perpetuò manere apud suos descendentes ac posteros de sua familia. Fichard.in addit.ad Villal. A.91.Nona exceptio est:Nisi ex causa dotis vel donationis ante nuptias facta sit alienatio. Hæc exceptio approbatur & distinguitur s. libro prox.c.13.reg.16.except.9.repl.1. Decima exceptio est: Nisi filio legitima sit relicta ne alienetur.Hæc exceptio est controuersa per ea quæ habentur s. cap.8.reg.6.except.18.repl. 4.dupl.3. Vndecima exceptio est: Nisi is cui alienatio facta est,item vsuceperit vel præscripserit. Soarez A.155.cum sequente. De qua tamen exceptione vide plura j. libr. prox. Plures propositæ regulæ exceptiones vide s. d. except. 9.

item apud Gabriel.lib.4.de fideicom.conclus.9.

XXXVIII. Regula, Omnibus regulariter qui sunt eius familiæ, cui res relicta est, fideicomissi actio competit. M.I.C.d.cap.11.q.2.reg.1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi actor qui est de familia, gradu sit remotior. M. I. C. d. reg.1.except.1. Accedit Vill.F.42.P.383.Iul.Clar.in §.testam. quæst.76.vers.secundò infertur. Huius replicatio prima est: Nisi remotior sit filius proximioris defuncti.hic enim cum aliis proximioribus admittitur. Quæ replicatio est controuersa Vill.F.67.& 71. cum addit.item 90.Fichard.in addit.2. ad Vill. F. 49. Viu.lib.2.filius fratris,num.1.cum duobus sequentibus. vbi magis approbatur. Sed & controuertitur & distinguitur apud Gabriel. libro 4. de fideicom. conclus. 3. Idem eodem lib.4.de success. ab intestato, conclus. 1.num.4. Item distinguendo reconciliatur hæc controuersia apud Vill.F.91. Altera replicatio est: Nisi remotior de familia hæredis, sit proximior de familia testatoris. Quæ replicatio controuersa est ǰ. reg.prox.

XXXIX. Regula, Si cognato hærede instituto eius fideicommissum fit, vt proximiorib.cognatis restituat: testatoris, non hęredis proximioribus cognatis datur fideicommissi actio. Fichard. in addit.1.ad Vill.F.49. Controuertitur tamen apud Iul. Clar.in §.testam.q. 76. vers. sed hic occurrit. Hæc de legatis & fideicommissis tam in genere, quàm in specie sint dicta.

## DE DONATIONIBVS.

### CAP. XI.

PRima regula: Definitur donatio M. I. C. lib. 14. cap.13. quæst.2. Accedit Turz. reg.88.

II. Regula, Donatio propriè non est contractus. Fichard. in addit.ad Villal.D.120.

III. Regula, Donatio est contractus nominatus: Quæ regula est controuersa M.I.C.d.cap.13.quęst.3. Accedit Viu. lib.1.donatio tam olim. Iul.Clar.in §.donatio, quæst.1.

IIII. Regula, Donatio conditionalis non est propriè donatio. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Viu. lib. 1. donatio sub conditione. Iul Clar. in §. donatio, quæst. 2. in prin.

V. Regula, Donatio reciproca propriè non est donatio, Iul.

Iul.Clar.d.quæst.2.verſ.item quæro.

VI. Regula,Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio.Quę regula approbatur & diſtinguitur apud Iul.Clar. in §.donatio,q 3.& q.8.verſ.ſcias etiam.

VII. Regula, Re donata euicta, actio datur donatario aduerſus donatorem de euictione. M. I. C. d. c.13.q.5.primi generis actio 2. Accedit Viu.lib.1.donatio vbicunque, num. 1. vbi tamen controuertitur. Huius regulæ exceptio prima eſt:Niſi donatio à traditione,nõ à promiſſione incipiat.tunc enim donator euictionem non præſtat. Viu.d. donatio vbicunque,nu.4. Vill. D.150.cum addit. Fichardi. Huius replicatio prima eſt:Niſi malitioſè donatio ſit facta.Vill.d.D.150. in addit. Altera replicatio eſt:Niſi remunerandi cauſa facta ſit donatio. Viu. d.donatio vbicunque,num.7. Tertia replicatio eſt: Niſi promiſſa ſit euictio. Quæ replicatio controuertitur, magis tamẽ approbatur & diſtinguitur apud Viu. d. donatio vbicunque,num. 8.cum duob.ſequentib.Hæc de prima exceptione. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi donator conſtituat ſe nomine donatarij poſſidere.Viu. d.donatio vbicunque,num. 5. Tertia exceptio eſt: Niſi donatione à liberto in fraudem patroni, vel à filio in fraudem patris facta patronus vel pater rem donatam ex hac cauſa euicerit.hanc enim euictionem non præſtat donator.Viu.d. donatio vbicunque, num. 2. Quarta exceptio eſt: Niſi ob id, quòd res ab anteceſſoribus donataris pignori fuerit obligata donatore ignorante, ea ſit euicta. Viu. d. donatio vbicunque,num. 3.

## DE ACTIONE AD REM donatam tradendam.

VIII. Regula, Ex donatione datur actio donatario ad rem donatam tradendam, & exceptio ad rem retinendam. M.I.C.lib.14.cap.14.quæſt.1.reg.1.& M.I.P.lib.5.cap.5.reg.26. Accedit Vill.P.346. Viu.lib.1.actio.§.lex ſi quis.Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi filiusfamiliâs donauerit.M.I.C. d.reg.1.except.1. Accedit Iul. Clar. in §.donatio,q.6.in prin. Huius replicatio prima videtur: Niſi mortis cauſa filiusfamiliâs donauerit. Sed reprobatur M.I.C.d. except.1.repl.4. Accedit Iul. Clar. d. q. 6. verſ. aut verò quæris. Admittitur tamen replicatio hæc, ſi pater conſenſerit.M.I.C. d.except. 1.repl.6. Accedit Iul.Clar.d.quæſt.6.verſ.ſi autem quæritur.

Cuius ratio cõtrouersa est.d.vers.si autem quæritur.ibi:quæ autem. cum vers. sequente, habes ergo. Huius duplicatio prima est:Nisi non sit expressus patris consensus.d.q.6.vers. successiuè quæro. Altera duplicatio videtur: Nisi ipsi patri consentienti donauerit. Quæ duplicatio est controuersa d.q.6.vers.quęro etiam.Fichard.in addit.ad Vill.D.130.item Villal.F.84.cum sequente. Cuius replicatio est: Nisi iurata sit donatio. Fichard. in addit. ad Villal. D. 132. Plura de replicatione proposita vide j. cap. 11. reg.30.except.1.replic.1. Hæc de prima replicatione.Altera replicatio est:Nisi ea donauerit filiusfamiliâs, in quibus pater vsumfructum non habet.d.q.6.vers.aut quæris vtrum.2.ibi: ex hac ratione infertur. Cuius duplicatio est: Nisi mortis causa ea bona donauerit. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen approbatur d. q.6.vers.aut verò quæris. Tertia replicatio est: Nisi consentiente patre filius donauerit. M. I. C.d.except.1. repl.6. De qua re vide s. replic. 1. distinct.1. Hæc de prima exceptione.Secunda exceptio:Nisi parens filio,quem habet in potestate,donauerit.M.I.C.d.reg.1.excep.6.Accedit Viu. lib.1.donatio facta à patre,num.1. Iul.Clar.in §.donatio,q.8. in prin. Huius replicatio prima est: Nisi parens donator in eadem voluntate vsque ad mortem perseuerauerit. M.I.C. d. except. 6. repl.3 Accedit Viu.lib.2.donatio facta Iul.Clar. d. q. 8.vers.scias etiam. 7. Cuius duplicatio prima est: Nisi traditio non fuerit facta. Villal.D.132. Altera duplicatio est: Nisi donatio immodica actis non sit insinuata. Approbatur apud Gabriel.lib.3.de donationib.concl.6.num.1.Huius triplicatio est quoad summam quę est intra quingentos aureos. Quæ triplicatio est controuersa apud Gabriel.d.conclus.6. De qua re vide j. except. 9. repl.2.dupl.1. Altera replicatio est:Nisi emancipationis gratia vt filius in eam consentiat,pater donauerit.Iul.Clar.d.q 8.vers.secundò. Tertia replicatio est: Nisi studiorum causa donauerit. Quæ replicatio reprobatur apud Villal. D.121. Approbatur apud eundem Vill.D.128. Controuertitur apud Viu.lib.1.donatio facta à patre, num.11. Iul.Clar.d.q.8.vers.tertiò. Quarta replicatio est: Nisi remunerandi causa ob benemerita donauerit.Viu.d.donatio facta à patre,num.4.item num.7.Iul.Clar. d. quæst. 8.vers. hinc infertur. Huius duplicatio prima est: Nisi de benemeritis non constet,nec ea probentur.Fichard. in addit. vlt.ad Villal.R.21. Viu.d.donatio facta,num.9. Accedunt

cedunt item ea quæ habentur 3.lib.2 cap.10.in verbo Meririta. vbi etiam triplicatur ex longo tempore, quo facta est donatio. Altera duplicatio est: Nisi benemerita non æquent rem donatam. Viu.d.donatio facta, num.8.& Iul.Clar.d.q.8. vers.scias tamen.3.Quinta replicatio est: Nisi filius de patre donatore sit bene meritus. Fichard.in d. addit. vlt. ibi: illa verò si apparent.& Viu. d donatio facta, num.6. Sexta replicatio est: Nisi pater vsumfructum quem habet in bonis aduenticiis filij, donandi animo remiserit: hæc enim donatio valet. Viu.d.donatio facta à patre, num.10. Septima replicatio est: Nisi iuramento sit firmata donatio. Quæ replicatio est controuersa apud Villalob. D.127. cum addit. Fichardi. item 132.in addit.ibi:& teneo quod de iure regio.item ibid. in addit. Fichardi. Viu.d.donatio facta, num.2.Iul.Clar.d.q. 8.vers.sed quæro tu scis, vsq; ad finem quæstionis.item controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.3. de donationib.conclus. 4. Octaua replicatio est quoad naturalem obligationem, quæ ex huiusmodi donatione oritur. Vill. D.131. & P.41.Iul.Clar.d.q.8.vers.vlt. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio: Nisi Ecclesiæ donatum sit. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. D.147. Quarta exceptio: Nisi nolenti & inuito sit donatum. M.I.C.d.reg.1.except.12. Cuius replicatio est: Nisi præsenti & tacenti sit donatum. Villal. D.154. Iul.Clar.in §.donatio, q.14.vers.sed pone. Quinta exceptio: Nisi absenti donatum sit. Reprobatur M.I.C.d.reg.1. except.13. Admittitur primum, si cum notarius nomine absentis rem donatam esset stipulatus, absens hoc ignorauerit, nec ratum habuerit. Quæ tamen distinctio est controuersa apud Viu.lib.1.donationem stipulans. Deinde admittitur, si cum presenti donatum esset ita, vt post certum tempus rem donatā alij absenti restitueret, donator postea hoc pactum adiectum reuocauerit. Sed & hæc distinctio controuertitur & distinguitur apud Gabr. lib. 3. de donationib. conclus.5.Iul.Clar.in §. donatio, q.13.vers.secundus, cum sequente. Tertiò admittitur exceptio proposita, si nemo absentis nomine donationem acceptet. Quæ distinctio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar.in d. §.donatio; quæst. 12.cum quæst.sequente 13.item quæst.5.vers.sed pone.3.Hęc de quinta exceptione. Sexta exceptio: Nisi quis vniuersa bona sua, tam præsentia quàm futura, donauerit. Vill. D.136. item I. 131. Viu.lib.1.donatio omnium, num.1.Iul. Clar.in §.

donatio, q.19.in prin. Huius replicatio prima est: Nisi præsentia tantùm donauit: vel vniuersis bonis donatis, futurorum non sit facta mentio. M.I.C.d.reg.1.except.21. Accedit Vill. D.138. Iul. Clar. in §. donatio, q 19. vers. & ex hac ratione cum tribus sequentibus. Accedunt item ea quæ habentur s. lib. 2. cap. 10. in verbo Bonorum appellatione. Contradicit Villal. D. 139. in addit. & Fichard. in addit. ad Villal. D. 140. Altera replicatio est: Nisi post mortem donauerit omnia bona. Vill. D.139. Iul. Clar. d.q.19. vers. sed quid si. Tertia replicatio est: Nisi Ecclesiæ vniuersa bona sua donauerit. Vill. D.140. Viu. lib.1. donatio omnium, nu.2. Cōtrouertitur apud Iul. Clar. d. §. donatio, q.20. vers. vlterius. Quarta replicatio est: Nisi in donatione omnium bonorum fuerit appositum precarium. Viu. d. donatio omnium, num.3. Quinta replicatio est: Nisi donator sibi reseruauerit fructus & aliquam rem certam. Viu. d. donatio, nu.4. Iul. Cla. d.q.19. vers. secundò principaliter. Cuius duplicatio prima est: Nisi quod sibi reseruauerit, non excedat vigesimam partem bonorum. Iul. Clar. d. vers. secundò, in fine. Altera duplicatio est: Nisi vsumfructum tantùm bonorum sibi reseruauerit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. d. quæst. 19. vers. sed pone, cum vers. sequente. Sexta replicatio est: Nisi stipulatio interuenerit. Viu. d. donatio, num. 5. Septima replicatio est: Nisi iusiurandum interuenerit. Quæ replicatio est controuersa apud Villal. D. 137. cum addit. Fichardi. item I.131. ibi: & ex hac. item 150. item Iul. Clar. in d. §. donatio, quæst. 20. in prin. Octaua replicatio videtur quoad bona præsentia, quòd in iis donatio valeat, non in totum annulletur. Sed reprobatur apud Iul. Clar. d.q.20. vers. item quæro. Nona replicatio est: Nisi donatio sit reciproca, vel societas omnium bonorum inita. Iul. Clar. d. q. 20. vers. vlt. Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio: Nisi quis hæreditatem suam donauerit. Quæ exceptio cōtrouertitur, magis tamen approbatur apud Iul. Clar. d. quæst. 19. vers. sed quæro nunquid. Octaua exceptio: Nisi donatio sit facta sub hac conditione, Si donator testamentum reuocauerit. Quæ exceptio est controuersa, magis tamen approbatur apud Vill. D. 146. in addit. Iul. Clar. in §. testa. quæst. 95. in prin. Nona exceptio: Nisi cum donatio esset immodica, ea non sit actis insinuata. M.I.C. d. reg. 1. except. 30. Accedit Vill. I.I.53. Viu. lib.1. donatio inter viuos, nu.1. Iul. Clar. in §. donatio, quæst. 15. in prin.

Ratio huius exceptionis habetur apud Gabriel. lib. 3. de donationibus, conclus. 1. num. 2. Declaratur exceptio propositæ definitione immodicæ donationis, M. I. C. d. exc. 30. in prin. Accedit Gabriel. d. conclus. 1. num. 1. Declaratur item collatione facta ad nostra tempora apud Vill. D. 179. cum addit. Viu. lib. 1. aureus, in fine. Iul. Clar. d. q. 15. in prin. Declaratur item definitione insinuationis apud Gabriel. d. conclus. 1. nu. 47. Iul. Clar. d. quæst. 15. vers. quæro ergo. cum vers. sequente. Viu. d. donatio inter viuos, num. 10. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi donatio quingentorum aureorum quantitatem non excedat. M. I. C. d. except. 30. replicatione. 1. Accedit Viu. lib. 1. donatio inter viuos, num. 1. Altera replic. est quoad summam quingentorum aureorum: pro hac enim parte nihilominus valet donatio, licet quoad id quod excedit istam summam, sit inutilis. M. I. C. d. except 30. replic. 2. Accedit Gabriel. lib. 3. de donationibus, conclus. 1. num. 57. Iul. Clar. in §. donatio, q. 17. vers. sed quæro. Huius replicatio prima videtur esse in donatione inter virum & vxorem, item inter patrem & filium: quæ aliâs morte confirmatur. hæc enim donatio ob defectum insinuationis in totum non videtur valere. Quæ tamen duplicatio est controuersa apud Gabriel. d. lib. 3. de donationibus, conclus. 6. Iul. Clar. d. q. 17. vers. sed hic incidenter. Altera duplicatio est in aliis donationibus, alia etiam ratione, quàm ob defectum insinuationis, inualidis, Gabriel. d. conclus. 1. num. 58. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi plures res vel summæ diuersis temporib. donatæ, quingentos solidos excedant. M. I. C. d. except. 30. replic. 3. Cuius duplic. est: Nisi in fraudem legis tales donationes sint factæ, vel in instrumento conceptæ. Iul. Clar. d. quæst. 17. vers. sed pone. Quarta replicatio est: Nisi remunerãdi causa facta sit donatio immodica, vel ob aliam causam. Villal. I. 57. Iulius Clar. in §. donatio, quæst. 16. vers. vltimo Cuius duplicatio est: Nisi de meritis non constet. Fichard. in addit. vlt. ad Vill. R. 21. De qua duplicatione, vide plura s. exceptione. 2. replic. 4. duplicatione 1. Quinta replicatio est: Nisi donatio facta sit filio, vt renunciet legitimæ. Villal. I. 59. Sexta replicatio est: Nisi in pias causas facta sit donatio. M. I. C. d. exceptio. 30. repl. 7. Accedit Vill. I. 58. Fich. in addit. ad Vill. D. 135. Viu. lib. 1. donatio inter viuos, num. 2. Iul. Clar. in §. donatio, q. 17. in prin. Controuertitur tamen replicatio hæc licet magis approbetur,

approbetur, apud Viu.d.donatio inter, num.3. cum sequente. Septima replic.est: Nisi quis donaturus debitorem suum donatario delegauerit: hoc enim casu debitori delegato exceptio proposita non competit. M.I.C. d. except. 30. repl.15. Hoc tamen casu donatori deleganti condictio datur eius quod excedit modum legitimum. M.I.C d. repl. 15. Accedit Iul.Clar.in §.donatio, q.16. vers. idemque si sit facta Octaua replicatio est: Nisi donatio actis sit insinuata. M. I. C d. except.30. repl. 18. Cuius duplicatio prima hæc videtur: Nisi non suo loco, seu apud suũ magistratum sit insinuata. Quæ duplicatio reprobatur M.I.C. d. repl. 18. d. dupl. 1. Accedit Fichard.in addit.ad Villal.I.57 Viu.lib. 1. donatio inter viuos, num. 9. Altera duplicatio videtur: Nisi non loco iudicij facta sit insinuatio. Quæ duplicatio reprobatur apud Iul.Cla. in §.donatio, q.15. vers. vlterius. Tertia dupl. videtur: Nisi non statim facta sit insinuatio. Et hæc duplicatio reprobatur apud Fichard.in addit.ad Vill.I. 53 Admittitur tamen, si intra triginta dies non fuerit insinuata. Quæ distinctio controuertitur, magis tamen approbatur apud Fichard.in addi. ad Vill. F.2. Quarta duplicatio videtur: Nisi decretum non sit interpositum. Hæc duplicatio reprobatur apud Iul. Clar. d.q.15. vers. vlt. Hæc de octaua replicatione. Nona propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi debitum donandi animo sit remissum. hoc enim insinuatione non videtur indigere. Sed hæc replicatio reprobatur apud Turz. opin.15. num.6. Villal. I. 54. Iul. Clar. in §. donatio, q.16. vers. item quæro, cum vers. sequente. Decima replicatio est: Nisi donatio iuramento sit firmata. Vill.I.55. item 131. ibi: vt dicitur in simli. Fichar.in addit.ad Vill. D. 122. Controuertitur tamen, quamuis magis approbetur, apud Viu.lib 1. donatio inter viuos, num. 7. & Controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. donatio, q.18. Vndecima replicatio est: Nisi donatio sit reciproca. Vill. I. 56. Viu. d. donatio inter viuos num.5. Iul.Clar.in §. donatio, q.16. vers. sed nunquid. 5. Duodecima replicatio est: Nisi donatio sit inter patrem & filium, inter virum & vxorem, quæ morte confirmatur. Vill. D.179. in prin. Contradicit M.I.C. lib.14. cap. 20. except.39. repl.19. Cui accedit Gabr.lib.3 de donation. concl 6. nu.1. Itaque replicatio hæc est controuersa: ideóque reprobanda potius, quàm approbanda. Decimatertia replicatio est: Nisi donatio sit facta coram notario & tabellione publico. Villal.I.57. in addit.

in addit. 1. Decimaquarta replicatio videtur: Nisi donatio sit præsumpta. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Iul. Clar. d. quæst 16. in prin. Decimaquinta replicatio est: Nisi vectigali soluto, summa donata non excedat quingentos solidos. Viu. lib. 1. donatio inter viuos, num. 6. Plura de iam dictis replicationibus aliísque similibus vide apud Gabriel. lib. 3. de donationibus, conclus. 1. Hæc de nona exceptione. Decima exceptio: Nisi donatorem donationis pœnituerit. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. reg. 1. except. 31. Accedit Iul. Clar. in §. donatio, q. 1. vers. vlt. Vndecima exceptio: Nisi res ex causa donationis non fuerit tradita. Hæc exceptio approbata iure antiquo, reprobatur iure nouo M. I. C. d. reg. 1. except. 33 M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 26. except. 2. Accedit Viu. lib. 1. actio. §. lex si quis argentum. Iul. Clar. in §. donatio, q. 14. in prin. Planè exceptio proposita etiam iure nouo admitti videtur, primùm quidem in mortis causa donatione. Quæ tamen distinctio reprobatur apud Iul. Clar. in §. donatio, quæst. 14. vers. & hæc quidem. Controuertitur, magis tamen reprobatur Viu. d. §. lex si quis argentum. ibi: secundo loco ampliatur. Deinde admittitur in donatione remuneratoria, qu[illegible] propriè donatio non est. Hæc distinctio est controuersa, magis tamen approbatur apud Iul. Clar. d. q. 14. vers. quæro an dispositio. Tertiò admittitur in donatione præsumpta, Iul. Clar. d. q. 14 vers. item quæro. & Viu. d. §. lex si quis argentum. ibi: tertiò ampliatur. vbi tamen apparet controuersa. Quartò admitti videtur, si donatarius præsens non acceptauerit. Quæ tamen distinctio reprobatur d. q. 14. vers. sed pone. Quintò admittitur in pacto nudo, seu promissione de donando, nulla stipulatione interueniente. Quæ tamen distinctio est controuersa d. quæst. 14. vers. vlt. Sextò admittitur in donatione, quæ in facto magis quàm in re consistit. Quæ distinctio cõtrouertitur & distinguitur apud Viu. d. §. lex si quis argentum. ibi: quarto loco. Hæc de vndecima exceptione. Duodecima exceptio: Nisi donator postea liberos sit nactus. M. I. C. d. reg. 1. except. 35. & lib. 14. cap. 16. quæst. 3. reg. 1. except. 1. Accedit Vill. D. 143. Viu. lib. 1. donatio facta priuato, nu. 1. Iul. Clar. in §. donatio, q. 24. vers. scire debes. ibi: aut enim quis. Ratio huius exceptionis est præsumpta voluntas donatoris. Gabriel. lib. 3. de donationib. conclus. 2. num. 1. Planè huius exceptionis replicatio prima est: Nisi donatio iuramento sit firmata. Quæ replica-

tio reprobatur apud Vill. D.144. & I.147.item Iul. Clar. in §. donatio, quæst.22. vers. stat ergo. Altera replicatio videtur: Nisi non vniuersitas bonorum, sed res aliqua particularis sit donata. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Vill.D.145. Tertia replicatio est: Nisi res minima sit donata. Vill.D.146. Quarta replicatio est: Nisi liberi quos donator nactus est, naturales sint, non legitimi. Cuius duplicatio est: Nisi per subsequens matrimonium sint legitimati. Villal.F.76 Quinta replicatio est: Nisi vni ex filiis donatio sit facta. Viu.d.donatio facta priuato, num.3. Iul.Clar. d.vers. scire debes. ibi: aut verò pater. Sexta replicatio est: Nisi Ecclesiæ sit donatum. Quæ replicatio approbatur certo modo apud Viu. d. donatio facta, num.2. Septima replicatio est: Nisi donatio fuerit remuneratoria, vel ob causam. Viu. d. donatio facta num. 4. Plura de hisce & aliis similibus replicationib. vide apud Gabr.d.concl.2. & Iul.Clar.d.q.22.& q.23.decimatertia exceptio: Nisi conditio donationis defecerit, vel causa non sit secuta. M.I. C.d.reg. 1.except.36.& M.I.P.lib.5.c.5.reg.26. exceptione. 3. Accedit Iul. Clar. in §. donatio, q. 25. in prin. Decimaquarta exceptio: Nisi donatarius legi donationis non paruerit. Cuius replicatio videtur: Nisi post moram parere sit paratus, atque moram purgare. Quæ tamen replic. reprobatur apud Viu. libro 1. donatio ex quinque, num. 5. ibi: amplia prædicta. Decimaquinta exceptio: Nisi donatarius aduersus donatorem fuerit ingratus. M. I. C. d. reg. 1. excep.38.& M.I.P.lib. 5. cap.5.reg. 26. except. 4. Declaratur exceptio proposita quinque ingratitudinis causis, ob quas donatio potest reuocari, M.I.C.d.except..38.in prin. Accedit Viu.d. donatio ex quinque num.1. Iul.Clar. in §.donatio, q. 21.in prin.cum vers.sequente. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alia ingratitudinis causa, præter iam dictas quinque proponatur ad reuocandam donationem. M.I.C.d.except.38.replic.1. Huius duplicatio prima est: Nisi alia vel par vel maior istis quinque causis proponatur. Fichard. in addit.ad Villal.D.121. Viu. d. donatio ex quinque, num.2.Iul.Clar.d.q.21. vers. huius autem. Altera duplicatio est: Nisi donatarius donatorem ad egestatem redactum non aluerit. Quæ duplicatio est controuersa apud Viu. d. num. 2. cum sequente. Iul. Clar.d.q. 21.vers. quid ergo. vbi etiam distinguitur. Altera propositæ excep. replic. est: Nisi donator, dum vixit, ob ingratitudinem donatarij. donationem non

reuocauit:

reuocauit: hoc enim casu hæredi eius ad reuocandam eam non datur actio. M.I.C. d.except.38.replic.4. & M.I.P. d.except.4.replic.1. Accedit Fichard.in addit.ad Vill.D.16. Huius duplicatio prima est: Nisi constet defunctum donationem reuocare voluisse. Fichard. in d.addit. Altera duplicatio est: Nisi donator ob ignorantiam vel mortem repentinam non reuocauerit, vel suam voluntatem declarauerit. Viu.d. donatio ex quinque, nu.4 Gabriel.lib.7.conclu.35 nu.15. Tertia duplicatio est quoad exceptionem, quæ datur hæredi conuento, quamuis actio non detur. Gabriel.d.conclus.35.num. vlt. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Ni donatarius mortuus sit, nulla de eius ingratitudine querela facta: hoc enim casu aduersus ipsius hæredem actio ad reuocandam donationem institui non potest. M.I.C. d.except.38.repl 5.& lib.eod.14.cap.15.quæst.3. reg 1. Accedit Gabriel.d.concl.35.num.1. Huius replicationis duplicationes eædem videntur esse, quæ sunt replicationis proximè præcedentis. Quarta replicatio est: Nisi conuenerit ne ob ingratitudinem donatio reuocetur. Hæc replicatio reprobatur apud Vill.P.12. R.23. item Viu.lib.2. donator promittens, num. 1. Admittitur, si conuentio iuramento sit firmata. Villal.P.13. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.d.donator promittens, num.2.cum sequente. Quinta replicatio est: Nisi donatio fuerit remuneratoria, seu ob causam facta. M.I.C. libr. 14.cap.15.quæst.1. except.1.& 2. Accedit Vill.I.57.vers.vbi dicit. Viu.lib.1. donatio ex quinque, num.6.cum sequente. Iul.Clar.in §.donatio, quæst.21.versi. sed quæro. Huius duplicatio est: Nisi de benemeritis non constet, nec ea probentur. Fichard. in addit. vlt.ad Vill.R.21. De qua re vide item s. except.2.repli.4.duplic.1.item s.lib.2. cap.10. in verbo. Merita. Sexta replicatio est: Nisi Ecclesiæ sit facta donatio. Iul.Clar.d.versi.se quæro. Septima replicatio est: Nisi prælatus alicui contulerit beneficium Ecclesiasticum: hoc enim ob ingratitudinem in prælatum reuocari non potest, per ea quæ habentur s.lib.proxi. cap 3.regu.26. Hæc de decimaquinta exceptione. Decimasexta exceptio: Nisi donatarius donatori ad egestatem redacto alimenta denegauerit. Hæc exceptio est controuersa per ea quæ habentur s.excep.prox.repl.1.dupl.2. Decimaseptima exceptio: Nisi donator per donationem enormissimè læsus sit. Cuius replicatio est: Nisi iuramento donatio sit

firmata

quis.3. Cuius exceptio prima videtur: Nisi donatio iuramento fuerit firmata. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar.d.quæst.24.versic. hæc autem omnia. Altera exceptio est: Nisi titulo onerosо alienatio facta sit. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. in d.quæst. 24. versic.& hæc quidem.

XXXI. Regula: Hac actione non in totum infirmatur donatio: sed siue aliquid, siue nihil actori à donatore sit relictum, agitur ad præstandam seu supplendam legitimam. M.I.C. d.cap.16. quæst.3. reg.1. Accedit Iul.Clar d.q.24 versi. scire debes.ibi:aut verò pater.& versic.aut verò quis. Huius exceptio prima est: Nisi cum quis liberos non habens bona sua donasset, postea nactus sit liberos: hoc enim casu in totum rescinditur donatio. M.I.C. d.reg.1.except.1. De qua re vide s.reg.8.except.12. Altera exceptio est: Nisi donatio re & consilio sit inofficiosa.Iul.Clar.d. versic.aut verò quis.ibi: aut verò est facta. Declaratur hæc exceptio d.versic.aut verò quis,in fine. Cuius replicatio prima est: Nisi vni è filiis sit facta.d.versi.aut verò quis.ibi: nam aut talis donatio. Altera replicatio est: Nisi actori aliquid à donatore sit relictum: tunc enim vsque ad legitimam reuocat donationem. d.quæst.24.versi. sed quid si pater.

XXVII. Regula: Propositæ actionis ad fine remedium est condictio ex lege si nunquam. C. de reuocandis donationibus.Iul Clar.d.quæst 24. versic. scire debes. De quo vide s.d.except.12.

## DE MORTIS CAVSA donationibus.

XXVIII. Regula: Definitur mortis causa donatio M.I.C.lib.14 cap.17.quæst.1. Accedit Villal. D.133.Iul.Clar.in §. donatio,quæst.4.in prin.& versi.cæterùm si in.

XXIV. Regula: Mortis causa donatio ad exemplum legati se habet. M.I.C. d.cap.17. quæst.4.reg.1. Controuertitur apud Iul. Clar.in §.donatio, quæst.5. Planè æquiparatur contractui quoad sui confirmationem. Fichard.in addit. ad Vill.D.156.Iul.Clar.d.q.5.versi.sciastamen.2.

XXX. Regula: is cui mortis causa donatum est, ad rem donatam petendam habet actionem. M. I. C. lib.14.cap.18. quæst.1. Cuius exceptio prima est: Nisi is qui mortis causa donauit, testamentū facere non possit. M.I.C. d.q.1.excep.1.

Accedit

Accedit Vill.F.134. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib.1. statutum disponens quòd mulier. ibi: nam prohibitus facere testamentum. Huius replicatio est: Nisi filiusfamiliâs voluntate patris donauerit mortis causa. M.I. C.d.except.1.repl.1. Accedit Vill. F.134. Viu.lib. filiusfamiliâs regulariter, num.10. Subiicitur ratio ibidem num.11. Controuertitur ibidem num.12. Sed & controuertitur apud Iulian. Clar.in § donatio, quæst 6. versi. habes ergo. Huius duplicatio est: Nisi per epistolã absens pater consenserit. Quę duplicatio reprobatur apud Vill. F.135. Plura de repl. proposita vide s̃.reg.8.except.1.repl.1. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi mulier quæ statuto loci contrahere sine cõsensu agnati prohibetur, mortis causa donauerit. Vill.D.156. Tertia exceptio videtur: Nisi res donata non fuerit tradita. Hæc exceptio reprobatur M.I.C. d. quæst. 1. except. 6. Accedunt ea quæ habentur s̃.reg.8.except.11.distin.1. Quarta exceptio videtur: Nisi cæcus non coram septem testibus mortis causa donauerit. Quæ exceptio reprobatur apud Fichard.in addi. ad Vill.C.1. Quinta exceptio est: Nisi donator conualuerit. M.I.C. d.qõ.1.except. 14. Cuius replicatio est: Nisi non infirmus, sed sanus donauerit. Iul. Clar. in §.donatio, quæst.25. versi.vlt. Sexta exceptio est: Nisi donator mutauerit voluntatem, eúmque donationis pœnituerit. M.I.C.d.quæst.1.except.15. Accedit Iul.Clar.d.quæst.25.vers.sciendum est etiam. Huius replicatio prima est: Nisi donator potestati mutandæ voluntatis specialiter renunciauerit. M.I.C.d.except.15. repl.1. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2 de iureiurando, conclus.9.nu.2. vsque ad num.12. Iul.Clar.in §. donatio, quæst.4. versi.sed pone. Altera replicatio est: Nisi conuerit vt omnimodo reddatur. M.I.C. d.except.15. repl.2. Accedit Iul.Clar.d.versi.sed pone. Tertia replicatio est: Nisi donatio sit iurata. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.conclus.9. Quarta replicatio est: Nisi non sit facta mentio mortis in donatione. De hac replicatione vide. s̃.reg.19. Quinta replicatio est: Nisi donator sine hærede decesserit. Iul.Clar.d.q.25.versi. in hoc tamen.

XXXI. Regula: Ius accrescendi etiam in mortis causa donatione locum habet. Fichar.in addit.ad Vill.I.177.

## DE DONATIONIBVS INter virum & vxorem.

XXXII.

XXXII. Regula, Donatio inter virum & vxorem regulariter quidem inutilis est. M. I. C lib.14.cap.20.reg.1. & M.I.P.libro 5. cap.5 reg 30. Accedit Viu. libr. 1. donatio inter, num.1.Iul Clar.in §.donatio, quæst.9.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi maritus ignobilis nobili vxori, vel senex iuuenculæ donauerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. d. quęst.9.versic.sed pone. Vill. M.82. Viu. libro 1. donatio inter, num. 7. Altera exceptio est: Nisi mortis causa alter coniugum alteri donauerit. M. I.C.d.reg.1.except.10. Contradicit Iul.Clar.d.quæst.9.vers. & hęc quidem. 2. Tertia exceptio est: Nisi donatio iuramento sit firmata. Hęc exceptio est controuersa Turz.opin. 74. Villal. D.123.& I. 144. Fichard. in addit. ad Villalob. D. 134. Viu.d. donatio inter, num. 2. Gabriel. libro 3. de donationibus.conclus.3. numero. 1. Iul. Clar. d. quæst. 9. vers. sed quid si in ipsa. Huius replicatio prima est: Nisi donatio sit simulata. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Viu.d.donatio inter, num.3. Plures replicationes vide apud Gabriel.d. conclus.3. Quarta exceptio est: Nisi ob benemerita donatio sit facta. Viu.d.donatio inter,nu.4. Cuius replicatio est: Nisi benemerita non probentur. Viu.d.nu. 4. ibi: tamen seruitia ista. De qua re vide plura s̃.lib.2.c.10.in verbo Merita. Quinta exceptio est: Nisi donatio sit reciproca, Viu.d.donatio inter,nu.5. Sexta exceptio est: Nisi ius patronatus donetur. Viu.d.donatio inter,num.6. Septima exceptio est: Nisi pro refectione ædium incendio consumptarum donatũ sit Viu.d.donatio inter,nu.8. Octaua exceptio est: Nisi donator donationem, dum vixit, non reuocauit. M. I. C. d. reg.1.except.39 Accedit Iul.Clar. d.quæst.9. ves.scias autem. 6. Huius replicatio prima est: Nisi donataria ante donatorem decesserit. M.I.C.d.exceptio.39. replic. 14. Accedit Vill. D.122. Altera replicatio est: Nisi promissum tantùm sit non etiam traditum ex causa donationis. M.I.C. d. exceptio.39. replicatione 18. Accedit Vill. D. 123. in addit. vers. vltim. Iul. Clarus d. vers. scias autem. ibi: sed hoc intellige. Huius duplicatio prima est: Nisi donatio sit reciproca. Villal. D. 124. ibi: & nota quòd si. Altera duplicatio est: Nisi ficta traditio interuenerit. Villal.D.124 in prin.& Iul.Clar.d. vers. sed hoc intellige. Quæ duplicatio declaratur duobus exemplis apud Iul. Clar. d. vers. scias autem. ibi: & in hoc proposito. Hæc de sucunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio

plicatio est: Nisi donatio immodica actis non sit insinuata. M.I.C.d.except.39.repl.19. Hęc tamen replicatio est controuersa per ea quæ habentur s̃. reg.8.except.9.repl.12. Cuius duplicatio est quoad summam quæ est intra quingentos aureos. Sed & hæc duplicatio est controuersa per ea quę proposita sunt s̃. d.except.9.repl.2.dupl.1. Quartę replicationis loco notandum, quòd donatio non retrahatur ad tempus factæ donationis quoad dominium, sed tantùm quoad fructus. Iul.Clar.d.quęst.9.vers.sed quęro.

# METHODI IVRIS CONTROVERSI LIBER V.

DE CAVSIS IVRIS ACQVIRENDI onerosis: necnon de causis iuris retinendi, & amissi recuperandi, cum duobus titulis generalibus, De verborum significatione, & De regulis iuris.

## *DE OBLIGATIONIBVS & actionibus in genere.*

## *CAP. I.*

### DE OBLIGATIONIBVS in genere.

PRIMA regula: Obligatio diuiditur in naturalem & ciuilem, M. I.C.lib.15.cap.1.q.2. diuis.1. Naturalis obligationis species videtur obligatio ex benemeritis ad antidora. l. sed etsi. 28.§. consuluit. ibi: quamuis ad remunerandũ.ff. de petit. hæreditat. Quæ tamẽ species est cõtrouersa apud Soar.B.23.cum seq.& E. 160.

II. Regula: Naturalis obligatio præscriptione ipso iure tollitur. Villal.P.199.& 200.cum addit.Fichardi.

III. Regula, Naturalis obligatio cedi potest. Villal. O.3.

IIII. Regula, Causæ ex quibus ciuilis obligatio nascatur, enumerantur. M.I.C.d. q.2.diuis.3.& 4. Quarum exceptio generalis prima hęc est: Nisi minor annis gesserit. M.I.C. lib.15.c.2.except.1. Cuius replicatio prima est: Nisi iusiurandum interuenerit. De hac replicatione vide j.cap.4.reg.1.except.1.repl.1. Altera replicatio est: Nisi in vltimo constitutæ ætatis anno gesserit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Soarez A.130. Secunda exceptio generalis est: Nisi furiosus gesserit. M. I. C. d. cap.2.except.2. Cuius replicatio videtur: Nisi furioso per sententiam nondum bonis fuerit interdictum. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Viu.lib.1.prodigus & furiosus. Tertia exceptio videtur: Nisi filiusfamiliás gesserit. Quę tamen exceptio reprobatur M.I.C.d.c.2. except. 4. Admittitur ex speciali statuto loci, Viu. lib. 1. statutum Florentinum. ibi: idem videmus. Quarta exceptio est: Nisi cum mulier sine consensu adgnatorum contrahere statuto prohibita esset, ea contra statutum gesserit. Cuius replicatio est quoad quasi contractum, ex quo nihilominus mulier obligatur. Vill. M.142. Quinta exceptio est: Nisi inter patrem & filium gestum sit. M.I.C.d.c.2.except.5. Cuius replicatio prima est: Nisi filius vxorem suam à patre vindicet. hoc enim casu actio ei deneganda non est. Vill. M.13. Altera replicatio est quoad bona aduenticia, de quibus inter patrem & filium obligatio subsistit. Viu. lib.2.pater hodie. Sexta exceptio est: Nisi non contrahendæ obligationis animo gestum sit. M I.C.d.c.2.except.7. Huius exceptionis species sunt contractus simulati vel imaginarij. M.I.C.d. except. 7.ibi: huius loci sunt. Qui ex quibus notis cognoscantur, declaratur remissiuè apud Viu.lib.1.iuramentum super contractu.ibi: & ex quibus cognoscatur. Alia species est j.except.prox. Planè propositæ exceptionis replicatio prima videtur: Nisi iusiurandum interuenerit. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Viu. d.iuramentum super contractu. Admittitur tamen replicatio proposita, si iuramentum in contractu non simpliciter adpositum esset, sed ita, Omnia & singula esse vera, & contrahentes in nullo contrà facturos. Viu. d.iuramentum.ibi: quando verò iuramentum. Altera replicatio est, quòd iuramentum iocosè prolatum obliget ad veniale peccatum. Viu. lib.2.promissio facta, nu.5. Tertia replicatio videtur: Nisi exceptioni propositæ in

ipso contractu sit renunciatum. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Viu.d.iuramentum. ibi: sed vbicunque. Septima exceptio est: Nisi verbis honoris seu adulationis gestum sit. Hæc exceptio species præcedentis specialiter approbatur apud Viu. d.promissio facta,num.1.cum tribus sequentibus.Octaua exceptio est:Nisi sciente & consentiente aduersario gestum sit. M.I.C.d.cap.2.except.14.& M.I.P.lib.5.cap.6.reg.1.except.2. Accedit Turzan.reg.87.

## DE ACTIONIBVS IN genere.

V.Regula, Actionis significatio partim generalis est,partim specialis.M.I.C.lib.15.cap.3.quæst.1.Generalis significatio continet etiam officium iudicis. Viu.lib.1.actionis appellatio. Soarez A.48. Differunt tamen actio specialiter sumpta,& officium iudicis. de qua re vide d.actionis appellatio,in fine.& remissiuè Iul.Clar.in §.fin.quęst.12.vers.item quæro.ibi:præterea multæ.

VI. Regula,Actio nec mobilis,nec immobilis res est,sed tertia species.de qua re vide S.lib.3.cap.16.reg 10.

VII. Regula, Cum duo facta requiruntur ad actionem (veluti in permutatione requiritur contractus & traditio) quorum vnum alterius est implementum: competit actio non ex implente,sed ex impleto.Turz.reg.82.Vill.A.90.

VIII. Regula,Ex solo iure naturali,seu gentium,siue iure ciuili non datur actio. M.I.C.d.cap.3.q.2.diuis.3. Accedit Fichard.in addit.ad Vill.C.192.

IX. Regula,Actionum aliæ rei, aliæ pœnæ persequendę gratia sunt,aliæ sunt mixtæ. M.I C.d.q.2.diuis.5. Cui similis diuisio est, quod actionum alia ad rem familiarem,alia ad vindictam spectet. Quæ diuisio declaratur apud Soarez A.46.

X. Regula,Actionum alia arbitraria est,alia non. M.I.C.d.q.2.diuis.8.Vnde autem arbitrarię actiones dicantur,quatuor rationes enumerat Turz. reg. 102. cum tribus sequentibus: ex quibus arbitrariarum actionum diuisio sumi potest. Officium iudicis in hisce actionibus arbitrariis definitur apud Soarez A.234.cum sequente.

## QVIBVS COMPETAT ACTIO?

XI. Regula, Ex gesto filiifamiliâs patri, non filio datur actio.M.I.C.lib.15.cap.4.reg.1.& M.I.P.lib.5.cap.6.reg.3. Accedit Viu.libr.1.filiusfamiliâs non potest. vbi subiiciuntur aliquot exceptiones reprobatę Planè propositę regulę exce

prio prima est: Nisi pater absens sit, & nemo sit qui eius nomine agat. M.I C.d.reg.1.except.3. Cuius replicatio est: Nisi pater sit in territorio. Villal. F.130.ibi: si tamen est. Altera exceptio est: Nisi de castrensi peculio agatur. M.I.C.d.reg. 1.except.7. Accedit Vill.F.130. Tertia exceptio est: Nisi de quasi castrensi peculio agatur. Quæ exceptio approbatur exemplo Vill. d F.130. in addit. Quarta exceptio est: Nisi de aduenticio peculio agatur. de hoc enim filiofamil:ås actio competit. Cuius replicatio est: Nisi pater non consentiat. M.I.C.d.reg.1.except.8. Accedit Vill.d.F.130. Huius duplicatio est: Nisi filia de dote aduenticia agat. Villal. F.131. Quinta exceptio est: Nisi filius alieno nomine agat. Vill.F.132. Cuius replicatio est: Nisi minor sit vigintiquinque annorum. Vill. d. F.132. in addit. Sexta exceptio est: Nisi filius accuset sine consensu patris. Villal. F.133. Controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. in § fin. q.14. vers. sed quid in filio.

XII. Regula, Alij quàm creditori non competit actio. M.I C.d.ca.4.reg.6. Cuius exceptio prima est. Nisi creditor actionem alteri cesserit. M. I. C. d. reg. 6.except.2. Accedit Viu.lib.1.cessionarius. Huius replicatio prima est: Nisi mandatum creditoris non interuenerit. M.I.C.d. excep.2.repl.2. Accedit Vill.A.137. Altera replicatio est: Nisi actio litigiosa cessa sit alteri. M.I.C.d.except.2.repl.4. & M.I.P.d.cap.6.reg. 4. Accedit Gabriel. lib.2. de actionibus, conclus.5. vbi etiam copiosius distinguitur. Tertia replicatio est: Nisi ex causa donationis actione immodica cessa, ea actis non sit insinuata. Vill. C.33. Quarta replicatio est: Nisi cessionarius agens non faciat fidem de cessione. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Vill. C.34 Quinta replicatio est: Nisi cedens non soluerit pretium pro cessione. Gabriel. d. concl.5. nu.28. Sexta replicatio videtur: Nisi creditor cedens fuerit excommunicatus. Sed reprobatur apud Viu. lib. 1. cessionarius, in fine. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi creditor alij condemnatus non sit soluendo: hoc enim casu ei cui est condemnatus, aduersus ipsius debitores competit actio. M. I.C.d.reg.6.except.11. Cuius replicatio est: Nisi sententia iudicis de conueniendis condemnati debitoribus non interuenerit. Vill C.107. Tertia exceptio est in hæredibus creditoris, de quibus sequitur ꝫ.reg. prox.

XIII. Regula, Actio quæ competiit defuncto, eius quoque hæredibus datur. M.I.C.d.cap.4.reg.7. Cuius exceptio

prima

prima est: Nisi actio sit pœnalis. Quæ exceptio reprobatur M I.C d.reg.7.except.3. Controuertitur apud Gabriel.lib.7. conclus.35.num.7 Huius replicatio videtur: Nisi ipso iure pœna sit commissa. Sed & hæc replicatio est controuersa apud Gabriel.d.concl 35.num.16. cum duobus sequentibus. Altera exceptio est: Nisi actio sit datiua. Quæ exceptio controuertitur; magis tamen approbatur apud Viu. libro 2. actiones datiuæ.

## ADVERSVS QVOS COMpetit actio?

XIIII. Regula, Aduersus filiumfamiliâs etiam competit actio. M I.C lib.15.c.5.reg.2. Exceptionis loco notandum, quòd pro delicto filij non possit fieri executio in peculio aduentitio. Iul.Clar.in §.fin.quęst.86.vers.secundò infertur. 3.ibi:quinimò pro delicto.

XV. Regula, Ex facto alterius aduersus alium non datur actio. M. I. C. d.cap.5.reg 4.& M.I.P.d.cap.6 reg.8. Accedit Iul.Clar.d.quæst.86.in prin. Huius exceptio prima videtur: Nisi ex facto familiæ dominus conueniatur. Videtur enim, quòd dominus factum familiæ suæ præstare teneatur. Quæ exceptio reprobatur certis conditionibus apud Iul. Clar.d. q.86.vers.hinc infertur.2.item vers.& ex hac conclus.6. Admittitur ex speciali statuto loci. Cuius replicatio est: Nisi familia extra officium suum quid gesserit. Viu. lib. 1. statutum iubens.ibi:idem videmus in alio. Altera exceptio est in successore dignitatis, qui præstat factum sui prædecessoris. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabrel. lib 3.de iure quæsito,conclus.5.num.2.vsque ad num 10 Vill. P.292.cum duabus additionibus. Exemplum propositæ exceptionis est in successore Ecclesiastico:de quo vide M.I.P. d.cap.6.reg.10. Tertia exceptio est:Nisi pater ratione legitimæ pro filio condemnato conueniatur. Hæc exceptio reprobatur apud Viu.lib.1.legitima non debetur,num. 5. item eod.lib.1.statutum disponens quòd pater.ibi: limitatur hoc statutum.Iul.Clar.d.q.86.vers.secundò infertur.3 in prin. Admittitur exceptio proposita ex statuto loci speciali. Quę distinctio est cõtrouersa, magis tamen approbatur apud Viu. d. statutum disponens quòd pater, in prin. & vers. & quemadmodum valet. Iul. Clar. d.q.86.vers.valebit igitur.8. Huius distinctionis, quæ exceptio proposita approbatur, replicatio prima est in persona nepotis, qui appellatione filij in

eiusmodi statuto non continetur. Viu. d. statutum. ibi: limitatur secundò. Altera replicatio est: Nisi extra territorium statuentiũ filius deliquerit. Viu. d. statutum. ibi: limitatur tertiò. Tertia replicatio est in filio pupillo, Viu. d. statutum. ibi: limitatur quartò. Quarta replicatio est: Nisi filius ob contumaciam sit condemnatus. Viu. d. statutum. ibi: quintò limitatur. Iul. Clar. d. q. 86. vers. sed quæro. 9. vbi etiam duplicatur. Quinta replicatio est: Nisi pater sit forensis. Viu. d statutum. ibi: sextò fallit. Sexta replicatio est: Nisi filio condemnato, pater nõ fuerit citatus. Quæ replicatio reprobatur apud Iul. Clar. d. vers. sed quæro, in fine. Hæc de tertia exceptione. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi statuto loci alius pro alio conueniri possit. Viu. d. statutum. ibi: & istud statutum quod vnus. Idem Viu. eod. lib. 1. statutum Florentinum, in prin. Iul. Clar. d. q. 86. vers. & hæc quidem. 4. Huius exemplum est apud Iul. Clar. §. fin. q. 82. statuto 1. vers. 1. item vers. sed quid si. 3. cum vers. sequente. & q. 86. vers. & ex hac 6. cum vers. sequente. Huius replicatio prima est: Nisi non subsit legitima causa. Viu. d. statutum disponens ꝙ pater. ibi: & dic ꝙ istud. Altera replicatio est: Nisi corporalis pœna statuto alij pro alio imponatur. Viu. d. statutũ ibi: limitatur dictũ. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi bona debitoris sint publicata: tũc enim fiscus tenetur. De qua re vide s. li. 1. c. 11. reg. 28. Sexta exceptio est in hæredib. debitoris: de qua re sequitur j. reg. prox. Plura de regula proposita vide j. c. 10. reg. 9.

XVI. Regula: Quæ aduersus defunctum, eadem etiam aduersus hæredes eius datur actio. M. I. C. d. cap. 5. reg. 5. Huius exceptio prima est: Nisi pœnalis sit actio, & ex dolo defuncti descendens. M. I. C. d. reg. 5. exc. 1. Accedit Iul. Clar. in §. fin. q. 51. vers. vlterius. vbi additur, exceptionem hanc iure Põtificio reprobari. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex stipulatu pœna petatur. M. I. C. d. except. 1. repl. 4. Accedit Gabriel. lib. 7. concl. 35. nu. 14. Altera replicatio est: Nisi ipso iure pœna sit irrogata. Vill. P. 63. Controuertitur hæc replicatio & distinguitur apud Gabriel. d. concl. 35. nu. 16. cum duob. sequentib. Cuius duplicatio est: Nisi nõ petatur pœna ipso iure irrogata: tunc enim hæres in foro conscientiæ non tenetur ad eam soluendam. Vill. P. 65. cum sequente. Huius triplicatio est: Nisi culpa fuerit in faciendo. Vill. P. 67. Tertia replicatio est: Nisi de damno dato agatur: hoc enim hæres iure Canonico tenetur sarcire. M. I. P. lib. 1. c. 13. q. 6. reg. 3. Accedit

cedit Vill.H.2.cum addit. Huius duplicatio prima est: Nisi in defuncto non apparuerint signa contritionis. Vill.H.1.& H.2. in addit.ibi;secus tamen. Altera duplicatio est: Nisi hæreditas non sit soluendo. Vill.H.3.cum sequente. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi hæreditas non sit soluendo. Hæc exceptio reprobatur M.I.C.d. reg.5.exce.2. Accedit Turz.opin.19.& 95.Vill.I.96.in addit.1. Admittitur exceptio proposita primùm, si hæres confecto inuentario hæreditatem adiit.M.I.C.d.exce.2.dist.1.Accedit Vill.I.96.in addit.1. Cuius replicatio prima est: Nisi dolosè confecerit inuentarium,non omnibus rebus descriptis. Quæ tamen replicatio reprobatur apud Vill.H.8 Altera replicatio est: Nisi post sexaginta dies ab adita hæreditate inuentarium confecerit.Vil.I.95.& T.5.cum addit.Tertia replicatio videtur: Nisi hæres in solidum sit condemnatus.Sed reprobatur apud Vill.H.9. Hæc de prima distinctione,quæ exceptio proposita admittitur.Secundò admittitur exceptio proposita,si testator hæredi conficiendi inuentarij necessitatem remiserit. Quæ tamen distinctio reprobatur apud Fichard. in addit.1.ad Vill.I.96.Clar.in §.testam.q.66.vers.quoad primum. Tertiò admittitur exceptio proposita,si hæres ex delicto defuncti conueniatur. Iul. Clar. §. fin. q. 51. vers. scias tamen. Vill.H.3. cum sequente. Quartò admittitur,si fiscus ex persona debitoris conueniatur. Iul. Clar.§.fin.q.78. vers. vnum scias.30. Postremò sciendum, exceptionem propositam iure canonico purè approbari. Gabriel.lib. 6.de regula iuris, conclus.11. num.11. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi hæres hæreditatem nondum adierit,vel inuentarium non confecerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Viu. lib. 1. exceptio opposita.Vill.T.8.Quarta exceptio videtur: Nisi hæres scriptus cum hæredibus ab intestato venientibus transegerit. Quæ exceptio est controuersa M.I.C.d.reg.5.excep.6. Quæ cõtrouersia soluitur hac distinctione,quòd priore casu agatur ex testamento, sine quo actio legatariis non competit; posteriore casu etiam sine testamento competit actio,glossa in l. controuersia.14.ff. de transactionib. Quinta except.est: Nisi pro parte hæres, in solidum conueniatur. M.I. C. d. reg.5.except.7. Cuius replic. prima est: Nisi obligatio sit indiuidua. M.I. C. d.exc.7.repl.1. Cuius species est obligatio dandi.Villal. O.9.cum sequente. Altera replicatio est: Nisi

in faciendo consistat obligatio.M. I. C. d. excep. 7. replic.5. Accedit Vill. H. 7. Tertia replicatio est: Nisi pœna stipulationi sit subiecta. tunc enim quamuis vnus hæredum suam partem soluerit: tamen si cohæredes cessent, nihilominus pœna in solidum committitur. M. I. C. d. except. 7. repl. 6. Huius duplicatio est: Nisi factum diuiduum sub pœna promissum sit, quod ab vno hæredum in solidum præstari non potest, pro parte potest. tunc enim pro sua parte præstando à pœna liberatur.M.I.C.d.repl.6. dupl. 1. Accedit Vill. O. 13. Quarta replicatio est:Nisi alter hæredum suam tantùm habeat legitimam:hic enim in nulla parte tenetur, sed cohæres eius in solidum cõueniri potest.Vill.L.56. Viu.lib.1.legitima non debetur,num 3.Soarez L.63.Quinta replicatio est: Nisi cum in defũcto signa contritionis comparuissent, vnus ex hæredibus non sit soluendo: tunc enim alter in solidum pro defuncto satisfacere tenetur iuxta canones. Vill. H. 5. Iul. Clar.in §. fin. q.51.vers. sed pone. Hæc de quinta except. Sexta exceptio videtur: Nisi vsusfructus omniũ bonorum alicui sit legatus: hoc enim casu legatarius,non hæres, actionibus hæreditariis videtur conueniendus. Quæ exceptio est controuersa:magis tamen reprobatur certo modo apud Turz.opi.105. Vill.A.70.H.20.V.61.cum duob.sequentibus.Viu.lib.1.vsufructuarius cui.Septima exceptio est: Nisi statuto loci aliquid aduersus defunctum contra ius commune sit introductum: hoc enim non extenditur aduersus hæredem. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabri.lib.6.de statutis,concl.12.

## VBI ET APVD QVEM COMpetat actio?

XVII.Regula:Hæres à diuersis iudicibus citatus potest comparere apud quem velit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Vill.P.318.Plures huius quæstionis regulas vide s. lib.2.cap.2.quæst.2.

## QVI VENIAT IN ACTIONEM?

XVIII. Regula, De eo quod interest. Si non præstatur id quod debetur, vel tardius præstatur, reus tenetur in id quod interest actoris pecuniam sua die solutam esse M.I.C. lib.15.cap.6.reg.1.Cuius regu.exceptio prima est:Nisi res de qua agitur, non sit in commercio actoris Vill. I. 88. Altera exceptio est: Nisi reus non fuerit in mora soluendi. De qua re vide j.reg.34.except.2.Tertia exceptio est,quòd reus ratione

tione interesse non teneatur vltra duplum sortis. De qua re vide j.reg.36.

XIX.Regula:In æstimatione eius quod interest actoris, etiam lucrum cessans venit. M.I.C. d.reg.1. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib. 3. de solutionibus conclus. 10.Vide j. cap.6. reg.20.except.2.

XX. Regula : Id quod interest actoris , ipsius arbitrio committi potest. Vill. I. 89.

XXI.Reg De ęstimatione rei debitę pręstãda.In ęstimatione rei debitæ regulariter attẽditur locus quo petitur.M. I.C.d.c.6.reg.3.Imò attẽditur locus cõtractus Turz. reg.89.

XXII.Regula:In ęstimatione rei debitæ attenditur tempus quo petitur. M.I.C. d reg.3. Imò tempus contractus , vt j.reg. 28. Sed retenta regula proposita,eius exceptio prima est: Nisi tempus quo dari debuit, in contractu sit adiectum: hoc enim casu tẽpus quo solui debuit , in æstimatione eius spectatur. M.I.C.d.reg. 3. exc.1. Accedit Soarez. A. 120. ibi: vbi autem dies. Altera exceptio est: Nisi bonæ fidei iudicio agatur. tunc enim tempus ferendæ sententiæ spectatur. M. I. C. d. reg. 3. except.6. Accedit Soarez A. 121. in cuius fine additur replicatio ex Fulgosio. Tertia except. est: Nisi extra iudicium, non in iudicio res sit petita. Quæ exceptio est controuersa apud Soarez A. 120.

XXIII. Regula, De æstimatorib. à iudice constituendis,qui rem de qua agitur,æstiment,habetur apud Viu.lib.1. iudex debet. Soar.A.127. cum sequente.

XXIIII.Regula : Si æstimatio permittitur arbitrio aduersarij vel alterius, de boni viri arbitrio intelligi debet. M. I.C.lib.14.ca.3.cõdit. 14. Accedit Viu. lib.1. promittens stare.

XXV. Regula;Æstimatio rei immobilis fit ex eius fructibus, non ex magnitudine. Soarez.A. 123. cum sequente.

XXVI.Regula:Expensæ in rei æstimatione deducendæ Viu. lib. 1. statutum seu lex.

XXVII.Regula : Affectionis æstimatio non attenditur Soarez A.122. Cuius exc. videtur :Nisi ex furto agatur.Sed reprobatur Soarez A.133.& Vill.A. 71.

XXVIII. Regula:Si pecunia debita sit alterata,ęstimatio pecuniæ debetur, quæ fuit tempore contractus , vltimæ dispositionis, vel statuti, non quæ est tẽpore solutionis.Vill. E.95.S. 74. Viu. libro 2. Moneta seu pecunia. item Moneta non deminuta. Gabriel.lib.3. de solutionib.conclus.1.num.1.

& 2.item concluſ.4.num.1.vbi.in tempore vltimę diſpoſitionis controuertitur.& concl. 5. num. 1. vbi in tempore ſtatuti cõtrouertitur.Sed & controuertitur in tempore contractus apud Minſing. cent. 4. obſerua. 1. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi aucta æſtimatione debitor in mora fuerit. tunc.n. periculum augmenti ad debitorem pertinet. Vill.P. 60. in addit.3.item S.80 Viu. lib. 2. moneta muta. Gabriel.d. concluſ.1.num.6.& ibidem concluſ.3.num.1. Huius replicationes vide d.concluſ.3.num.2. cum ſequentibus. Altera exceptio eſt; Niſi valor monetæ extrinſecus ſit mutatus. tunc enim inſpicitur tempus ſolutionis, non cõtractus. Vill.S.75. cum duob.ſequentib. Viu.lib. 2. moneta pecuniáue.& Moneta variata. Tertia exceptio eſt: Niſi non ex deterioratione materię, vel formę, ſed ob principis volũtatem valor monetæ decreuerit.tunc enim ſpectatur tempus ſolutionis, nõ contractus. Vill. S.79. Controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. d.lib.3. de ſolutionib. concluſ.2. Quarta except. videtur:Niſi pecunia ſit diminuta propter diminutionem põderis. hoc enim caſu videtur creditoris, non debitoris eſſe periculum. Gabriel.d. concluſ.1. num.9. Contradicit Vill.S. 78. ideo exceptio hæc videtur controuerſa. Plures propoſitæ regulæ exceptiones, ex magna parte controuerſas vide apud Gabriel.d. concluſ.1.2. 4.& 5.

XXIX.Regula:Monetæ valor in ſententia conſideratur tempore ſententiæ, non tempore executionis. Gabriel. lib. 3.de ſolutionib. concluſ.6.

XXX. Regula: Monetæ valor in gratia principis attenditur tempore gratiæ factæ. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Gabriel. libro 3.de ſolutionibus, concluſ.7.

XXXI. Regula: Species quæ debetur,non eius æſtimatio in libello petenda. Vinius libro 1. alimenta præterita. Cuius exceptio eſt in fructibus, quos veriſimile eſt non extare. Viu.lib.2. fructus.ibi: vnde ſi quis. Non autem præſumuntur extare poſt triennium.Viu. d. fructus, in prin.

XXXII.Regula,Si quis plus petierit,cauſa cadebat iure antiquo,hodie tripli pœna tenetur.M.I.C.d.cap. 6. regula 9. Cuius exceptio eſt: Niſi reus totum quod petitum eſt, negauerit.tũc enim in parte verificata poteſt condemnari.Gabriel.lib.2. de expenſis, concluſ.2. num. 2.

## DE VSVRIS.

XXXIII. Regula: Vſuræ nec iure ciuili peti poſſunt, Niſi

Nisi ex certis causis.M.I.C. lib.15.cap.7.quæst.1.in princ. Accedit. Villal.V.67. Controuertitur apud Iul.Clar. in §.vsura, versic.4.

XXXIIII. Regula: Ex stipulatu vsuræ debentur.M.I.C.d.quęst.1.reg.1.Cuius exceptio prima est:Nisi illicitas vsuras quis sit stipulatus. M.I.C. d. reg.1.except.7. Huius replicatio est: Nisi donec vixerit, vsuras sit stipulatus,ita vt post mortem ipsius sors creditori sine vsuris maneat.Villal.E.36. Altera exceptio est: Nisi debitor non fuerit in mora soluendæ sortis.Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1.except.9. Controuertitur, magis tamen approbatur in eo quod interest,apud Turz. opin. 155. Tertia exceptio est: Nisi debitor sortem obtulit. de qua vide j.post reg.prox.in except.gener.

XXXV. Regula: Vsuræ ex mora debentur. M.I.C. d. quæst.1.causa 2.& M.I.P. libr.5.cap.6.reg.18. Quando autem mora facta esse intelligatur, relinquitur arbitrio iudicantis, M.I.C. causa 2.ibi: sanè quando. Accedit Vill.M.130.Huius regulæ exceptio prima est: Nisi debitor ad soluendum non sit interpellatus. M.I.C. d.causa 2. except.1. Accedit Villal.L.90.ibi: aliàs semper. Huius replicatio prima est: Nisi certum tempus solutioni fuerit constitutum. tum enim tempus interpellat pro homine. M.I.C. d.except.1.replic.4. Accedit Vill.I.90. ibi: vnum tamen. Gabriel.lib.3.de solutionib.conclus.9.num.1.& 2. Huius duplicatio est: Nisi tempus postea sit prorogatum. Cuius triplicatio est: Nisi à procuratore, tutore vel curatore tempus sine speciali mandato sit prorogatum. Quæ triplicatio approbatur & distinguitur apud Turz.opin.16.& 82. Plures duplicationes vide apud Gabriel. d.conclus.9. Altera replicatio est: Nisi obligatio cum iuramento facta sit. Vill.I.90. in princ. Plura de hac replicatione vide j.cap.4.reg.2.except.1.repl.2. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi non in iudicio, sed extra ad soluendum debitor fuerit interpellatus. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.I. 90.ibi: tamen si dies. & 91. item apud Turz.reg.64. Admittitur in contractibus stricti iuris,Turz. regul.66. Tertia exceptio: Nisi ab alio quàm creditore debitor fuerit interpellatus. M.I.C. d. causa 2. except.5. Cuius replicatio est: Nisi alius nomine creditoris debitoris debitorem interpellauerit. M.I.C. d.except.5.repl.1. Accedit Vill.N.1.in addit. Cuius duplicatio est: Nisi alius sine mandato interpellauerit vt sibi soluatur Vill.d.addit. Quarta ex-

ceptio est: Nisi debitor interpellatus ad iudicium prouocauerit. M.I.C. d.causa 2. except. 11. Cuius replicatio est: Nisi iniustè ad iudicium prouocauerit. M.I.C. d.except.11.repl.2. Huius duplicatio est: Nisi & actor iniustè egerit plus petendo. hoc enim casu debitor partis totum negando & ad iudicium prouocando im mora esse non videtur. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de expensis, conclus.2.num 4 cum quinque sequentibus Quinta exceptio est: Nisi sors difficulter solui possit. Quæ exceptio est controuersa apud Vill.D.69. Sexta exceptio est: Nisi sors propter exceptionem peti non possit. M.I.C. d causa 2. except.14. & M.I.P. d.reg. 18. except.2. Accedit Vill.C.120. Septima exceptio videtur: Nisi semel tantùm intepellatus fuerit debitor ad soluendum. Quæ exceptio reprobatur apud Turz.reg.1.inprinc.

## EXCEPTIO CAVSARVM, EX quibus vsuræ debentur, generalis.

Planè non solùm ex duabus causis iam propositis vsuræ peti possunt, sed ex aliis iam plurib. quas M.I.C. d quæst.1. enumeraui. Quarum causarum exceptio generalis hæc est: Nisi debitor sortem obtulit, & per creditorem stetit, quo minus eam reciperet. M.I.C. d.quæst.1. except.gener.4. Cuius replicatio est: Nisi debitor sortem oblatam non obsignauit, neque deposuit. M.I.C. d.except.4.replic.3. Contradicit Viu.libr.1.oblatio debiti. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel lib.3.de solutionib.conclus 8.

XXXVI. Regula: vsuræ, & id quod actoris interest, sortis summam excedere non possunt. M I.C. d. cap. 7.q.2. reg 3.item lib. eod.15.cap.6. reg 1. in fine. Cuius exceptio videtur: Nisi quis annuum reditum loco vsurarum vel interesse emerit vel sit stipulatus. M.I.C. d.reg 3. except.4. Quæ exceptio si accipiatur de annuo reditu, qui penditur de pecunia, neque de fundo proprio, sed de fundo alieno conducto, vel in emphyteusin accepteusin accepto: æqua est, nec vllam patitur controuersiam. Sed si pendatur de pecunia mutuò sumpta, vel de fundo ipsius debitoris proprio, emptionis contractu simulato, vt Nouell.160. rationem nullam habet. Nam vsura nihil aliud est quàm reditus annuus l. Titius.26.in prin.& ibi glossa.ff.de præscriptis verbis.l.alumnę. 30.ff.de adimendis legatis.& vsurariorum nihil interest, vtrū

vsuras

vſuras ſtipulentur, an reditus annuos in prædio debitoris emant. Non igitur ſine ratione videtur d. Nouell. 160. in antiquis Codic. omiſſa. nec veriſimile eſt, iure Pontificio, quod vſuras tantopere execratur, & loco ſtipulationis vſurarum emptionem anni reditus permittit, dictam regulam primam de eo quod intereſt, & d. regulam tertiam, quibus modus vſuris & æſtimationis eius quod intereſt, conſtituitur, in emptione annui reditus diſtingui. alioquin melior eſſet conditio vſurariorum in iure Pontificio, quàm in iure ciuili: cum (vt dictum eſt) illorum nihil interſit, vſuras ſtipulentur, an reditus annuos, qui vſuras æquent, in debitoris fundo emãt. Quod enim adfertur de periculo fundi, iſtud videlicet ad creditorem ſeu emptorem pertinere, ridiculum eſt: cum fundus rariſſimè chaſmate pereat.

## DE FRVCTIBVS, ACCESſionibus, & omni cauſa.

XXXVII. Regula: in actiones veniunt fructus, acceſſiones & omnis cauſa. M.I.C. lib. 5. cap. 8. quæſt. 1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi perſonali, non reali actione agatur. M.I.C. d. quæſt. 1. except. 1. Huius replicatio prima eſt in fructibus poſt rem in iudicium deductam præceptis, M.I.C. d. except. 1. repl. 1. Accedit Turz. reg. 66. Vill. F. 173. Altera replicatio videtur: Niſi poſt mortem factam fructus ſint percepti. Sed reprobatur M.I.C. d. exceptio. 1. replic. 4. Accedit Turz. reg. 66. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio eſt: Niſi reus bonæ fidei poſſeſſor ſit. hic enim de fructibus reſtituendis non tenetur. M.I.C. d. quæſt. 1. except. 13. Huius replicatio prima eſt: Niſi fructus apud bonæ fidei poſſeſſorem adhuc extent. nam ad fructus extantes, non conſumptos bonæ fidei poſſeſſor tenetur. M.I.C. d. except. 13. repl. 1. Cuius duplicatio eſt: Niſi fructus qui extant, per tres annos poſſederit. Vill. F. 170. Soarez B. 32. Altera replicatio eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor ex fructibus conſumptis locupletior ſit factus. M.I.C. d. except. 13. replic. 5. Controuertitur & diſtinguitur hæc replicatio apud Gabriel. lib. 5 de acquir. rerum domin. concluſ. 2. Tertia replicatio eſt: Niſi fructus ſint naturales, non induſtriales. M.I.C. d. except. 13. replic. 6. & lib. 7. cap. 1. cauſa 16. except. 2. Cuius duplicatio eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor titulum habeat. hoc enim caſu nec naturales fructus reſtituit, quos conſumpſit. Fichard. in addit.

ad Vill.P.184. Quarta replicatio videtur: Nisi titulum non habeat bonę fidei possessor. Sed reprobatur apud Vill.P.161. Hæc de secunda exceptione: de qua vide item s.lib 3.cap.13. reg.8. Tertia exceptio est: Nisi fructus in libello non sint petiti, vel in sententia adiudicati. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Turz.opin.72.

XXXVIII. Regula: Fructus intelliguntur, deductis impensis fructuum gratia factis. M.I.C.d.cap.8.quæst.2.reg. 1.Accedit Viu.lib.1.statutum seu lex.

## DE IN LITEM IVRANDO.

XXXIX. Regula: si reus remque petitur, non restituit, vel de damno dato agatur: quanti sua interesse actor iurauerit, in tantum reus est condemnandus. M.I.C.lib.15.cap.9. quæst.1. Huius exceptio prima est: Nisi sine dolo malo non restituat reus. M.I.C. d.quæst.1. except.1 Huius replicatio est: Nisi secundum ius commune vel statutorum pro doloso habeatur vel præsumatur. Quæ replicatio reprobatur apud Fichard.in addit. ad Villal.I.153.Admittitur in casu depositæ valisiæ obsignatæ, quæ redditur resignata. Viu.lib.iuramentum.§.valisia. Altera exceptio est: Nisi ex causa depositi ad certam pecuniam agatur. M.I.C. d.quæst.1. except.2. Cuius replicatio est in exẽplo valisię depositæ, de quo iam est dictũ. Tertia exceptio est: Nisi stricti iuris iudicio, veluti ex stipulatu, vel ex testamento agatur. M.I.C.d.quæst.1.except.3. Accedit Turz.reg.14. Huius replicatio est: Nisi ad mandatũ iudicis res non restituatur. Turz. reg.15. Quarta exceptio est: Nisi actor malit reum in id quanti ea res est condemnari, quàm in litem iurare. M.I.C. d.quæstio.1.except.6. Accedit Viu.lib.1.iurare in litem, in princ. Quinta exceptio est: Nisi rem tradi obligatio sit. Fichard.in addit.ad Vill.O.16. Sexta exceptio est: Nisi cùm statuto deferatur iusiurandum in litem damni æstimandi, de furto agatur. Viu.lib.1.statutum disponens quòd de damno, in prin. Septima exceptio est: Nisi cùm statuto deferatur iusiurandum damni æstimandi, euidentia rei & inspectione oculorum damnum constare possit. Viu.d.statutum disponens.ibi: interpretatur secundò. Octaua exceptio est: Nisi cùm statuto deferatur iusiurandum damni æstimandi, iurans petente aduersario non exprimat diem damni dati. Viu.d.statutum disponens. ibi: interpretatur tertiò. Nona exceptio est: Nisi cùm statuto deferatur iusiurandum

iusiurandum damni æstimãdi, is cui defertur, pauper sit. Viu. lib.1.testis propter solam.ibi:hinc est quod non. Decima exceptio est: Nisi cùm statuto deferatur actori iusiurandum damni æstimandi, actor sit forensis. Viu lib.2.statutum dispo nens. Vndecima exceptio est: Nisi actor periurus sit, vel infamis. Viu.libr.1. testis esse non potest periurus. Duodecima exceptio est: Nisi cùm statuto deferatur iusiurandum actori damni æstimandi, alius quàm qui damnum dedit, conueniatur. Iul. Clar. §.fin. quæst.82.versi.quæro nunquid.2.

## DE EO QVOD REVS FAcere possit.

XL. Regula: Nobilis non nisi in id quod facere potest, tenetur. Quæ tamen regula vtcunque videatur approbari M.I.C. lib.15.cap.10.quæst.1.causa 4.reprobatur tamen apud Villal.N.13.

XLI. Regula: Clericus non nisi in id quod facere potest, tenetur. Viu.lib.2.clericus debitor.

XLII. Regula: Filiusfamiliâs sui iuris effectus, ex contractu quem in patria potestate constitutus gessit, non nisi in id quod facere potest, tenetur. M.I.C. d.quæst.1.causa 8. Cuius exceptio est: Nisi filium se esse negauerit. Gabriel.lib.5. de acquir.possess.conclus.5.num.15.

## DE COMPENSATIONIBVS.

XLIII. Regula: Si quid actor reo debet, compensatione opposita minuitur condemnatio. M.I.C. lib.15.cap.11.q.3. reg.1.& M.I.P. lib.5.cap.6.reg.20. Accedit Viu.lib.1.compensatio. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi actione depositi agatur. M.I.C. d.reg.1.except.2.M.I.P. d.reg.20.except.1. Cuius replicatio est quoad expensas in rem depositam factas, Vill.C.110. Altera exceptio est: Nisi commodati agatur. M.I C. d.reg.1.except.3. Accedit Vill.113. Tertia exceptio est: Nisi ex delicto agatur. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1.except.8. Accedit Vill.V.109.in cuius fine nota distinctiones, quibus exceptio hæc approbatur. Quarta exceptio est: Nisi ex causa legati debeatur quod compensatur. Vill.V. 11.4. Quinta exceptio est; Nisi debitum quod compensatur, dubium sit, non liquidum. M.I.C. d.reg.1.except.26.& M.I.P. d.reg.20.except.2. Accedit Vill.C.111. Sexta exceptio est: Nisi iurato debito non iuratum compensationis iure opponatur,

ſeu iurans ſoluere compenſet. Viu.lib.1. compenſet. Viu.lib. 1.compenſatio. Controuertitur & diſtinguitur apud Gabr. lib.2.de iureiurando,concluſ.7. De qua re vide item s̃.lib.2. cap.14.reg.12.except.5. Septima exceptio eſt: Niſi non pecunia,ſed ſpecies petatur. M.I.C. d.reg.1. except.30. Huius replicatio eſt: Niſi cum ſpecies præſtari non poſſet, æſtimatio eius petatur. Vill.C.112. Plura de exceptione propoſita vide remiſſiuè apud Vill.C.114.in addit. Octaua exceptio eſt. Niſi compenſationis exceptio non fuerit oppoſita. Turz.reg.78. Viu.lib.1. compenſatio. Huius replicatio eſt quoad pœnam euitandam, Turz.d. regul.78. Nona exceptio videtur: Niſi contra inſtrumentum habens executionem paratam opponatur compẽſatio. Sed reprobatur apud Vill.C.1-9.in addit.

## QVANDO COMPETAT ACTIO?

XLIIII. Regula, Si pura ſit obligatio, ſtatim agi poteſt. M.I.C.lib.15. cap.12. reg.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi tacitè inſit conditio. Vill. C.116. Cuius ſpecies ſunt M.I.C. d.reg.1. except. 1.cum ſequentibus. Altera exceptio eſt: Niſi certo loco dari promiſſum ſit.hoc enim caſu tanto tempore expectandum eſt, quanto ad eum locum perueniri poſſit M.I.C. d. reg.1. except.2. Accedit Vill.O.8. Huius replicatio eſt quoad obligationem, quæ ſtatim naſcitur, quamuis non ſtatim agi poſſit. Vill. O.8.& Viu.lib.1. actionis natiuitatem. Tertia exceptio videtur: Niſi dies à lege miſerationis gratia ſit indultus. Sed reprobatur apud Vill. D. 66.

XLV. Regula: Si in diem ſit obligatio, ante diem venientem agi non poteſt, ſed nec die veniente, niſi eo præterito. M.I.C.d.cap.12.reg. 2. Sanè quod dictum, nec die veniente niſi eo præterito agi poſſe, videtur controuerſum apud Doctores contendentes, vtrum dies termini in terminum ſit computandus, necne? Villal.D.66.in addit. & Fichard.in addit.1.ad Villal.T.19. Huius regulæ exceptio eſt quoad obligationem, quę ſtatim naſcitur, quamuis ſtatim agi non poſſit. de qua re dictum s̃.reg.prox.except.2.repl.1.

XLVI. Regula, Si ſub conditione obligatio contracta eſt, non niſi exiſtente conditione actio competit. M.I.C. d. cap.12.reg.6. Accedit Viu.lib.1.creditor.

XLVII. Regula, Si reus in magiſtratu poſitus ſit, non niſi finito magiſtratu aduerſus eum datur actio. M.I.C. d. cap.12.reg.8. Accedit Iul. Clar. in §. fin.quæſt.16.verſ.præterea

terea quæro, in prin. Cuius exceptio est: Nisi pœna ad quam agitur, sit priuatio magistratus vel officij, in quo est positus. Iul. Clar. d. vers. præterea quæro.

XLVIII. Regula, Tempore luctus reus non debet conueniri. M.I.C.d.cap 12.reg.14. Accedit Soarez C.1.

XLIX. Regula, Si princeps reo dilatoriam exceptionem concessit, interim non est actio aduersus eum instituenda. M. I. C. d. cap. 12. reg. 20. Accedit Fichard. in addit. 1. ad Villal. Q. 4. Cuius exceptio prima est: Nisi reus actori non satisdet, finito tempore debitum iri solutum. M.I.C.d.reg.20.except.1. Accedit Fichard.d. addit.1. & Vill. D.7. Altera exceptio est: Nisi debitum sit iuratum. Villal.d. D.7.in fine. Quæ tamen exceptio est controuersa apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, conclus.5.num.21. cum duobus sequentibus.

L. Regula, Pœna, si ante tempus agatur, habetur M.I.C. d.cap.12.reg.23. Accedit Vill.A.74. Hactenus, quando competat actio. Quamdiu competat, dicetur 7.cap.prox.

## ADIVNCTA ACTIONVM.

LI. Regula, Cumulatio actionum regulariter est prohibita. M I.C.lib.15.ca.13.in fine, reg.1. Accedit Gabriel.lib.2.de actionibus, conclus.1.num.1.cum duobus sequentibus. Contradicit regulæ propositæ Vill. A.42.& 45. Soarez A.59. Vide remissiuè apud Vill. A.42. in addit. Planè propositæ regulæ, quatenus approbatur, exceptio prima hæc est: Nisi incertum sit quæ competat actio. tunc enim plures cumulari possunt. Vill.V.2. Controuertitur apud Gabriel.d.conclus.1.num. 4. cum sequente. Admittitur, si ex facto aduersarij incertum sit quæ actio competat. M. I. C. d. reg. 1. except. 1. Accedit Gabriel. d. conclus. 1.num.8.cum sequente. Altera exceptio est: Nisi causa sit fauorabilis. Fichard. in addit.B.ad Vill. C. 216. Tertia exceptio est: Nisi rescindens & rescissorium iudicium cumulentur. Vill. R. 7. Fichar.in addit.ad Villal. M. 92. Quarta exceptio est: Nisi petitorium & possessorium iudicium cumulentur. Villal.P.77.& 78. Cuius replicatio est: Nisi petitorium & possessorium retinendę cumulentur. Vill. P.78. Cuius duplicatio est: Nisi possessorium retinendę instituatur respectu diuersę possessionis. Vill.P.79. Quinta exceptio est in remedio l. hac edictali. C.de secundis nuptiis: & querela inofficiosæ dotis. Gabriel. libro 3. de secundis nuptiis, concl.5.num.54. Sexta exceptio videtur in interdicto.

Vnde vi & remedio c. redintegranda. Quæ tamen reprobatur apud Gabriel. lib. 5. de restitut. spoliator. conclus. 1. num. 141. Septima exceptio est in actione hypothecaria & personali, Gabriel. d. conclus. 1. num. 30. cum sequentibus. Viu. lib. 1 actio hypothecaria. Octaua exceptio est in actione Publiciana & rei vendicatione, Viu. li. 1. actio. §. in actione. vers. sed tertia. Nona exceptio est: Nisi vna sit principalis, altera accessoria. Gabriel. d. num. 30. cum duobus sequentibus. vbi etiam distinguitur. Decima exceptio est: Nisi exceptio prohibitæ cumulationis non fuerit opposita. Gabr. d. conclus. 1 num. 34. Vndecima exceptio est: Nisi actiones non competant ad idem, sed ad diuersa. Gabriel. d. conclus. 1. num. 25. Duodecima exceptio est: Nisi contra diuersos plures actiones instituantur. Gabriel. d. conclus. 1. num. 14. & 26. Decimatertia exceptio est quoad ius canonicum. Quæ exceptio est controuersa d. conclus. 1. num. 27. cum duobus sequentibus. Plures exceptiones vide d. conclus. 1. num. 6. & vlt.

L I I. Regula, Si cumulationē actionum regulariter permissam esse ponamus, quemadmodum s̃. reg. prox. in prin. in contraria opinione est allegatum: tunc huius regulæ exceptio prima est: Nisi alteri per alteram futurum est præiudiciū. tunc enim cumulatio non permittitur. Vill. L. 122. Viu. lib. 1. actionum. Altera exceptio est: Nisi vtraq; ex eadē causa nascatur. Vill. A. 60. Tertia exceptio est: Nisi criminalis & ciuilis actio cumulentur. hæc enim cumulatio fieri nequit. Iul. Clar. in §. fin. q. 2. vers. 1. cum sequente, in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi vna principaliter, altera incidenter instituatur. M. I. C. lib. 2. c. 23. de ordine cognit. reg. 3. ibi: sed & simul. Accedit Iul. Clar. d. q. 2. vers. 2. ibi: sed si actor, Soarez A. 30. & 50. Huius duplicatio est: Nisi criminali causa in iudicium deducta, ciuilis ex diuersa & penitus separata causa in iudicium deducatur. Iul. Clar. d. q. 2. versi. 3. Altera replicatio est: Nisi vna actione in iudicium deducta, reus per reconuentionem alteram actionem instituat. Iul. Clar. d. q. 2. vers. 4. Cuius duplicatio est: Nisi criminali prius in iudicium deducta, reus ciuilem per reconuentionem opponat. Iul. Clar. d. q. 2. vers. 5. Quarta exceptio videtur: Nisi actor nō fuerit protestatus, quod vnius solutione futurus sit contentus. Quæ exceptio est controuersa, & magis reprobatur apud Viu. li. 1. actio hypothecaria. ibi: aliqui etiam ex allegatis. &

tis. & Gabriel.d.concluſ.1.num.7.

LIII. Regula, Si plures competant actiones, in arbitrio actoris, eſt qua potiſſimùm velit experiri. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Gabr.li.2.de actionibus, concluſ.1. Sed & huius regulæ exceptio eſt: Niſi vnam elegerit. hoc enim caſu aliam poſtea eligere nequit, cui per priorem electionem videtur renunciaſſe. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur apud Gabriel. d. lib. 2. de actionibus, concluſ. 2. De qua exceptione vide plura j. de reg. iuris, in verbo Renunciatio.

LIIII. Regula, Si ſtatuto ad probationem alicuius negotij requirantur teſtes optimi, vel optimæ famæ & conditionis: tunc fundans ſe in hac qualitate, articulare illam & probare debet. Viu. lib.2.ſtatutum requirens. Gabriel.lib.1. de probationib.concluſ.11.num. 6.ibi:& regulare eſt.

LV. Regula, Nemo inuitus agere cogitur. M.I.C.d.ca.13. in fine, reg. 2. Accedit Soarez A. 18. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ex l. diffamari, quis ad agendum compellatur. M.I.C.d.reg.2.except.1. De qua re vide j. cap.10.reg.51. cum ſequente. Altera exceptio eſt: Niſi hæres ad vindicandam mortem defuncti cogatur. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Iul.Clar.in §.fin.q.15.verſ.item quæro. 5.ibi:& licet Bart. Tertia exceptio videtur: Niſi offenſus ad accuſandum à iudice cogatur. Quæ exceptio reprobatur d. verſic. item quæro, in prin.

## ADFINIA REMEDIA ACTIONVM.

LVI. Regula, Officium iudicis adfine remedium eſt actionis, quod competit, ſi verba legum dirigantur ad iudicem. Vill.V.30. De differentia & cognatione actionis & officij iudicis vide s. eod. cap. reg.5. Plura actionum remedia vide s. lib.2.cap.1.quæſt.6.

## *DE TEMPORALIBVS præſcriptionibus.* CAP. II.

AD tractatum de actionibus pertinēt etiam temporales præſcriptiones, quibus definitur tempus actionum, quamdiu cōpetant. Ideóq; de iis hoc loco eſt ſubiiciendum.

I. Regula, Singulis actionibus certum à legibus tempus eſt conſtitutū, intra quod inſtitui debent. M.I.C.lib.15.c 13.in prin. Quod tempus non poteſt abbreuiari. Vill.T.6. Quibus

autem actionibus nullum certum tempus à lege specialiter est præstitutum, eæ olim quidem perpetuæ erant, hodie verò vsque ad triginta annos durant. M.I.C.d.cap.13. in princ. ibi: quibus autem. Accedit Turz.reg.99. Intra hæc tempora, tam specialiter quàm generaliter à legibus cõstituta, nisi actiones instituãtur, postea agenti obstat temporis præscriptio: quæ definitur apud Vill.P.197. Planè temporis præscriptionis exceptio prima est: Nisi de iure publico & publica vtilitate agatur. M.I.C.d.c.13.except.1. Huius replicatio prima est in iure superioritatis, quod potest præscribi. Quæ replicatio est controuersa apud Fichard.in addit.ad Vill.S.158. Altera replicatio est in regalibus, quæ possunt præscribi. Fichard.in addit.ad Villal.R.14. Viu.lib.1.immunitas & exemptio. Cuius duplicatio videtur: Nisi princeps, contra quem præscribitur, ignorauerit vel contradixerit. Quæ duplicatio reprobatur apud Villal.S.8.cum duob.sequentibus. Tertia replicatio est in mero & mixto imperio, quod potest præscribi Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur s.lib.1.cap.5.reg.25. Quarta replicatio est in obedientia Imperatoris, quæ à regibus & ciuitatibus præscribi potest, ne eam præstent. Vill.P.216. Viu.lib.1.immunitas & exemptio. Gabriel.lib.5.de acquir.rer.dom. conclus. 3. num. 14. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi fiscus agat. contra hunc enim non videtur valere præscriptio. Sed hæc exceptio reprobatur. M.I.C.d.c.13.exc.2. Declaratur quanto tempore aduersus fiscum præscribatur, apud Villal. P. 224. Tertia exceptio est: Nisi Ecclesia agat. huic enim non nisi quadraginta annorum præscriptio obstat. M.I.C.lib.3.cap.6. de priuilegiis Ecclesiæ, reg.4 & M. I. P. lib. 3. cap. 1. reg. 19. Accedit Turz.opin. 117.num.2. Huius replicatio prima videtur: Nisi ex persona priuati, cui Ecclesia successit, agatur. Sed reprobatur apud Vill. E. 10. Admittitur replicatio hæc quoad tempus præteritum, antequam Ecclesia successerit, Vill.P.227.& Turz.opin.117. Altera replicatio videtur: Nisi Ecclesia contra Ecclesiam agat. hoc enim casu triginta annorum præscriptio sufficere videtur. Quę replicatio est controuersa M.I.P.d.reg.19.except.5. Reprobatur apud Vill.E.6. cum sequente. Quarta exceptio est: Nisi alius pius locus vel villa agat. hoc enim casu idem priuilegium est, quod Ecclesię datur circa præscriptionem. Vill.A.162. Soarez A.289. Quinta exceptio: Nisi ex iure offerendi agatur. De hac

exceptione

exceptione vide ĩ.in fine capitis,dupl.5.Sexta exceptio:Nisi actio semel in iudiciũ deducta fuerit, & reus interpellatus. M.I.C.d.cap.13.except.5 & M.I.P.lib.5.cap.6.reg.21.except.1. Huius replicatio prima est: Nisi lis nondum fuerit contestata. M.I.C.d.except.5.replic.6.& M.I.P.d.except.1.replic.2. Accedit Vill. P.266.cum duob.sequentibus. Huius duplicatio prima est:Nisi annalis sit actio.M.I.C.d.repl.6.dupl.1 Accedit Vill.P.267. Altera duplicatio est: Nisi præscriptio per statutum sit introducta,vel à iudice.Vill.P.269.Huius triplicatio est:Nisi citatio aduersarij non sit facta. Quæ triplicatio approbatur d.269. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de citationib. concl.1.nu.386.cum trib.sequentibus. Altera replicatio est:Nisi apud non competentem iudicem actio in iudicium deducta fuerit. Vill.P.266. Tertia replicatio est in restitutione in integrum in iudicium deducta.hæc enim non continuatur per litis contestationem.M.I.C.lib.25.cap.1.q.5.& M.I.P.d.except.1.repl.3.Accedit glossa in l.nam postea. 9. §.si is qui,in verbo,Post litem ff de iureiurando.De qua re vide item ĩ.cap.13.reg.4. Septima exceptio:Nisi actor iure agere non potuit.M.I.C.d.ca.13.except.10. Huius replicatio prima est: Nisi per actorem steterit, quo minus iure agere potuerit. Viu. libr. 2. præscriptio.vbi etiam exemplo declaratur.Aliud exemplum habetur ĩ.cap.5.reg.15.except.1.replic.1. Altera replicatio videtur in annuis præstationibus quæ quamuis peti non possint nisi quolibet anno elapso, tamen videntur etiam futuræ præscribi posse, si præteritæ per multos annos non sint petitæ. Quæ tamen replicatio est controuersa apud Fichard. in addit.ad Villal. P.251.& in addit.2.ad Vill.P.60. Huius replicationis controuersæ duplicatio est: Nisi annuæ præstationes non ex contractu, sed ex legato vel vltima voluntate debeantur. hoc enim casu non possunt præscribi. Soarez A.183.& Vill.P.284. Octaua exceptio:Nisi actor fuerit minor vigintiquinq; annis.M.I.C.d.c.13.exc.11. Huius replicatio prima est: Nisi 30. vel 40.annorum præscriptio obiiciatur. hæc enim proposita exceptione non eliditur. M.I.C.d.except.11.repl.2. Cuius duplicatio prima est; Nisi minor fuerit quatuordecim annis.M.I.C.d.repl.2.dupl.1.Accedit Vil.P.279.Altera duplicatio videtur:Nisi ope in integrũ restitutionis minori succuratur. Sed reprobatur d.279.Altera replicatio est: Nisi contra defunctũ, cui successit minor,præscriptio sit inchoata. Vill.

 P.279.

P.279.cum sequente. Tertia replicatio est: Nisi præscriptio ex statuto descendat. Quæ replicatio approbatur & distinguitur in impubere apud Vill. P. 281. Quarta replicatio est: Nisi tempus iudiciale sit, vtputa instantiæ, causæ principalis & appellationis. Turz. opin. 60. num. 2. & opin. 125. num. 2 & 4. Huius duplicatio est: Nisi tutor vel curator non sit soluendo. Turz. d. num. 2. ibi: quod si tutor. & d. opin. 125. nu. 3. Quinta replicatio est in actionibus rei non persecutoriis: vt in actione redhibitoria, quanto minoris, & aliis huiusmodi actionibus annalibus. Turz. opin. 125. num. 1. Sexta replicatio est in præscriptione dotis non numeratæ, Turz. d. opin. 125. num. 5. Nona exceptio: Nisi propter ignorantiam vel absentiam actor non egerit. M.I.C. d. c. 13. except. 12. Accedit Vill. T. 9. Huius replicatio prima est: Nisi triginta annorum obstet præscriptio. aduersus hanc enim exceptio proposita non datur. M.I.C. d. except. 12. repl. 1. Quæ tamen replicatio videtur cõtrouersa per ea quæ dicentur j. repl. prox. Cuius duplicatio est quoad in integrum restitutionem: quæ ex capite ignorantiæ vel absentiæ aduersus triginta annorum præscriptionem datur. Vill. A. 9. & R. 39. Fichard. in addit. ad Vill. R. 46. Gabriel. lib. 5. de præscript. conclus. 1. nu. 68. cum duob. sequentibus. Huius triplicatio prima est: Nisi de lucro captando agatur. Vill. R. 40. Altera triplicatio est: Nisi quadraginta annorũ præscriptio obiiciatur, aduersus hanc enim non admittitur in integrum restitutio. Quæ triplicatio est controuersa apud Fichard. in d. addit. ad Vill. R. 46. §. vtrum verò talis. item apud Vill. T. 11. Viu. lib. 1. hæreditatem adeundi, num. 4. Gabr. d. concl. 1. num. 71. Huius triplicationis controuersæ quadruplicatio prima est in Ecclesia & pauperibus, quibus etiam aduersus quadraginta annorum præscriptionem ex capite ignorantiæ per in integrum restitutionem succurritur. Vill. R. 38. Huius quinduplicatio est: Nisi de lucro captando agatur. Vill. R. 40. Altera quadruplicatio est in hærede non soluente canonem, Vill. R. 45. Planè quadruplicationum iam dictarum & similium quinduplicatio est: Nisi præscriptio temporis immemorialis obiiciatur: aduersus hanc enim ex capite ignorantiæ nec in iam dictis casibus in integrum restitutio conceditur. Quę quinduplicatio controuertitur apud Gabriel. d. conclus. 1. num. 67. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi præscriptio temporis immemorialis obiiciatur. Quæ replicatio

plicatio est controuersa apud Gabr. d. concl.1.nu.61. Tertia replicatio est: Nisi officialis vel procurator domini sciuerit. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel.d.concl. 1. nu. 64. Decima exceptio: Nisi annuum quod petitur, per aliquot annos sit solutum. M.I.C. d.cap.13.except.13. Cuius replicatio est: Nisi ab eo tempore, quo in solutione annuæ præstationis cessatum est, præscriptio sit completa. Cuius duplicatio est quoad futuras præstationes, in quibus præscriptio completa non est. hæ enim nihilominus debentur, præscriptione non obstante. De hac re vide s. except. 7. repl.2. Vndecima exceptio: Nisi præscriptioni reus renunciauerit. Hæc exceptio est controuersa apud Vill. P. 272. cum duob. sequentibus. & addit. Fichardi. ad Vill.P.275. Viu.lib.1.statutariæ præscriptioni. & lib.2. pactum de retrouendendo, nu.4. Admittitur haud dubiè, si præscriptioni iam complete sit renunciatum. Vill.P.275. Viu.d.statutariæ.ibi: præscriptioni verò. Duodecima exceptio: Nisi in contractu, ex quo agitur, verbum Quandocunque sit adiectum. per hoc enim videtur præscriptioni renunciatum. Sed reprobatur apud Viu.d.pactum de retrouendendo. Fichar.in addit.ad Vill.Q.1. Tiraq. lib.2.retractus.§.1.glos.2.nu.6.cum sequentibus. Decimatertia exceptio: Nisi nouissimus dies nondum sit completus. M.I.C. d.c.13.except.15. Quæ tamen exceptio videtur controuersa ob id, quia Doctores contendunt, vtrum dies termini in terminum sit computandus, nec ne? de qua re vide s. cap.prox. reg.45. Decimaquarta exceptio: Nisi reus fuerit in mala fide. M.I.P.d.reg.21.excep.2. Accedit Vill.B.39.P.204. cum addit. Fich. & 285. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non reali, sed personali actione agatur. Quæ replicatio est cõtrouersa apud Vill.A.31.cum addit. & P.204 cum addit. Fichard. Soarez.A.57. Viu.lib.2.actiones reales. Gabr. lib.5.de præscriptionib.conclus.3. vbi replicatio hæc controuertitur & distinguitur. Altera replicatio est: Nisi præscriptio sit temporis immemorialis. Quæ controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.lib.5.de præscriptionib.conclus.1. num.57.cum trib.sequentibus. Reprobatur apud Vill.P.205. Tertia replicatio videtur: Nisi statutum in contrarium extet, quòd cum mala fide procedat præscriptio. Quæ replicatio reprobatur apud Viu. lib. 1.statutum disponens quod qui non petierit. vers. vltim. Quarta replicatio est: Nisi talis sit actio, quæ sui natura est temporalis: nec contineat

pœnam, sed tantùm detur ad interesse. Vill. P. 266. Quinta replicatio est in iure adeundi, cui per triginta annos præscribitur. Vill. P. 107. Decimaquinta exceptio: Nisi reus hæres existat ei qui malam fidem habuit. De hac exceptione vide s. lib. 3. c. 13. reg. 33. except. 5. repl. 1. dupl. 1. Decimasexta exceptio: Nisi reus dubius fuerit de titulo & iure possessionis vel causæ ex qua agitur. Vill. D. 190. cũ sequente. & P. 213. Cuius replicatio est: Nisi post inchoatã demũ præscriptionem dubitatio superuenerit. hæc enim dubitatio præscriptioné non impedit. Quæ replicatio in locis iam allegatis approbatur: item apud Vill. P. 203. in addit. 1. Cuius duplicatio est: Nisi dubitet non solùm de iure, sed etiam an teneatur restituere. Vill. d. addit. 1. Decimaseptima exceptio: Nisi bona fides rei conuenti sit ex iniusta & fatua causa. Quæ exceptio reprobatur apud Vill. P. 215. & Fichard. in addit. ad Vill. P. 213. Decimaoctaua exceptio: Nisi reus in iure errauerit. Quæ exceptio approbatur. M. I. C. lib. 7. cap. 9. except. 11. replic. 4. Controuertitur apud Viu. libro. 1. præscriptionem. vbi communiter reprobatur. & Gabriel. libro 5. de præscriptionib. conclus. 14. vbi approbatur & distinguitur. Vide item s. lib. 3. cap. 13. reg. 33. except. 4. repl. 2. Decimanona exceptio: Nisi sine titulo præscripserit, vel titulum allegare non possit reus. De hac exceptione vide s. d. reg. 33. except. 7. Vicesima exceptio: Nisi res alienari prohibita petatur. in hac enim non obstat temporis pręscriptio. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de præscriptionibus conclus. 13. Iul. Clar. §. fin. q. 82. statuto 5. vers. 6. Vill. P. 258. Fichard. in addit. ad Villal. A. 83. Huius exceptionis replic. prima est in præscriptione viginti annorum cum bona fide, Vill. P. 259. Altera replicatio est in Præscriptione immemoriali vel quadraginta annorum, Vill. P. 260. De hisce & aliis pluribus propositę exceptionis replicationib. vide apud Gabriel. d. conclus. 13. Vicesimaprima except: Nisi testator præscriptionem prohibuerit. Vill. P. 261. Vicesimasecunda exceptio: Nisi iudex tempus prorogauerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill. D. 70. cum addit. Vicesimatertia exceptio. Nisi nondum completa præscriptione, superuenerit inhabilitas præscribendis. Vill. P. 264. Vicesima quarta except: Nisi nondum completa præscriptione, superuenerit talis persona, contra quam præscribi non potest. Quæ exc. reprobatur apud Vill. P. 264 Admittitur hæc

except.

ceptio in præscriptione triginta annorũ, superueniente pupillo, Vill.P.265. Vicesimaquinta exceptio: Nisi statuto præscriptio sit introducta. Hæc exceptio est controuersa Villal. P.278. & S. 107. item Fichar. in addit. ad Vill.S.106. Viu.lib.1. statutum disponens quòd qui non petierit. item eod.lib. statutum disponens quòd monasterium. ibi: item nec valet. Gabriel lib.5. de præscriptionib. conclus. 4. vbi etiam replicatur. Vicesimasexta exceptio: Nisi non per creditorem, sed per eius curatorem vel administratorem steterit, quo minus actum sit. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. A.56.

## REPLICATIO PRÆCEDENTIVM exceptionum generalis.

Hactenus exceptiones propositæ regulæ enumerauimus de quibus tamen & aliis pluribus vide item s. lib. 3. cap. 13. reg. 33. Planè harum exceptionum replicatio generalis est: Nisi quadraginta anni excesserint. hæc enim præscriptio quadraginta annorum istas exceptiones regulariter elidit. M.I.C. d.cap. 13. repl. generali vnica. & M.I.P.d. reg. 21. repl. generali vnica. Accedit Turzan.reg.99. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ciuitas agat. contra hanc enim non præscribitur, nisi centum annis. M.I.C. d.repl. gener. dupl. 4. Controuertitur, magis tamen approbatur & distinguitur apud Vill. P. 236. Declaratur duplicatio hæc, quòd etiam ad castra & villas pertineat, Vill. P. 237. Altera duplic. est: Nisi actor priuilegium habeat, ne aduersus eum præscribi possit nisi centum annis. Vill.P.226. Planè priuilegium generale, ne aliqui præscriptio noceat, intelligitur in realibus quidem actionib. de decem & viginti, in personalibus de triginta annorum præscriptione. Vill. P. 276. Tertia duplicatio videtur: Nisi ex contractu iurato agatur. Gabriel lib.2. de iureiurando, conclus.2. num. 3. Contradicit Viu. lib. 2. pactum de retrouendendo, num.3. Admittitur in præscriptione statuaria, Gabriel, lib.6. de statutis, concl.11. Quarta duplicatio est: Nisi de præscriptione eius quod est meræ voluntatis, agatur. Vill. P. 254. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de præscript. conclus. 10. cum duab. sequentib. Cuius triplicatio est: Nisi interuenerit prohibitio. ab ea enim præscriptio currere incipit. Villal. P. 255. cum sequente. Plures triplicationes vide apud Gabriel. d. conclus. 10. cum sequentibus. Quinta duplicatio: Nisi ex iure ostendi-

rendi agatur. controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de præscript. concl. 7. Reprobatur apud Vill. 179. cum addit. Sexta duplicatio est: Nisi exceptioni, non actionis obijciatur præscriptio. M.I.C. lib. 24. cap. 1. q. 10. reg. 1. Accedit Vill. I. 280. cum addit. Septima duplicatio est: Nisi merum & mixtum imperium vel iurisdictio pręscribatur. hoc enim casu temporis immemorialis pręscriptio requiritur. Vil. M. 86. De qua re vide item s̃. lib. 1. cap. 5. reg. 25. Octaua dupli catio est: Nisi ex pacto de retrouendendo agatur. Hæc duplicatio species est superioris quintæ duplicationis, & specialiter controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de præscript. conclus. 6. Vill. P. 9. Fichard. in addit. ad Vill. P. 16 Viu. lib. 2. pactum de retrouendendo. Tiraq. lib. 2. retractus. §. 1 glos. 2. nu. 1. cum sequentibus. Nona duplicatio est: Nisi exc. redintegranda agatur. Hęc duplicatio est controuersa apud Vill. P. 238. cum addit. De qua re vide item s̃. lib. 3. cap. 14. reg. 47. Decima duplicatio est: Nisi id petatur, quod iure gentium dari oportet. Vill. P. 248. Vndecima duplicatio est: Nisi annuum sit quod petitur. de hac re vide s̃. exc. 7. repl. 2. Duodecima duplicatio est: Nisi de iis agatur, quæ reseruata sunt principi in signum vniuersalis recognitionis Vill. P. 157. Decimatertia duplicatio: Nisi statuto vel constitutione præscriptio sit prohibita. reprobatur apud Vill. D. 84. in addit. §. nota tamen. ibi: & hanc opinionem. item P. 276. cum sequent.

## TRIPLICATIO PRÆCEDENTIVM duplicationum generalis.

Hactenus propositæ replicationis generalis de quadraginta annorum præscriptione duplicationes enumerauimus: quarum tamen plures colligi possunt ex precedentib. exceptionibus. Nam nec malæ fidei possessor quadragintá annorũ præscriptione iuuatur: de qua duplicatione s̃. exc. 14. actum est. Planè istarum duplicationum triplicatio generalis est: Nisi præscriptio sit temporis immemorialis. hæc enim dictas duplicationes elidit, & priuilegij vicem obtinet. Vill. P. 249. ibi: & consuetudo. item 282. Gabriel. lib. 5. de præscript. conclus. 1. num. 1. cum sequentibus. Item præscriptio temporis immemorialis vim constituti habet. Gabriel. d. cõclus. 1. nu. 65. Item habet vim legis. d. conclus. 1. nu. 72. Item h[illegible] pro veritate. d. concl. 1. 73. Item habet eandem [illegible] bet Imperator. d. concl. 1. nu. 74. Item

habet

habet vim seruitutis.d. conclus.1. num.75. Item habet vim pacti.d. conclus. 1. num.76. Item habet vim publici instrumenti.d.conclus.1.num.77. Declaratur triplicatio proposita definitione temporis immemorialis: quæ tamen definitio est controuersa d.conclus.1. num.78. cum duobus sequentibus. Sed & distinguitur triplicatio proposita d.conclus.1.nu. 3.cum sequentibus, vsque ad num.44.

## *DE PACTIS CONVENtis & contractibus in genere.*
## *CAP. III.*

PRima regula: Pactorum alia expressa sunt, alia tacitè insunt. M.I.C.lib.15. cap.14. diuis.6. Posterioris generis species est in reconductione, quæ iisdem pactis facta censetur, quibus ipsa conductio facta fuit. Viu.lib.1.officialis.

II. Regula: Pactorum alia sunt secundum leges, alia contra leges, alia præter leges. Glossa in l.pacta quę.C.de pactis. Viu.lib.1 pactorum, num.1.

III. Regula: Pacta conuenta regulariter sunt obligatoria. M.I.C. lib.15.cap.15.reg.1. & M.I.P.lib.5.cap.7.reg.1. Cuius regulæ plures sunt exceptiones, quibus quis adiutus aduersus proprium actum contractúmve potest venire. Turz. reg.30. Harum prima hæc videtur: Nisi cum excommunicato pactum factum sit. Sed reprobatur apud Vill. E.122.& Viu.lib.2. excommunicatus non prohibetur. Altera exceptio: Nisi cum hoste pactum factum sit. approbatur & distinguitur apud Vill.F.59. Tertia exceptio videtur: Nisi inter Principem & subditum factum sit pactum. Quæ exceptio reprobatur apud Villal.P. princeps obligatur.292.cum duab.additionibus.& Gabriel.lib.3.de iure quæsito, conclus. 5.vbi etiam distinguitur. Quarta exceptio: Nisi metus causa pactum factũ sit. M.I.C. d.reg.1.excep.16. & M.I.P.d.reg.1. except.2. Cuius replicatio est: Nisi intra tempus legitimum de rescindendo eo quod metus causa gestum est, actum non sit. Vill M.88. cum sequente. Viu. lib.1.contractus. vbi etiam duplicatur in contractu dotis. & pro l.penult. scribe l.si mulier.§.si dos. Quinta exceptio est: Nisi incarceratus pactum fecerit. Hæc exceptio approbatur iure communi, sed reprobatur consuetudine apud Iuliũ Clar. §. fina.quæst.46.versic. plerunque verò. ibi: scias etiam. Soarez G. 22. cum sequente.

te. Sexta exceptio: Nisi cum conuenisset, vt scriptura comprehenderetur contractus, scriptura non sit confecta. M.I.C.d.reg.1. except.11.in fine. Controuertitur hæc exceptio & distinguitur apud Gabriel. libr.3.de pactis, conclus.3. Sed & eius replicatio est: Nisi expressum non sit, vt aliter contractus non valeret. Quæ replicatio est controuersa apud Fichard.in addit.ad Vill.C.193.Septima exceptio: Nisi pactum nudum sit. M.I.C. d.reg.1.except.12. & M.I.P. d.reg.1.excep.1.Accedit Viu.lib.1.pactum nudum, num.1.cum sequente & lib.2.pactum nudum, num.1. Declaratur exceptio proposita definitione pacti nudi, M.I.C. d.except.12.ibi:nudam pactionem.Accedit Viu.lib.1.pactorum,num.2.& Pactum nudum, num.2.ibi: sed pactum. Huius replicatio prima est: Nisi stipulatio interuenerit vel subsecuta sit. M.I.C. d.except.12.replic.3.Accedit Villal.O. 2. Altera replicatio est: Nisi pactum contractui insit. M.I.C. d.except.12. replic.4. & M.I.P. d. except.1.replic.1. Accedit Gabriel.1. de præsumptionibus.conclus.13.num.20.cum sequente.& num.24.vbi pactum contractui adiectum dicitur pars illius contractus.Huius duplicatio prima est: Nisi de vsuris præstandis sine stipulatione in contractu conuenerit. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur l. Titius.26. §.respondi.ff.de præscriptis verbis.l. quamuis.3. de vsuris.& ibi glossa. Altera duplicatio videtur: Nisi non bonæ fidei, sed stricti iuris contractui pactum interuenerit. Sed reprobatur M.I.C. d.repl.4.dupl.3. Accedit Gabriel.d.conclus.13.num.21. Tertia duplicatio est: Nisi pactum non respiciat ipsam rem, quæ in contractum venit, sed de alia re prorsus separata factum sit.Gabriel.d.concl.13.nu.22.cum sequente. Plura de hac & aliis propositæ replicationis duplicationibus vide Tiraq.libr.2. retractus.§.1.glossa 5. num.24.cum sequentibus, vsque ad finem. Hæc de secunda replicatione. Tertia replicatio est: Nisi pactum aliqua lege adiuuetur. M.I.C. d.except.12.replic.5. Cuius exemplum est pactum donationis, quod l. si quis argentum.35. §. sed siquidem hoc minimè.C. de donationibus, adiutum nunc actionem parit. M.I.C. d. replic.5. De qua re vide s̃.lib.prox.cap. 11.reg.8.except. 11. Quarta replicatio est: Nisi pactum sit geminatum. Vill.A.17. Viu.lib.1.pactum nudum,num.4. Quinta replicatio videtur: Nisi iusiurandum pacto interuenerit. Quæ replicatio reprobatur apud Vill.I. 121.& Viu. lib.1.pactum nudum,nu.3. Controuertitur apud Viu. libr.2.pactum

nudum,

nudum,num.2.& 3 Gabriel.lib.2.de iureiurando,conclus.9. vbi etiam distinguitur. Sexta replicatio videtur: Nisi fides data sit de pacto seruando. Sed reprobatur apud Viu.lib.2.d. pactum nudum,num.4.Septima replicatio est in pactis mercatorum,& vbicunque proceditur de bono & æquo. Viu.lib. 1.pactorum, num. 8. cum sequente. Octaua replicatio est, quod quamuis ex pacto nudo non nascatur actio,exceptio tamen ex eo detur. M.I.C.d except.12.replic 7.Accedit Viu. lib.1.pactum nudum,num.1. Plures huiusmodi replicationes vide remissiuè apud Viu.libr.1.pactum nudum.num.5.& lib. 2.pactum nudum, num.4.versi.& regulam. Planè exceptio proposita iure Pontificio mutatur ac reprobatur M.I.P.d. except.1.in fine. Accedit Vill.A. 14.cum addit. Viu,ibi.1.pactorum, num.4. De stricto tamen iure in foro contentioso nec iure Pontificio ex pacto nudo datur actio: quod primæ distinctionis loco notandum. Viu.lib.2.pactum nudum,nu.1. Deinde cessat hæc mutatio in pollicitatione. Quæ distinctio est controuersa apud Viu.lib.1.pactorum, num.7.& lib. 2.pollicitatio. Vill.A.15. Declaratur hæc distinctio definitione pollicitationis Viu. d. pollicitatio.& Villal.A.15. in addit. Huius distinctionis controuersæ replicatio est: Nisi pollicitatio fiat præsenti & tacenti. Vill.A. 18. Tertiò cessat mutatio proposita in obligatione accessoria, puta fideiussorum. Vill.A.16.in fine. Quartò cessare videtur mutatio proposita in foro ciuili,& in terris imperij. Quæ distinctio reprobatur apud Viu.lib.1.pactorum,num.5.cum sequente. Quintò cessare videtur dicta mutatio in curia mercatorum. Sed & hæc distinctio reprobatur apud Viu.d. pactorum, num.8. Sextò cessat mutatio proposita,si dolo vel metu pactum sit initum. Viu.d.pactorum,num.10. Aliam distinctionem vide ibidem remissiuè. Hæc de septima exceptione. Octaua exceptio: Nisi sine causa pactum factum sit. M.I.C. d,reg.1. except.13. Accedit Turz.opin.145. Villal.128. Huius replicatio est: Nisi quis sciens sine causa pactum fecerit. Vill.d,S.128. Viu.lib.1. in verbo actio.§. lex si quis argentum.ibi: tertiò ampliatur. Huius duplicatio est: Nisi pactum in faciendo, non in dando consistat. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Viu.d.§. lex si quis argentum. ibi: quarto loco: Nona exceptio: Nisi aduersus leges, vel in fraudem legum pactum factum sit. M.I.C. d,reg.1.except.17. & M.I.P. d.reg.1.excep. 3.Accedit Vill. P.15. Huius exceptionis replicatio est: Nisi

pactum

pactum aduersus leges factum, ad rem priuatam tantùm & familiarem, non ad publicam læsionem spectet. M.I.C.d.except.17.repl.1. Huius dublicatio prima est: Nisi conuenerit ne dolus præstetur. M I.C. d.replic.1. duplic.1. Huius triplicatio prima est: Nisi de dolo non vero, sed præsumpto, non præstando conuenerit. Vill.D.92. Distinguitur tamen triplicatio hæc in dolo futuro, Vill.D.92.in addit. Altera triplicatio est: Nisi de dolo præterito, non futuro, non præstando conuenerit. Vill.d.addit. Altera duplicatio est: Nisi prouisio sit ordinaria generalis legis: hæc enim per pactum speciale non tollitur. Vill.P.3.84. Tertia duplicatio est: Nisi dispositio legis clausulam derogatoriam habeat adiectam, vt non valeat quod contrà factum sit. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. libr.6. de clausulis, conclus.3. num.18.vsque ad num.39.& num.59. cum sequente. Hæc de prima replicatione. Plures propositæ exceptionis replicationes vide 7. except.12. Decima exceptio: Nisi aduersus iusiurandum pactum factum sit. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.A.51.& I.141. Approbatur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de iureiurando, concl.1. Vndecima exceptio: Nisi iudex reo, si confessus fuerit, impunitatem promiserit: hæc enim promissio non videtur obligatoria. De qua re vide 5. lib.1.cap.10. reg.31. exceptio.8. Duodecima exceptio: Nisi omissa solennitate quæ à statuto requiritur, contractum sit. Quæ exceptio approbatur 5.except.9. Cuius replicatio prima est: Nisi filia omissa solennitate cum patre contraxerit, vel ei donauerit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.6.de statutis, conclus.2. Altera replicatio videtur: Nisi alibi, vbi ista solennitas non obseruatur, ex isto contractu agatur. Quæ replicatio reprobatur apud Gabriel.lib.6 de consuetudine, concl.6. nu.8. Decimatertia exceptio: Nisi de futura hæreditate pactum factũ sit. M.I.C. d.reg.1. excep.18. except.1. De qua re vide 5.lib. prox. cap.1. reg.6.& cap.6.reg.9. except.3. replic.1. Decimaquarta exceptio: Nisi conuenerit, ne quis re sua vt velit, vti possit. M.I.C.d.reg.1.except.21. Accedit Vill.P.8. Decimaquinta exceptio: Nisi in matrimonio contrahendo conuenerit, ne mulier aliò ducatur. Quæ exceptio reprobatur apud Villal.P.6. Decimasexta exceptio: Nisi in pignore vel pacto de retrouendendo pactum adiectum sit, ne intra tempus redimere liceat. Quæ exceptio reprobatur apud Fichard. in addit. ad

Vill.P.6. Decimaseptima exceptio: Nisi factum alienum in pactum sit deductum. M.I.C. d.reg.1. except.24. Huius replicatio prima est: Nisi pœnalis stipulatio sit adiecta. M.I.C. d.except.24.replic.1. Accedit Villal. F.1. Altera replicatio est: Nisi quis promiserit se effecturum vel curaturum, vt alius det vel faciat. M.I.C. d.except.24.replic.2. Quo tamen casu, si fecit quod potuit, vlterius non tenetur, nec ad interesse quidem, quamuis non præstet quod promisit: nisi aliud conuenerit. Viu.lib.2.promittens se facturũ. De qua re vide item j.c.prox.reg.2.except.7. Decimaoctaua exceptio: Nisi absenti pactũ factum sit. Quæ exceptio cõtrouertitur, magis tamen, approbatur apud Viu.li.2.pollicitatio. De qua re vide item s̃. except.7. in fine, distinct.2. Decimanona exceptio: Nisi alij pactum factum sit. M.I.C d.reg.1.except.26. Accedit Gabriel.lib.3.de verb.oblig.conclus.1.num.1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi paciscentis intersit alteri dari vel fieri. M.I.C. d.except. 26.replic.1. Accedit Gabriel. d.conclus.1. num.149. Cuius exempla proponuntur d. conclusi. 1. numer. 62. cum tribus sequentibus. & numer. 148. Planè propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi ratione obligationis ad antidora seu remunerationis intersit paciscentis. Gabriel.d. conclus.1.num.13. Soarez A.132.& 173. Altera duplicatio est: Nisi verba obligatiua & executiua conferantur in tertium. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur d. conclus.1. num.20. cum sequente. Tertia duplicatio est: Nisi ratione affectionis intersit. d. conclus.1.nu. 8. Soarez. A.132.& 173. De qua re vide item j.replic. prox. Altera propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi consanguineus consanguineo paciscatur vel stipuletur. Hæc replicatio reprobatur per ea quæ s̃.dupl.prox. sunt proposita. Admittitur in feudis. Quæ tamen distinctio controuertitur & distinguitur d.conclus.1.num.22. item num.24 cum duob. sequentibus. Item admitti videtur in emphyteusi. Sed & hæc distinctio controuertitur d.conclus.1.num.23. Item admittitur in quibusdam casibus, de quibus in sequentibus replicationibus dicetur. Tertia replicatio est: Nisi pater filio suo paciscatur vel stipuletur. M.I.C. d.except.26. repl.2. Accedit Fichard. in addit. ad Vill.P.38. Gabriel. d. conclu.1.num. 27. Huius duplicatio prima est: Nisi pater filio emancipato, quem in potestate non habet, stipulatus sit. M.I.C. d.replic.2. dupl.1. Controuertitur apud Gabriel. d. concl.1.nu.28. Altera

duplicatio

duplicatio videtur: Nisi filiis nondum natis stipulatus sit. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen reprobatur d.conclus.1. num.31. Tertia duplicatio est: Nisi pater filio quem alius adoptauit, sit stipulatus. Quæ duplicatio reprobatur d.conclus.1.num.32. Quarta duplicatio est: Nisi pater filio naturali sit stipulatus d. conclus.1. num. 34. Quinta duplicatio est: Nisi pater filio vt extraneo sit stipulatus.d.conclus.1.num.41. Sexta duplicatio est: Nisi filio propter benemerita in se collata sit stipulatus. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur d.conclus.1. num.42. cum sequente. Septima duplicatio est: Nisi factum filio pater stipuletur. M.I.C. d.replic.2. dupl. 4. Accedit d.conclus.1. num.36.cum duob.sequentibus.& num.44. Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi patris intersit filio fieri quod in stipulationem deductum est.d.concl. 1. num. 45. Altera triplicatio est: Nisi pater voluerit non sibi, sed filio queri, vel de hoc dubitetur tunc enim filio adquiritur actio. Quæ triplicatio est controuersa d.conclus.1.num. 46. cum sequente. Octaua propositæ replicationis duplicatio est: Nisi filius sit monachus. Quæ duplicatio reprobatur d. conclus. 1.nu.30. Nona duplicatio est: Nisi filius patri hæres non existat. Villal.P.38. Hæc de tertia replicatione. Quarta propositę exceptionis replicatio est; Nisi mater filio stipuletur. Quæ replicatio reprobatur apud Gabriel. libro 3. de verborum obligat. concl.1.nu.7.ibi: sicuti econtrà.& num. 52. Quinta replicatio est: Nisi auus vel proauus paternus nepoti vel pronepoti stipuletur. Gabriel. d. conclus. 1. num. 29. Sexta replicatio est: Nisi filius patri sit stipulatus. M.I.C d.except.26.repl.3. Accedit Gabriel. d. concl. 1.nu.48.& num.139. Huius duplicatio prima est: Nisi filius in patris potestate non sit. M.I.C.d.replic. 3. dupl. 3. Controuertitur d. conclus. 1. num. 49. Altera duplicatio videtur: Nisi pater sit in alterius potestate. Quæ duplicatio reprobatur d. concl.1.num.50. Tertia duplicatio est: Nisi Filius naturalis patri stipuletur. conclus. 1.num. 51. Septima replicatio est: Nisi filius matri stipulatus sit. Quæ replicatio reprobatur d.concl. 1.num. 7. Octaua replicatio est: Nisi seruus domino stipuletur. M. I. C. d. repl. 3. Cuius duplicatio prima est: Nisi domino inuito seruus stipuletur. Quæ duplicatio reprobatur d. conclus. 1. num. 140. Altera duplicatio videtur: Nisi seruus in fuga stipuletur. Sed reprobatur d. conclus. 1. num. 141. Nona replicatio est: Nisi ij qui

sunt

ſunt eiuſdem familiæ, alter alteri ſtipulatus ſit. M.I.C. d. except.26.repl.5. Accedit Gabriel d. concluſ.1.num.151. Decima replicatio videtur: Niſi libertus patrono ſit ſtipulatus. Sed reprobatur M. I. C. d. except. 26.replic.6. Accedit Gabriel. d.concluſ.1.num.6. Vndecima replicatio videtur: Niſi vaſallus domino ſtipulatus ſit. Sed reprobatur d. concluſ.1. num.5. Duodecima replicatio eſt: Niſi quis alterius nomine pecuniam credidit, eíque reddi pactus eſt: hoc enim caſu pactum valet, & alteri condictio pecuniæ creditæ acquiritur. M.I.C.d.except.26.repl.9. Accedit d.concluſ.1.num.76. cum ſequente. vbi etiam ratio huius replicationis redditur. Decimatertia replicatio eſt, quòd quamuis ex pacto vel ſtipulatione alteri facta non detur actio, proſit tamen ad exceptionem. M.I.C.d.exc.26.repl.15. Cuius duplicatio eſt: Niſi verba obligatiua & executiua in tertij perſonam ſint collata.d.concluſ.1.num.19.& num.65.cum ſequente. Decimaquarta replicatio eſt: Niſi fiſcus per alium ſtipuletur. Quæ replicatio reprobatur d. concl.1.nu.2.nec admittitur in officiali fiſci.d.concl.1.num.4. Decimaquinta replicatio eſt: Niſi Reſpub. per alium ſtipuletur. Quæ replicatio eſt controuerſa d.num.2.cum ſequente. Admittitur in ſyndico ciuitatis, d.concluſ.1.num.104. Decimaſexta replicatio eſt: Niſi vicinus vicino ſtipuletur. Quæ replicatio eſt controuerſa d. concl. 1. nu.9.cum ſequente Decimaſeptima replicatio eſt: Niſi amicus amico ſtipuletur. Quæ replicatio eſt controuerſa d concluſ.1 num.11.& num.147. Admittitur tamen in contractu bonæ fidei, d.concluſ. 1.num.12. Decimaoctaua replicatio videtur: Niſi aduocatus clienti ſtipuletur. Quæ tamen reprobatur d. concluſ.1.num.14. Decimanona replicatio eſt: Niſi arbiter iis qui in ſe compromiſerunt, ſtipuletur. Quæ replicatio controuertitur & diſtinguitur d. concluſ.1.num.15.cum duobus ſequentibus. Soarez A.245. Viceſima replicatio videtur: Niſi adminiſtrator ciuitatis ſubiectis ſtipuletur. Sed reprobatur d concluſ.1.num.18. Viceſimaprima replicatio videtur: Niſi ſocer genero ſtipuletur. Sed reprobatur d.concluſ.1.num.35. Viceſimaſecunda replicatio eſt: Niſi maritus vxori ſtipuletur. Quæ replicatio eſt controuerſa d. concluſ. 1. num. 91. Viceſimatertia replicatio eſt: Niſi ſtipulatio ſit facta nomine alterius ita, vt ſtipulator eam alteri cedere teneatur. Quę replicatio controuertitur & diſtinguitur d.concl.1.nu.53.cum duob.ſequentibus.

Vicesimaquarta replicatio est: Nisi Verba promissiua relata sint ad stipulatorem, executiua ad tertium. d. conclus. 1. num. 56. & 65. Huius duplicatio prima est: Nisi non intersit stipulatoris. d. conclus. 1. num. 57. Cuius triplicatio est: Nisi tanquam procurator stipulatus sit. d. conclus. 1. num. 61. Altera duplicatio est: Nisi ex post facto interesse superueniat. Quæ duplicatio est controuersa d. conclus. 1. num. 58. Tertia duplicatio est: Nisi interesse sit in potentia, non in actu. Sed hæc duplicatio reprobatur d. concl. 1. nu. 59. Quarta duplicatio est: Nisi verba promissiua sint impersonalia. Quæ duplicatio est controuersa d. conclus. 1. num. 60. Vicesimaquinta replicatio est in fauore piæ causæ. Quæ replicatio est controuersa d. conclus. 1. num. 72. & 74. cum sequente. Vicesimasexta replicatio est in fauore dotis, d. conclus. 1. num. 73. Vicesimaseptima replicatio est in fauore liberalitatis. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d. conclus. 1. num. 76. cum sequente: Vicesimaoctaua replicatio est: Nisi consuetudo in contrarium extet. d. conclus. 1. nu. 78. Vicesimanona replicatio est: Nisi statutum loci in contrarium extet. d. conclus. 1. num. 79. Tricesima replicatio est: Nisi sacerdos alteri stipuletur. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. concl. 1. num. 80. cum quatuor sequentibus. Tricesimaprima replicatio est: Nisi iudex alteri stipuletur. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. conclus. 1. nu. 85. cum quinque sequentibus. Tricesimasecunda replicatio est: Nisi notarius alij stipuletur. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. concl. 1. nu. 95. cum octo sequētibus. & Viu. lib. 1. notarius. Tricesimatertia replicatio est: Nisi officialis curiæ alteri sit stipulatus. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d. conclus. 1. num. 92. cum duobus sequentibus. Tricesimaquarta replicatio est: Nisi tutor vel curator ei, cuius tutelam vel curam gerit stipulatus sit. Quę replicatio approbatur & distinguitur d. conclus. 1. num. 105. cum quatuor sequentibus. Tricesimaquinta replicatio est: Nisi procurator domino suo stipulatus sit. Hæc replicatio controuertitur & distinguitur d. conclus. 5. num. 110. cum tribus sequentibus. item num. 115. cum sequente. Tricesimasexta replicatio: Nisi negociorum gestor ei, cuius negocia gerit stipuletur. d. concl. 1. nu. 114. Tricesimaseptima replicatio est: Nisi stipulatio sit prætoria: hac enim alter alteri stipulari potest. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur

d. conclus.

d.concluſ.1.num.117.cum ſequente. Triceſimaoctaua replicatio eſt: Niſi alius cui ſtipulatio fit, præſens ſit.d.concl.1.nu. 119. cum ſequente. Triceſimanona replicatio eſt: Niſi prælatus Eccleſiæ ſuæ ſit ſtipulatus. d.concl.1.nu.121. Idem obtinet in Papa, qui omnibus Eccleſiis ſtipulari poteſt.d.concl.1. num. 145. Quadrageſima replicatio eſt: Niſi ſtipulatio, qua alter alteri ſtipulatur, ſit iudicialis. d. concluſ. 1. num. 122. Quadrageſimaprima replicatio eſt: Niſi ſtipulatio alteri fiat in re ſua, vel ſibi debita. Quæ replicatio controuertitur & diſtinguitur d.concluſ.1.num.123.cum ſequentibus, vſque ad num.139. Quadrageſimaſecunda replicatio eſt: Niſi monachus abbati vel monaſterio ſit ſtipulatus. Quæ replicatio approbatur & diſtinguitur d. concluſ. 1. num.142.cum duobus ſequentibus. Quadrageſimatertia replicatio eſt: Niſi Imperator vel Rex Imperio vel Regno ſuo ſtipuletur. d.concluſ.1.num.146.Similis replicatio eſt ſ.replic.39. Quadrageſimaquarta replicatio eſt: Niſi ſtipulatio ſit facta in inſtrumento guarentigiato.d.concl.1.num.150. Quadrageſimaquinta replicatio eſt: Niſi quis ſtipulatus ſit pro nominando, non facta nominatione: hoc enim caſu ſibi ſtipulatus cenſetur. Quæ replicatio approbatur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.3.de verb.obligat.concluſ.2. Quadrageſimaſexta replicatio eſt: Niſi ſtipulatio alteri facta iuramento ſit firmata. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur d. concluſ. 1.nu.69.cum duobus ſequentibus, item apud Vill.§ 127.& Soarez A.174. Hæc de decimanona exceptione eiúſq; replicationibus ſint dicta. Quæ exceptio iure canonico mutata & ſublata eſſe dicitur. Quæ tamen mutatio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. d. concluſ. 1. num. 17. & num.67.cum num.ſequente.item apud Soarez A.175. Viceſima exceptio: Niſi res publica in pactum ſit deducta. M. I. C. d.reg.1.except.33. Cuius replicatio eſt: Niſi Princeps ciuitatem ſuam alienauerit, vel in pactum deduxerit. Quę replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur & diſtinguitur apud Gabriel.libr.3.de iure quæſito, concluſ.8.De qua replicatione vide item ſ.lib.1.cap.5.reg.55. Viceſimaprima exceptio: Niſi quis poſt mortem ſuam ſibi dari pactus vel ſtipulatus ſit, vel poſt mortem ſuam promiſerit Quæ exceptio iure antiquo approbata, iure nouo reprobatur; M. I. C.d.reg.1.except.35. Accedit Vill.P.353. Viceſimaſecunda exceptio: Niſi in alterius arbitrium contractus

fit collatus. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Villal. C.191. Vicesimatertia exceptio: Nisi in testamento contractus sit celebratus. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul.Clar.in §.testamentum,q.75. De qua re vide item 3.lib.prox.cap.4.excep.11.repl.9. Vicesimaquarta exceptio: Nisi in lusu vel ludendi causa pactum factum sit. Viu.lib.2.ludentib. §. in ludo transactio,per totum. Vicesimaquinta exceptio:Nisi sub conditione,quę ex casu,non ex arbitrio pendet, pactum factum sit. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib.2. pactum conuentio. Vicesimasexta exceptio: Nisi postea in contrarium conuenerit.M.I.C.d.reg.1.except.47. Cuius replicatio prima est: Nisi cum per pactum patris filio ius esset quæsitum,pater postea in contrarium sit pactus:per hoc enim ius filio quæsitum non aufertur.Quæ replicatio est controuersa apud Vill. F.65.& P.33.

## REPLICATIONES PRÆCEDENtium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus pacta enumerauimus. quarum tamẽ & aliarum similiũ replicatio generalis prima est: Nisi iusiurandum de pacto vel contractu seruando sit interpositum. hoc enim casu, istis exceptionibus non obstantibus,pactum est seruandum. Quæ replicatio iure antiquo reprobata,iure nouo reprobatur, M. I. C. d.reg.1.in fin. repl.gener.1.in fine.& M.I.P.d.reg.1.in fine,repl.gener.1.dist. 1. Accedit Vill.I.123.S.99. Controuertitur tamen apud Vill. I.126.& Turz.opin.106. Iuramentum autem dicitur habere vim clausulæ,vt actus valeat quemadmodum valere potest. Vill.I.157. Huius replicationis duplicatio prima est:Nisi solẽnitas probatoria in cõtractu vel pacto sit omissa. hic enim defectus iuramento non suppletur. Vill.d.I.126.& S.109. Altera duplicatio est: Nisi ob rei in contractum deductæ vitium contractus non subsistat:puta, si eius commerciũ non sit. Vill.I.128. Tertia duplicatio est:Nisi fauore publico contractus prohibitus sit. Vill.I.130. Huius triplicatio est: Nisi non principaliter, sed per cõsequentiam publicè prosit prohibitio. Quæ triplicatio approbatur & declaratur apud Villal. I. 131. Quarta duplicatio est: Nisi contractus sit simulatus.hic enim iuramento non confirmatur. Vill.I.132. Cuius triplicatio est: Nisi contrahens iuret omnia & singula esse

vera.

vera, Vill. I.133. Quinta duplicatio est: Nisi ob defectum consensus non subsistat contractus. Vill. I.134 Sexta duplicatio est in cōtractu impuberis, qui iuramento nō firmatur. Quæ duplicatio est controuersa Vill. I.134. in addit. Viu. lib. 1. pupillus, nu. 10. Vide item j. cap. prox. reg. 1. except. 1. repl. 1. Septima duplicatio est quoad præiudicium tertij, Vill. D. 132. in addit. ibi: cum iuramentum non debet. Huius exemplum est j. dupl. prox. Octaua duplicatio est in alienatione bonorum, in quibus pater habet vsumfructum, à filiofamiliâs facta, Vill. I.135. Nona duplicatio est in contractu vxoris contra statutum sine consensu mariti inito, Villal. I.135. in addit. Decima duplicatio est: Nisi ex iuramento inducatur peccatum. Vill. I.136. Vndecima duplicatio est: Nisi iurās enormissimè sit læsus. Hęc duplicatio controuertitur & distinguitur apud Vill. I.137. cum addit. & nu. sequente. Viu. lib. 1. mulier omni, num. 7. Gabriel. lib. 3. de iure dotium, conclus. 1. num. 9. Plura de duplicatione proposita vide s. lib. prox. cap. 6. post reg. 9. except. 3. repl. 1. dupl. 2. tripl. 2. Duodecima duplicatio est: Nisi aliud iuramentum contra prius sit pręstitum. hoc enim casu posterius iuramentum non firmat quod contra prius iuramentum gestum est. Vill. I.138 Gabriel. lib. 2. de iureiurando, concl. 1. vbi etiam declaratur exemplis & distinguitur. Decimatertia duplicatio est: Nisi per metū extortū fuerit iuramentum. Vill. I. 140. Decimaquarta duplicatio: Nisi postea in contrarium conuenerit. Vill. I.141. De qua re vide s. except. 10. Decimaquinta duplicatio: Nisi casu fortuito, de quo contrahens cogitasse non præsumitur, contractus vitietur. Vill. I. 142. Huius exemplum est j. duplic. 19. Decimasexta duplicatio est: Nisi donationi inter coniuges iuramentum interuenerit. Hæc duplicatio est controuersa per ea quæ habentur s. lib. prox. cap. vlt. reg. 32. except. 3. Decimaseptima duplicatio est: Nisi pacto de futura successione iuramentum interuenerit. Hæc duplicatio approbatur per ea quæ habentur s. lib. prox. c. 1. reg. 6. except. 2 Decimaoctaua duplicatio est: Nisi iuramento cessioni bonorum quis renunciauerit, & se ad carceres obligauerit: hæc enim obligatio ac renunciatio non firmatur iuramento. Villal. I.146. De qua re vide plura j. cap. prox. reg. 11. except. 3. item j. c. 12. reg. 16. exc. 4. Decimanona duplicatio est: Nisi donatio iurata ob superuenientiam liberorum infirmetur. Vill. I.147. Cuius ratio est in superiori dupl. 15. Vicesima dupli-

catio est in contractu prodigi, qui non firmatur iuramento. Villal.I.148.cum sequente. Vide item J.cap. prox. reg. 1. except.2.repl.1. Vicesimaprima duplicatio est: Nisi donationi omnium bonorum iuramentum interuenerit. Quæ duplicatio est controuersa per ea quæ habentur S. lib. prox. cap. 11.reg.8. except.6.repl.7. Vicesimasecunda duplicatio est in confessione dotis receptæ non numeratæ. Quæ duplicatio est controuersa per ea quæ habentur S.lib.3.cap.9.reg.16. except. 6.repl.2. dupl.1.tripl.3. Vicesimatertia duplicatio est in pactis rusticorum, quæ iuramento non firmantur. Viu. lib.1.mulier omni,num.7.Vicesimatertia duplicatio est: Nisi iurans non fuerit certioratus de vitio contractus. Quæ duplicatio est controuersa apud Gabriel.lib.2.de iureiurando, conclus.3. Vicesimaquarta duplicatio videtur quoad hæredem iurantis, qui non videtur obligari iuramento defuncti. Sed duplicatio hæc reprobatur & distinguitur apud Gabri. d. lib. 2. de iureiurando, conclus. 6. Vicesimaquinta duplicatio videtur: Nisi statuto istiusmodi contractus iuratus infirmetur. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Turz. opin. 68. & opin. 136. Vill. A. 142. in addit.ibi: quæ opinio corroboratur per D. Alciatum. item I.123. cum addit. & 152. Fichard.in addit. ad Vill. S. 99. Viu. lib.1.statutum mulierem. Gabriel.lib.2.de iureiurando, conclus.5. num.15. Vicesimasexta duplicatio videtur: Nisi non in contractu, sed antè vel pòst iuratum sit. Quæ duplicatio reprobatur apud Villal. I. 124. Vicesimaseptima duplicatio videtur: Nisi in donatione inutili iusiurandum sit interpositum. Quæ duplicatio reprobatur apud Vill. A.163. & Soarez A. 290. Hæc de prima replicatione generali sint dicta. Altera replicatio generalis est: Nisi authoritate magistratus contractus inutilis sit confirmatus. Quæ replicatio reprobatur M.I.C. d.reg.1.in fine, repl.5. Admittitur tamen in Papa, qui pacta inualida potest confirmare. M.I.P. d.reg.1.in fine, replic.gener.2.Cuius duplicatio est quoad præiudicium tertij, Vill. C. 161. Tertia replicatio generalis est: Nisi longissimi temporis præscriptione inutilis contractus sit confirmatus. Quæ replicatio approbatur sub conditione apud Vill.P.283. Quarta replicatio generalis est: Nisi exceptio de vitio contractus non fuerit opposita, vel sententia secuta. De hac replicatione vide J. cap. 11. reg. 3. replic. 5. Hæc de tertia regula.

IIII. Regula: Ex pacto de non petendo competit exceptio pacti conuenti, si petatur. M.I.C. lib.15.cap.16.in prin. & M.I.P.d.cap.7.reg.2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi is pactum debitori fecerit, qui donare non potest. Fichard. in addit.ad Vill. D. 125. Altera exceptio est: Nisi alius quàm creditor debitori pactum fecerit de non petendo. M.I.C.d. cap.16.replic.2. Cuius replicatio videtur: Nisi tutor vel curator creditoris vel similis pactum fecerit. Sed reprobatur M.I.C.d.replic.2.duplic.1. Accedit Vill.A.56. Tertia exceptio est: Nisi cum debitum excederet summam quingentorum aureorum, pactum de non petendo actis non sit insinuatum. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s.lib. prox. cap.11.reg.8.except 9.replic.9.

V. Regula, Conuentio cum alio facta alij non prodest. M. I.C.lib.15.c.17.reg.1. Huius exceptio prima est: Nisi hæredi paciscétis. huic enim prodest pactum defuncti. M.I.C.d.reg. 1.except.3. Cuius replicatio prima est: Nisi pactum sit personale. M.I.C.d.exce.3.repl.1. Huius species videtur, Si dictio taxatiua in pacto sit adiecta. Quæ tamen species cõtrouersa est apud Gabr.lib.6.de verb.signif. concl.5. Altera replicatio est: Nisi cum quis pactus esset sibi, & filiis, & hæredibus, non filij, sed extranei hæredes existant: his enim non prodest pactum. Vill C.193. Tertia replicatio est: Nisi cum duo indiuiduum quid pacti essent, vnus ex iis decesserit. eius enim hæredibus pactum non prodest: sed portio alteri, qui simul pactus est, accrescit. Vill.I.178. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est in conuentione pacis publica, quæ absentibus etiam prodest. Vill.P.56.

VI. Regula, Conuentio alterius alij non obest. M.I.C. d. cap. 17.q.2. reg.1. Cuius exceptio prima est in pacto procuratoris, quod obest domino. M.I.C. d.reg.1.excep.9. Accedit Vill. T. 126. Altera exceptio est in pacto magistri societatis: hoc enim societati obest. M. I. C. d reg.1.except.10. Accedit Villal.T.126.

VII. Regula, Ex pacto obligatus non tenetur ad factum, sed ad interesse. Vill. A.15 in addit.vlt.in fine. Cuius exceptio est: Nisi cum iuramento sit facta obligatio. Vill.A.16. Plura de regula proposita vide J.cap.prox.reg.4.

VIII. Regula, Duobus indiuiduum quid paciscentibus, inter eos obtinet ius adcrescendi. Vill. I. 178. Hæc de pactis & contractibus in genere sint dicta.

## *DE VERBORVM OBLIGAtionibus.* CAP. IIII.

PRima regula: Ex stipulatione regulariter oritur actio. M. I. C. lib.16.cap.3.in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi pupillus promiserit. M.I.C d.cap.3.except.6. Huius replicatio est: Nisi iureiurando promiserit pupillus. Quæ replicatio est controuersa Turz.opin.183.ibi: dicebat quidem. Vill.M.99.cum addit.Fichard.in addit.1.ad Vill.I.16.Viu.lib. 2.minoris quatuordecim. Vide item s. cap prox. reg.3.in fine,replic.gener.1 dupl.6. Altera exceptio est: Nisi is cui bonis interdictum est,promiserit. M.I C. d.cap.3 except.8. Cuius replicatio est: Nisi iuramentum interuenerit. Quæ replicatio cõtrouertitur,magis tamen reprobatur apud Turz. opin.183. Vide item s. cap. prox reg.3.in fine,duplic. 20. & lib. prox.cap.13.reg.16.except.2.repl.4. Tertia exceptio est: Nisi rem alienari prohibitam promiserit. Gabriel.lib. 1. de probationibus. conclus.7.num.2. Vide item s.d.reg.16. except.9. Quarta exceptio est: Nisi ad interrogata non sit responsum.M.I.C.d.cap 3 except.23 Cuius replicatio est: Nisi impersonali verbo sit vsus in respondendo promissor: per hoc enim non vitiatur stipulatio. Quæ replicatio approbatur certo modo apud Fichard. in addit. ad Vill.I. 9. Quinta exceptio est:Nisi matrimonij cõtrahendi animo arrha promissa sit, nulla secuta traditione. Soarez A. 273. Sexta exceptio est: Nisi impunitas reo promissa sit à magistratu vt caperetur. Fichard.in addit.2.ad Vill.I. 16.

II. Regula, Si non præstetur id quod promissum est,actio ex stipulatu datur.M.I.C.lib.16.cap.4. Cuius exceptio prima est: Nisi vendere obligatus denunciauerit ei cui fuit obligatus,vt emeret,isque emere recusauerit,vel per duos menses cessauerit:hoc enim casu liberatur,argumento l.qui Romæ.122.§.cohæres.ff.de verb.obligat.& ibi Bart. Imola,Alexander,Zasius & alij.Angelus cons.243.Rom.cons.183.ad fin. Altera exceptio est: Nisi promissor ad præstandum promissum non fuerit interpellatus.M.I.C.d.cap.4 except.6. Cuius replicatio prima est: Nisi tempus in stipulatione sit adiectum M.I.C.d.except.6.repl.1. De qua re vide s.cap.1.reg.35. except.1. repl.1. Altera replicatio est: Nisi iuramentum stipulationi interuenerit. Quæ replicatio est cõtrouersa apud

Gabriel.

Gabriel. libro. 2. de iureiurando, conclus. 2. Villal. I. 90 in prin. & 125. Cuius duplicatio est: Nisi ad pœnam, non ad interesse agatur. Villal. d. I. 125. De qua re vide j. reg. 11. except. 4. Tertia replicatio est: Nisi se curaturum, vt alius faciat, promiserit: hæc enim stipulatio etiam sine interpellatione committitur. Vill P. 347. Viu. lib. 1. promittens se facturum. ibi: verùm promittens. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi post moram factam promissor quod promisit præstare sit paratus. M. I. C. d. cap. 4. except 8. Cuius replicatio prima est: Nisi lis eo nomine sit contestata: tunc enim postea offerendo moram non purgat. M. I. C. d. except. 8. replic. 1. Accedit Villal. A. 109. in addit. ibi: & condemnatus. Altera replicatio est: Nisi tempus stipulationi sit adiectum: tunc enim post illud tempus offerendo moràm non purgat. M. I. C. d. except. 8. replic. 3. Cuius duplic. est: Nisi non multò post tempus offerat, nihílque actoris intersit. M. I. C. d. replic. 3. dupl. 1. Accedit Viu. libro. 1. moræ purgatio, in prin. Modicum autem illud tempus relinquitur arbitrio iudicis definiendum, Viu. lib. 2. arbitrio iudicis, num. 8. Huius triplicatio est: Nisi iuramento promissum sit. Viu. d. moræ purgatio. ibi: sed hoc limitatur. Aliam triplicationem vide j. cap. 12. reg. 3. except. 12. replicatione. 2. duplicatione. 1. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi promissor bis fuerit interpellatus. Turz. reg. 65. Hæc de tertia exceptio. Quarta propositæ regulæ excepio est: Nisi præstitum sit id quod est promissum. M. I. C. d. cap 4. except. 11. Cuius replicatio prima est: Nisi cum medicus curam promisisset, ea præstita stipulator rursus in morbum inciderit. Quæ repli. reprobatur apud Gabriel. lib. 6. de legibus, conclus. 2. num. 11. Quod & in eo qui molendinum reficiendum promisit, obtinet. d. conclus. 2. num. 14. Quinta exceptio est: Nisi cum quis tanquam hæres promisisset, postea hæres non extiterit. Iu. Clar. in §. testamentum, quæst. 95. vers. in hoc tamen. Sexta except. est: Nisi arrha data sit à promissore: hoc enim casu vltra amissionem arrhæ promissor non tenetur. Soarez A. 274. Septima exceptio est: Nisi cū quis promisisset se curaturum vt alius faceret, omni diligentia adhibita non potuit impetrare vt alius faceret. M. I. C. lib. 16 cap. 6. regula. 13. Accedit Viu. lib. 1. promittens se facturum. vbi subiicitur replicatio hæc: Nisi huic exceptioni nominatim sit renunciatum in ipsa stipulatione. Alia replicatio est: Nisi pœnalis

ſtipulatio ſit adiecta. Quę repl. cõtrouertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 3. de pactis. concl. 2. Hæc de ſecunda reg.

III. Regula: Si quis ſtipuletur alicui nominando: nominatione non facta, ipſi ſtipulatori actio datur. Quæ regula controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 3. de verb. obligat, concluſ. 2.

IIII. Regula: Si non præſtetur quod eſt promiſſum, in id quod actoris intereſt, non ad id quod promiſſum eſt, datur actio. M.I.C. libro 16 cap. 6. reg. 1. Accedit Turz. opin. 39. Vill. O. 15. Viu. lib. 2. obligatus, num. 1. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi iuramentum ſtipulationi interuenerit. Controuertitur hęc exceptio apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, concluſ. 8. num. 1. & 2. Villal. O. 14. cum addit. Viu. lib. 1. iuramentum. §. promittens. ibi: quia iuramentum. & lib. 2. obligatus, num 1. Cuius replicatio prima eſt: Niſi hæres iurantis conueniatur. Viu. d. oblig. nu. 3. & 4. & Gabriel. d. concluſ. 8. num. 3. Altera replicatio eſt: Niſi promiſſum à iurante non poſſit præſtari. Gabriel. d. concluſ. 8. numer. 4. Hæc de prima exceptione. Altera propoſitæ regulæ except. eſt: Niſi ſtipulatio conſiſtat in ſcribendis libris. Vill. O. 14. in addit. Controuertitur apud Viu. lib. 2. pactum quod Scriptor. Cuius replicatio eſt: Niſi ſcriptor iſte ad aliquam dignitatem peruenerit. Viu. d. pactum. ibi: ſed dato circa. Tertia exceptio eſt: Niſi vendere promiſſum ſit. Vil. V. 11. & Viu. lib. 1. venditor non tenetur. ibi: declaratur quoque.

V. Regula: Si quis genus ſtipulatus ſit, vel vnam rem ex duabus, puta illam aut illam: promiſſoris, non ſtipulatoris electio eſt. M.I.C. d. ca. 6. reg. 4. Accedit Vill. D. 8. & 10. Soarez A. 176. Huius except. eſt: Niſi res quam eligit promiſſor deterior ſit quàm fuit tempore ſtipulationis. Quę tamen exceptio reprobatur apud Vill. D. 9. Altera exceptio eſt: Niſi cum promiſſor promiſiſſet certo die ſoluere, aut pignora dare, adueniente die non ſoluerit: tunc enim ad ſoluendum omnino tenetur, nec pignoris dationem eligere poteſt. Vill. C. 208. D. 11.

VI. Regula: Promittens quod ſtipulator cum duobus equis commodatis habeat tres, tenetur ad quinque equos. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Vill. P. 350.

VII. Regula: Si ſcriptum ſit promiſiſſe aliquem, præſumitur ſtipulatio facta, & quidem vtilis, niſi contrarium probetur. M.I.C. lib. 16. cap. 7. reg. 1. Accedit Viu. lib. 1. verb. pro

mitto.

mitto. Cuius exceptio prima est: Nisi in priuata scriptura scriptum sit. Quæ exceptio est controuersa d.verbum promitto.ibi:ampliatur. Altera exceptio est:Nisi non scriptum, sed à testibus depositum sit aliquem promisisse.d.verbum promitto.ibi: limitatúrque primò. Tertia exceptio est:Nisi verba de præterito posita sint.d.verbum promitto.ibi: limitatur secundò. Quarta exceptio est: Nisi non sit adiectum quòd præsenti promiserit. Quæ exceptio est controuersa d. verbum promitto.versi.vlt.

VIII. Regula: Stipulatio assumit naturam contractus cui interponitur. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.6. de reg iuris, conclus.2.num.37.cum sequentibus,vsque ad num.51.

IX. Regula: Stipulatio interpretationem sumit ex materia subiecta.Vill.S.116.

X. Regula: Si quis aliquid dari vel fieri stipulatus sit, & nisi fiat,pœnam quoque fuerit stipulatus: in arbitrio ipsius est,vtrum ad rem,an ad pœnam agere velit. Quæ regula est controuersa M.I.C. lib.16.cap.8.reg.6.item apud Gabr.lib.3. de nouationibus,concl.1.nu.67.cum sequente.

## DE POENALI STIPVLATIONE.

XI. Regula: Si factum non sit quod sub pœna promissum est: pœnalis stipulatio committitur. M.I.C. lib.16.cap.9.de pœnali stipulat.reg.3. & M.I.P. lib.5.cap.7.reg.3. Cuius exceptio prima est: Nisi pœna adiecta legitimum vsurarum modum excesserit. M.I.C. d.reg.3. except.4. Cuius replicatio prima est: Nisi is qui fœnerari non est solitus, vltra legitimum vsurarum modum pœnam sit stipulatus. Turz.opin.71. Altera replicatio est: Nisi in alio quàm in mutui contractu pœna vltra legitimum vsurarum modum sit adiecta.Turz. d.opin.71.Cõtrouertitur & distinguitur apud eundem opin. 182. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ad corporalem pœnam quis se obligauerit pro crimine alterius.Iul.Clar.§.fi.q.46.vers. sed nunquid. Tertia exceptio est: Nisi ad pœnam carceris se obligauerit. Vill.C.14.cum sequente. Viu.lib.1.debitor non potest per. De qua re vide item s̃.cap.prox.reg.3.in fine, repl.gener.1.dupli. 18. Quarta exceptio videtur: Nisi reus ad rem ipsam præstandam non fuerit interpellatus, Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg 3.except.5. Contradicit Villal.I. 125. versic. vbi

tamen distinguit. Sed & admittitur exceptio proposita in sententia iudicis, qua quis sub pœna aliquid facere iussus est: hoc enim casu in pœnam non incidit, nisi bis fuerit interpellatus. Turz.reg.7. Quinta exceptio est: Nisi cum sub pœna promisisset se curaturum vt alius faceret, omni diligentia adhibita id ab alio vt faceret impetrare non potuit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib.3.de pactis,conclus.2. De qua re vide item s̃.reg.2.excep. 7. Sexta exceptio est: Nisi principalis contractus,cui pœnalis stipulatio adiecta est,non subsistat. M.I.C.d.reg.3.excep.8. Accedit Vill.P. 69. Septima exceptio est: Nisi in contractu matrimoniali pœna sit apposita. M. I. P. d. reg. 3. except.1. Item hęc exceptio approbatur & distinguitur apud Villal.P. 70.cum addit. Octaua exceptio est: Nisi actui qui est contra legem, pœna imposita sit. Vill.P. 69. Nona exceptio est: Nisi sine dolo malo non sit præstitum sub pœna promissum. Turz. opin.2. num.2. Decima exceptio est: Nisi præstitum sit quod sub pœna promissum est. M.I.C. d. reg.3. except.9. Cuius replicatio prima est: Nisi post tempus præstitum sit. Quæ replicatio reprobatur & distinguitur apud Viu.libr.1. morę purgatio. De qua re vide s̃. reg.2.excep.3.repl.2.dupl.1. Altera replicatio est: Nisi post appellationem interpositam iam condemnatus præstiterit. Vill.A.109.in addit.ibi: & condemnatus. Vndecima exceptio est: Nisi promissor mortuus sit antequam actio aduersus eum fuerit instituta. Quæ exceptio reprobatur per ea quæ habentur s̃. cap.1. reg. 16. except.1.repl.1. Hæc de pœnali stipulatione.

XII. Regula: Stipulatio rem habere licere committitur, si stipulatori de re controuersia mota fuerit. M.I.C. lib.16. cap.9. de stipulatione rem habere licere, reg.3. Cuius exceptio videtur: Nisi lis eo nomine non fuerit contestata. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Vill.P.349.

XIII. Regula: Duo rei promittendi sunt qui se simul obligauerunt, quorum quilibet in solidum tenetur. M.I.C. lib.16.cap.10.reg.1. & 2. Cuius exceptio prima videtur: Nisi vni pecunia sit numerata, alteri non. Quæ tamen exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.2.except.14 Quo tamen casu in dubio præsumptio est alterum esse principalem, alterum fideiussorem. Quæ præsumptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.3. de fideiussor. conclus.2. Altera exceptio est: Nisi pro dote restituenda duo rei interuenerint. Quæ

exceptio reprobatur apud Vill.D. 194.in addit. Hæc de verborum obligationibus.

# DE OBLIGATIONIBVS quæ re contrahuntur.

## CAP. V.

### DE MVTVO.

Prima regula: Ex mutuo datur certi condictio. M.I.C. lib.17.cap.1. de certi condictione, quæst.1.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi rector prouinciæ vel eius officialis pecuniam fœnerauerit. M. I. C. d.reg. 1. except.6. Accedit Turz.reg.60. Altera exceptio est: Nisi in lusum ludenti pecunia credita sit. Viu.lib.2.ludentibus, num.2.cum sequente. Huius replicatio est: Nisi non collusor, nec is in cuius domo luditur, sed tertius aliquis crediderit. Viu.d. ludentibus, nu. 1. Planè exceptio hæc consuetudine dicitur sublata apud Iul. Clar.in §.ludus, versi.8.

II. Regula: Ex mutuo filius patri, non sibi quærit obligationem naturalem. Vill.P.42.

### DE COMMODATO.

III. Regula: Si commodatarius rem commodatam non restituit, commodati actione tenetur. M.I.C. lib.17.cap.4.q.1. causa 5.& M.I.P. lib.5.cap.7. reg.5. Cuius exceptio est: Nisi res commodata perierit. M.I.C. d.quæst.1. except.3. Huius replicatio est: Nisi culpa commodatarij interueniente res perierit. M.I.C. d except.3.repl.2.& M.I.C. d.except.1.repli.1. Accedit Turz. opin. 185. num. 3. vbi remissiuè plura vide de replicatione proposita.

### DE DEPOSITO.

IIII. Regula: Si rem depositam depositarius non restituit, depositi actione tenetur. M.I.C. d.lib.17.cap.7.quæst.2. causa 7. & M.I.P.d.cap.7.reg.7. Cuius exceptio est: Nisi res deposita perierit, vel amissa sit. M.I.C. d.causa 7.except.1.& M.I.P. d.reg.7.except. 1. Cuius replicatio prima est: Nisi dolo depositarij perierit. M.I.C. d.except.1.repl.1. Accedit Viu. lib.1.depositarius, num.1. Altera replicatio videtur: Nisi culpa depositarij res perierit. Quæ replicatio reprobatur M.I.

C.d.ex

C.d.except.1.repl.2. Accedit Viu.d. depositarius, num.2. Admittitur replicatio proposita primùm quidem, si lata depositarij culpa fuerit. M I.C.d.repl.2. distinct.1. Accedit Viu.d. depositarius, num.1. Deinde admittitur, si merces deposito interuenit. M.I.C. d.replic.2.dist.3. & M.I.P. d.excep.1 repl.3. Accedit Vill. D.64. Tertiò admittitur replicatio proposita, si depositarius deposito se obtulit. M.I.C. d. repl.2. distinct.4. & M.I.P. d.except.1.repl.2. Accedit Vill.D.63. & Viu.d.depositarius, nu.2.ibi: eodem modo. Quartò admittitur, si depositarij vel vtriusque gratia depositum sit. Viu. d. depositarius, nu.2.ibi: secus ergo & num.3. Hæc de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi pecunia deposita depositario mercatori sit annumerata & cõsignata. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.3.de rebus creditis, conclus.2.

V. Regula: Si res in naue recepta non restituatur, vel furto sit ablata: aduersus exercitorem nauis actio datur. M.I.C. lib.17.cap.8. quæst.4. reg.1. Cuius exceptio est: Nisi nauta prędixerit, vt vnusquisque vectorum res suas seruet, se damnum non præstiturum. M.I.C.d.reg.1. except.5. Cuius replicatio est: Nisi vectores non expressè consenserint. Quæ replicatio reprobatur apud Vill.P.377.in addit.

VI. Regula: In actione in factum aduersus nautas, caupones, stabularios, si dubitatur de quantitate pecuniæ, vel rei receptæ, actoris iuramento standum. Quæ regula est controuersa apud Iul.Clar.in § furtum.versi.27.

## DE PIGNORIBVS ET hypothecis.

VII. Regula: Pignus diuiditur in prætorium & conuentionale, M.I.C. lib.17.cap 10.quæst.3. Pignus prætorium definitur apud Viu.libr.2. pignus prætorium. ibi: & aduerte quod. Differentiæ pignoris Prætorij & conuentionalis ponuntur remissiuè apud Viu. lib.2. pignus conuentionale.ibi: & licet in aliquibus.

VIII. Regula: Inuecta & illata in domum vel horreum conductum tacitè pro pensione pignori sunt obligata, & interdicto Saluiano petuntur. M.I.C. d.cap. 10. quæst.4. specie prima. & lib.eod.cap. 19. q.2.reg.1. Accedit Viu. libr.2 actio Seruiana.ibi: vtrum autem.& ibi: & sic saltem. item lib.eod. coloni, num.3. Cuius exceptio prima est: Nisi non in vrbana, sed

na, sed in rustica prædia inuecta & illata sint. M.I.C. d.specie prima, except.1. Accedit Viu.lib.2.coloni, num.6. Huius replicatio est: Nisi sciente & volente domino in rustica prædia inuecta sint vel illata. M.I.C. d.except.1.repl.2. Accedit Viu. d.num.6. Altera exceptio videtur: Nisi de speciali aliqua hypotheca expressè conuenerit: hoc enim casu videtur tacitæ hypothecæ renunciatum. Sed hæc exceptio reprobatur apud Vill.H.49. Tertia exceptio, sumpta ex mercede qua conductio facta est, reprobatur apud Vill.H.58. Quarta exceptio, sumpta ex genere colonorum, reprobatur apud Viu. lib.2.coloni, num.1.cum sequente. Quinta exceptio videtur: Nisi pensio non consistat in pecunia numerata, sed in specie. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.d.coloni, num.4. Sexta exceptio videtur: Nisi non pensio, sed æstimatio deteriorationis aut refectionis petatur. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.d.coloni, num.3. Septima exceptio est: Nisi res inuecta vel illata non sit inquilini vel coloni, sed alterius. Viu. d.coloni, num.5. item Villal.H.59. Cuius replicatio est: Nisi dominus sciuerit & passus sit rem suam inferri. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. d.num.5. Approbatur apud Villal.H.59. Octaua exceptio est in instrumentis, chirographis, & nominibus debitorum illatis. Viu.d.coloni, num.7. Nona exceptio est in mercibus venalibus. Quæ exceptio est controuersa apud Villa.O 6. Decima exceptio est: Nisi dominus prædij ignorauerit inuecta & illata esse. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Viu.d.coloni, num.6. Vndecima exceptio est: Nisi minor vigintiquinque annis inuexerit. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu. libr.2. conducens minor. Duodecima exceptio videtur: Nisi non colonus vel inquilinus, sed extraneus inuecta vel illata possideat. Quæ exceptio reprobatur quoad vtile interdictum Saluianum, M.I.C. d.cap.19.quæst.3.in fine. Accedit Viu.lib.2.actio Seruiana, in prin.& versi.competitque.

IX. Regula: Bona debitoris fisci tacitè fisco pignori sunt obligata. M.I.C. d.quæst. 4. specie octaua. Cuius exceptio est: Nisi ex delicto debitor sit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.§.fin.q.78.versi.vltimo.

X. Regula: Pignore siue expressim, siue tacitè constituto, ad id persequendum datur creditori actio. M.I.C.lib.17.c.16. quæst.3.reg.1.& M.I.P.d.cap.7.reg.9. Cuius regulæ exceptio

prima

Prima videtur: Nisi inter absentes pignus sit contractum. Sed reprobatur M.I.C. libr.17.cap.11.except.6. Accedit Viu. lib.2.pignus conuentionale.ibi: & pignus hoc. Altera exceptio, sumpta ex verbis quibus pignus constituitur, reprobatur M.I.C.d.d cap 11.excep.18. Accedit Viu.d.versi & pignus hoc.ibi: & contrahitur quoque. Tertia exceptio videtur: Nisi scriptura non interuenerit. Sed reprobatur M.I.C.d. cap.11.excep.19. Accedit Viu.d.vers.& pignus hoc.ibi:etiam absque. Quarta exceptio videtur: Nisi noctu de pignore conuenerit. Sed reprobatur apud Viu d.pignus conuentionale.versic.vlt. Quinta exceptio est: Nisi rem quam quis emere non potest, pignori acceperit. M.I.C. d.cap.11.excep. 23. Accedit Vill A.96. Sexta exceptio est: Nisi res aliena, non debitoris pignori sit obligata. M. I. C. d. cap. 11. except.40. Cuius replicatio est: Nisi debitor ipse, non alius de pignore conueniatur: huic enim exceptio proposita non datur, Vill. P. 185. vers. licet ipse. Septima exceptio est: Nisi creditor debitori hæres extiterit. M.I C.d.lib.17.cap.12.causa 15. Accedit Vill.C.215. Octaua exceptio: Nisi postea in contrarium conuenerit, ne res pignori obligata esset. M. I. C. lib.17.c.13. causa 2. Huius replicatio est: Nisi cum creditor pignus possideret, id debitori nondum reddidit. Vill.P.85. Nona exceptio videtur: Nisi debitor pignus alienauerit. Hæc exceptio reprobatur M I.C.d.cap.13.causa 21. Accedit Turz.opin.144. Decima exceptio est: Nisi debitum principale petenti obstaret exceptio. Turz.reg.57. Cuius exempla vide M.I.C.d. libro 17. cap. 12. Cuius replicatio est: Nisi creditor pignus sibi datum ab alio creditore, rursus alij pignori obligauerit: huic enim hypothecaria competit sine principali actione. Turz.d.reg.57. Hæc de 10. regula.

XI. Regula: Si vniuersa bona pignori sunt obligata: regulariter quidquid habet debitor, creditor pignoris iure persequi potest. M.I.C. libro 17. cap. 16.q.6. reg.1. Huius regulæ exceptio prima videtur in iis bonis, quæ post pignoris contractum debitor adquisiuit. Sed reprobatur M. I. C. d. reg.1.except.2. Accedit Turz opin. 83. num. 4 & opin.146. Idem reg.4.&reg.73. Villal.H.62. Planè admitti videtur except. proposita in quibusdam casibus, quos vide apud Turz. d. reg. 73. Altera propsitæ regulæ exceptio est in iis rebus, quas credibile est neminem specialiter pignori obligaturũ: M.I.C.d.reg.1. except.5. Accedit Gabriel.lib.6. de reg. iuris, conclus.

conclus.12.num.1.cum tribus sequentibus. Tertia exceptio est in pecunia numerata. Gabriel. d.conclus.12.num.32. Cui tamen videtur quodammodo repugnare M.I.C. d.reg.1.except.8. Sed ibi in specie cauetur de pecunia mutuò accepta. Quarta exceptio est in rebus alienari prohibitis. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. d. conclus. 12. num.12. cum duob.sequentibus.Vill.A.96. Distinguitur apud Vill.A. 97. Quinta exceptio est in feudis,quę in generali obligatione bonorum non veniunt. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel. d. concl.12.num. 15. cum sequente.item num. 21.cum sequentib.vsque ad nu.28. Vide item de exçeptione proposita tractatum meum feudalem cap. 2.q.5.reg.1. Sexta exceptio est in re emphyteutica. Quæ exceptio controuertitur apud Gabriel.d.conclus.12.num.17.cum tribus sequentibus. Septima exceptio est in rebus alij antea specialiter obligatis, Gabriel.d.conclus.12.nu. 28. Octaua exceptio est in rebus restitutioni fideicommissariæ subiectis,Gabriel. d. conclus.12.num.29. Huius replicatio est: Nisi verba obligationis sint vniuersalia & pluries repetita. Quæ replicatio est controuersa d. conclus. 12. num.30. Nona exceptio est in instrumentis agriculturæ,M.I.C.d.reg.1.except.12. Accedit Gabriel d.concl.12.num.33.Decima exceptio est in dote, mariti bonis obligatis,M.I.C.d.reg.1.except.13.Accedit Gabriel.d.conclus.12.num.31. Vndecima exceptio est in rebus per quas consulitur publicæ vtilitati, Gabriel. d. conclus.12. nu.34. Duodecima exceptio videtur in mercibus venalibus. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. d.conclus.12.num.5.cum sex sequentibus.item Vill. H. 53. & O 5.cum sequente.Decimatertia exceptio videtur in nominibus debitorum. Sed reprobatur apud Vill.H.62.Soarez A. 63. Hæc de vndecima regula.

XII. Regula, Re pignori obligata ab vno creditorum vendita, de pretio non tenetur venditor alteri creditori actione hypothecaria. Turz.reg.18.

XIII. Regula, Antè personalis actio aduersus debitorem eiúsq; intercessores instituenda, quàm actio hypothecaria instituatur aduersus extraneos possessores.M.I.C.d.c. 16.q.7.reg.2. Accedit Turz.opin. 52.& Vill.H.63. Huius exceptio prima videtur: Nisi hypotheca sit expressa, non tacita.Sed reprobatur apud Villal. H.65.Altera exceptio videtur: Nisi pro dote agatur hypothecaria. Sed reprobatur

apud Vill. H.66. Tertia exceptio videtur: Nisi debitoris bona sint confiscata. Sed reprobatur apud Vill.H. 67. Quarta exceptio est: Nisi re pignori data creditori, is eam amiserit: hoc enim casu ad eam persequendam regula proposita ei non obstat. Vill. H.68. Quinta exceptio est: Nisi omnibus bonis obligatis, debitor constituerit ea se nomine creditoris possidere. Villal. P.136. Plura de regula proposita vide ĩ. cap. 9. reg. 1. except. 8.

XIIII. Regula, Prius sententia iudicis intercedere debet, quòd excussio legitimè facta sit, citatis ad eam possessoribus & fideiussoribus, quàm actio hypothecaria instituatur. Vill.H.63. cum sequente.

XV. Regula, Hypothecariæ actioni decem, viginti triginta vel quadraginta annorum diuerso respectu præscriptio obstat. M.I.C.d. cap.16.q.8.reg.1.& 2. Cuius exceptio est: Nisi actor agere iure non potuit: hoc enim tempus non computatur in illam præscriptionem, per ea quæ s̃. ca.2. except.7. sunt annotata. Huius replicatio est: Nisi ob id quòd nõ excußit debitorem personali actione, hypothecaria agere non potuit. hoc enim tempus connumeratur præscriptioni, exceptione proposita non obstante. Viu.lib.2.pręscriptio.

XVI. Regula, Ad finem hypothecariæ actionis remedium est, quòd creditor ex speciali pacto propria authoritate pignus occupare poßit, etiam contra tertium singularem successorem, qui causam à debitore habet. Turz.opin.118. Cui tamen contradicere videntur ea quæ habentur. M. I. C. d. cap. 16. quæst.11. reg.2.

XVII. Regula, Si eadem res duobus vel pluribus pignoris iure sit obligata, prior tempore potior est iure. M.I.C. li. 17. cap.17. reg.1.& M.I.P. lib.5. cap.7. reg. 11. Cuius exceptio prima est: Nisi priusquam debitor à priore creditore pecuniam accepisset, rem alij etiam obligauerit: hoc enim casu posterior, cuius pecunia prius numerata est, priori pręfertur. M.I.C.d. reg.1. except.3. Accedit Vill.H.46. Cuius replicatio prima est: Nisi prior creditor partem pecuniæ prius numerauerit. M.I.C.d. except.3. repl.1. Accedit Villal. H. 46. Altera replicatio est in hypotheca tacita pro dote, Villal. H.47. Tertia replicatio est in hypotheca tacita bonorũ tutoris vel curatoris & eius fideiussoris, Villal. H. 54. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ante diem prioris debiti cedentem res alij etiam pignori sit obligata. Quæ exceptio

reprobatur M.I.C.d.reg.1.except.4. Accedit Vill.H.55. Tertia exceptio est: Nisi posterior creditor publicum sui pignoris instrumentum habeat, prior priuatam tantùm scripturam. M.I.C.d.reg.1.except.30. Accedit Gabriel.lib.1.de probationibus, concl.10. Cuius replicatio est: Nisi priuata scriptura tribus testibus sit munita. M.I.C.d.except.30.replic.1. Accedit Gabriel.lib.1.de probationibus, conclus.11.

XVIII. Regula, Si non soluatur debitum: creditor pignus vendere potest. M.I.C.lib.17.cap.15.q.1.causa 2. Cuius exceptio prima est: Nisi debitor adhuc soluere sit paratus. M.I.C.d.causa 2.excep.8. Accedit Viu.lib.1.oblatio verbalis, ibi: limitatur quoque. Altera exceptio est: Nisi biennium à tempore moræ non excesserit. M.I.C.d.cap.15.q.4.reg.1. Accedit Viu lib.2.pignus conuentionale, in prin. & Villal. P. 84. Huius replicatio prima est: Nisi pro executione sententiæ pignus captum distrahatur. Vill.P.86. Altera replicatio est in prætorio pignore, cuius vendendi tempus permittitur arbitrio iudicis. Viu.lib.2.pignus pretorium. Tertia replicatio est: Nisi aliud inter partes conuenerit. Viu. d. pignus conuentionale, in prin.

XIX. Regula, Ex contractu pignoris creditor quoque debitori obligatur ad pignus restituendum, ídque actione pignoraticia directa. M. I. C. lib.17.cap.20.q.1.causa 1. cum sequentib. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi debitum solutum non sit. M.I.C.d.q.1.except.2. Huius replicatio est: Nisi cum debitor pro fideiussoribus, quos promiserat, pignus dedisset, postea fideiussores offerat. Quę replicatio reprobatur apud Viu.lib.2.fideiussores dare, num.3. Altera exceptio est: Nisi creditor pignus vendiderit. M.I.C.lib.17.cap.12. causa 1.except.13. Huius replicatio est: Nisi antea conuenit, ne pignus à creditore venderetur. M. I. C. d. except.13. repl. 3. Cuius duplicatio est: Nisi generaliter bonis pignori obligatis, conuenit, ne à creditore distraherentur. Vill. P. 7.

## *DE OBLIGATIONIBVS quæ solo consensu contrahuntur.*

## *CAP. VI.*

### DE EMPTIONE ET venditione.

PRima regula: Venditionis vocabulo in lege XII. Tabularum omnis alienatio continetur. M. I. C. lib. 18. cap. 1. quæst. 2. reg. 2. Accedit Viu. lib. 2. testator. Cuius exceptio est; Nisi aliquid de venditione contra ius sit dispositum. hoc enim casu venditionis appellatio alias alienationes non continet. Villal D. 152.

II. Regula, Rerum permutatio non est venditionis. M. I. C. d. c. 1. q. 3. reg. 1. Huius exceptio est: Nisi pro re partim alia res, partim pecunia numerata sit data. Quę exceptio approbatur simul & distinguitur apud Vill. C. 192. cum addit. 2. P. 73. Tiraquęll. lib. 1. retractus. §. 30. glossa 1. tota.

III. Regula, Litis æstimatio venditionis species est. M. I. C. d. q. 3. reg. 2. Accedit Vil. E. 158. Soarez A. 117. cum sequente. Cuius exceptio est: Nisi precium non sit condignum rei. Vill. E. 102. Soarez A. 119.

IIII. Regula, Constitutio annuæ pensionis locatio potius est quàm venditio. Vill. L. 132.

V. Regula, Emptor non habet necesse stare colono, cui venditor locauit. M. I. C. d. cap. 1. q. 4. reg. 6. Accedit Viu. lib. 2. conductorem expellere, num. 1. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi colonus sit partiarius. Sed reprobatur apud Viu. d. conductorem, nu. 5. Altera exceptio est: Nisi colonus in contractu conductionis pactus esset pignori bona conducta & ipsius locatoris. Viu. d. conductorem, num. 6. Cuius replicatio prima videtur: Nisi hypotheca fuerit generalis. Sed reprobatur d. conductorem, nu. 7. Altera replicatio est: Nisi emptor soluat conductori quod eius interest. Viu. d. num. 7. ibi: & statim. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi non soluat interesse conductori emptor. Quæ exceptio est controuersa apud Turz. opin. 48. Quarta exceptio est: Nisi venditor iurasset stare conductori. Turz. d. opin. 48. ibi: limitat tamen.

VI. Regula, Colonus ab emptore expulsus, aduersus venditorem habet regressum. Viu. d. conductorem, num. 5. ibi: tamen colonus.

VII. Regula, Periculum & commodum rei venditæ regulariter ad emptorem, non venditorem pertinet. M. I. C. lib. 18. cap. 2. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi ea quæ pondere, numero vel mensura constant, vendita nondum sint adpensa, admensa vel adnumerata. M. I. C. d. reg. 1. except. 7. Accedit Villal. P. 72. cum addit.

VIII. Regula, Ex contractu emptionis & venditionis regulariter vltrò citróq; obligatio & actio nascitur, de qua infrà dicetur. M.I.C.lib.18.cap.3. reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi extraneo contra statutum res sit vendita. Fich. in addit.ad Villal. S.105. De qua re vide item s. libr.3. cap. 13. reg.16.exc.12. Altera exceptio est: Nisi liber homo venditus sit.M.I.C d.reg.1.except 14. Cuius replicatio est: Nisi pater ob necessitatem famis filium vendiderit. de qua re vide s.lib.3.cap.11.reg.4.except.1.Tertia exceptio est:Nisi minoris vel maioris dimidio iusti precij res vendita sit. hoc enim casu ad rescindendam venditionem agi potest ex l.2. C.de rescind.vendit.M I.C.d.reg.1.excep.27 dist.1. & M.I.P. lib.5.cap.7.reg 15. Accedit Vill. L 104.cum addit. vbi etiam exemplo declaratur. Accedit item Viu. lib.2.venditio vltra num.1. Gabriel.lib.3 de empt.& vendit.conclus.1.num.1.Declaratur item apud Viu lib.2. vendens rem. Huius replicatio prima est: Nisi emptor malit offerre, quod vero precio deest.M.I.C d.distinct.1.replic.1.& M.I.P.d.reg.15. except. 1. Accedit Vill.L.107. Gabriel.d.conclus.1.num.2.cum sequente. Altera replicatio est:Nisi remedio d.l.2.sit renunciatum. Vill.L 105. Cuius duplicatio est: Nisi minor,mulier vel rusticus non certiorati d. remedio renunciauerint. Turz.opin. 132. num. 1. & opin. 159. Huius triplicatio est: Nisi iuramentum interuenerit. Turz. d opin.132.num.1.& 3. Viu. lib. 1.mulier omni.Contradicit Vill. I. 138. in prin. Vide. item j. repl.10 dupl 1.Tertia replicatio est:Nisi per subhastationem res sit vendita.Quæ replicatio controuertitur,magis tamen reprobatur apud Turz. opin. 152. Viu. lib. 2. venditio vltra; num.2.cum duob.sequentibus. vbi controuertitur. Quarta replicatio est: Nisi decreto interposito res sit vendita.Quę replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Turz.d.opin.152.ibi:quod etiam. Quinta replicatio est:Nisi actor tempore contractus sciuerit verum rei precium. Vill. L. 106. Sexta replicatio est: Nisi non vendita, sed in solutum data res sit. Villal.D.5.in addit.in fine. Septima replicatio est: Nisi per sententiam res alicui sit adiudicata. Soarez A.73. Octaua replicatio est:Nisi per triginta annos eo nomine actum non sit. Vill. P. 239. Nona replicatio est: Nisi donandi animo minoris vendidit.M.I.C.d.dist.1.repl. 3. Cuius duplicatio est: Nisi donator valorem rei ignorauerit. Viu. libr. 1. venditor dans, Decima replicatio est:Nisi si iurata sit

venditio. Turz. opin. 132. num. 3. Viu lib. 1. venditio iurata. vbi dicitur contra hanc replicationem à Rota esse iudicatum. Planè huius duplicatio prima est: Nisi minor, mulier vel rusticus iurauerit. Turz. opin. 159. De qua re vide item s. repl. 2. dupl. 1. tripl. 1. Altera duplicatio est: Nisi enormissima sit læsio. Vill. L. 104. in addit. in fine. Viu. d. venditor dans. vers. vlt. Vndecima replicatio est: Nisi beneficium sit permutatum. Soarez B. 16. Plura de hisce & aliis propositæ exceptionis replicationibus vide apud Viu. lib. 2. venditio vltra. vers. vlt. & Gabriel. lib. 3. de emptione, concl. 1. Hæc de tertia exceptione. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi vi metúsve causa venditio facta sit. M. I. C. d. reg. 1. exce. 32. Accedit Viu. lib. 1. vendere rem propriam. vbi etiam huius exceptionis replicationes habentur. Quinta exceptio est: Nisi postea in contrarium conuenerit, vt ab emptione discederetur. M. I. C. d. reg. 1. except. 56. Cuius replicatio est: Nisi cum venditor constituisset se nomine emptoris possidere, postea pacto in contrarium facto constitutum in contrarium non fiat. Vill. P. 139. Sexta exceptio est: Nisi cum conuenisset, vt non soluto intra certũ tempus pretio res inempta esset: precium intra statutum tẽpus non sit solutum. M. I. C. lib. 18. c. 5. q. 2. reg. 1. Cuius replicatio est: Nisi pars precij vel minima restet soluenda. Quæ replicatio reprobatur apud Viu. lib. 1. emphyteuta priuati, nume. 2. ibi: volens re venditã.

## DE ACTIONE EMPTI.

IX. Regula, Si venditor emptori rem venditam non tradat: empti iudicio tenetur. M. I. C. lib. 18. cap. 10. q. 1. causa 3. Cuius exceptio prima videtur: Nisi id quod emptoris interest, præstare venditor sit paratus. Sed reprobatur sub conditione apud Vill. V. 10. cũ addit. & 11. Viu. lib. 1. venditor non tenetur, in prin. Altera exceptio videtur: Nisi venditor constituat se nomine emptoris rem venditam possidere. Sed reprobatur apud Vill. V. 12. Viu. d. venditor non tenetur. ibi: declaratúrq; Tertia exceptio est: Nisi emptor nondum soluerit pretium. M. I. C. d. q. 1. except. gener. 10. Accedit Viu. d. venditor non tenetur. ibi: & procedunt de plano.

X. Regula: Si res vendita tempore traditionis minoris æstimatur, quam tempore contractus, intercedente mora venditoris: is detrimentum hoc præstabit emptori. Quæ regula est controuersa, & magis reprobatur apud Soarez A. 125. cum sequente.

XI. Re-

X I. Regula: Domo vendita, statuæ basibus affixæ emptori non debentur. M. I. C. lib. 18. cap. 11. q. 1. reg. 35. Contradicit Vill. D. 119. in addit. ibi: vendita domo.

X I I. Regula: Vendita domo, hortus quoque domui proximus venditus censetur. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Villal D. 119. cum addit.

X I I I. Regula: Vendito fundo, ripa in modũ eius nõ computatur. M. I. C. d. cap. 11. q. 1. reg. 41. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu. lib. 2. vendito prædio.

X I I I I. Regula: Si nihil de pondere vel mensura rei venditæ nominatim conuenit: locus contractus spectatur. Villalo. V. 17.

X V. Regula, Vendita certa specie, adiecta postea mensura: ipsa species tota debetur, siue plus, siue minus in ea sit, quàm in mensura expressum. Viu. libro secundo venditor vendens.

X V I. Regula: Causæ ex quibus redhibitoria competit actio, enumerantur M. I. C. lib. 18. c. 12. quæst. 3. Accedit Viu. lib. 2. actio redhibitoria, num. 2. Inter has numeratur, si vendito iumento venditor morbum vel vitium eius non indicauit. M. I. C. d. q. 3. causa 6. & M. I. P. lib. 5. capit. 7. reg. 17. Accedit Viu. d. actio redhibitoria, nume. 3. Huius exceptio prima est: Nisi ex longo interuallo iumentum perierit: hoc enim casu non præsumitur iumentum ex morbo, qui fuit tempore contractus, periisse. Viu. lib. 2. conducens, nume. 2. Altera exceptio est: Nisi conuenerit ne morbus vel vitium, si quod appareret, à venditore præstaretur. M. I. C. d. quæst. 3. except. 8. Cuius replicatio est: Nisi venditor sciens morbum reticuit. M. I. C. d. excep. 8. repl. 1. Accedit Viu. d. actio redhibitoria, nu. 6. Tertia exceptio est: Nisi sine dolo magno venditor vitium vel morbum ignorans reticuit, vel aliquid aliter dixit. M. I. C. d. q. 3. excep. 9. Accedit Viu. d. actio, nume. 6. Quarta exceptio est: Nisi emptor vitium vel morbum sciuit, vel scire potuit. M. I. C. d. quæst. 3. except. 10. & M. I. P. d. reg. 17. except. 1. Accedit Viu. d. actio, num. 5. ibi: interpretantúrque. Quinta exceptio est: Nisi intra sex menses à perfecta venditione redhibitoria actio non fuerit instituta. M. I. C. de ca. 12. quæst. 7. reg. 2. Accedit Viu. d. actio redhibitoria, nume. 1. Huius replicatio prima videtur: Nisi præscribens fuerit in mala fide. Sed reprobatur apud Viu. d. actio, nume. 5. Altera replicatio est: Nisi actione æstimatoria Quanto mino-

ris agatur.M I.C.lib.18.cap.13.quæst.1.except.1.repl.2. Accedit Viu.d.actio,num.7.

XVII.Regula,Re aliena vendita & euicta,venditor emptori tenetur de euictione vel empti actione vel ex stipulatu.M.I.C.lib.18.cap.14.q.j causa 1.& M.I.P.d.cap.7.reg.18. Cuius exceptio prima est:Nisi emptor sciuit rem alienam esse. I.C.d.q.1.excep.12.Accedit Vill.V.14.Altera exceptio est:Nisi res aliena vendita ante euictionem perierit. M. I. C. de quæst.1.except.33.Cuius replicatio est:Nisi post litem contestatam res perierit. M.I.C.d. except.33.repl.2. Cuius duplicatio est:Nisi dominus rei venditionem rei suæ ratam habuerit. Villal. R.1.in addit. Tertia exceptio est: Nisi cum venditor de suo tantùm facto cauisset, ex facto alterius res euincatur.Cuius replicatio prima est: Nisi ex auctoris sui facto euincatur.Viu.lib.2.venditor promittens,num.1. Altera replicatio est quoad precium restituendum:à quo nón excusatur venditor, quamuis ex facto extranei res euincatur. Viu.d.venditor.ibi: & licet ob dictionem. Quarta exceptio est:Nisi dominus venditionem rei suæ ratam habuerit. Cuius replicatio videtur: Nisi post interitum rei vendicationem ratam habuerit.Sed reprobatur apud Vill.R.1.in addit. Quinta exceptio est:Nisi emptor conuentus non denunciauit venditori eiúsve hæredibus.M.I.C.d.quæst.1.excep.68.& M.I.P.d.reg.18.excep.1.Cuius replicatio prima est: Nisi venditor abfuerit, vt ei denunciari non potuerit. M.I.C.de except.68.repl.3.Cuius duplicatio est: Nisi postea redierit, nec adhuc ei fuerit denunciatum.Vill.E.41.Altera replicatio videtur:Nisi venditor sciuit emptori litem de re moueri Quæ tamen reprobatur apud Vill.E.38.cum addit.& Viu.lib.1.venditor licet. Tertia replicatio videtur: Nisi venditor nullum ius defendendi habuerit. Sed reprobatur apud Vill. E. 42. Quarta replicatio est: Nisi denunciatio facta sit venditori ab emptore.M.I.C.de except.68.repl.5.Cuius duplicatio prima est:Nisi libellum & citationem venditori non obtulit emptor.Villal.E.39.Altera duplicatio est: Nisi denuncians non sit protestatus.Vill.E.40.

XVIII.Regula:Re vendita cum pacto de retrouendendo,ex vendito actio est,vt oblato precio quo res vendita est, ea restituatur.M.I.C.libr.18.cap.16.quæst.1.causa 3.ibi: aliud est.Huius exceptio prima est:Nisi cum conuenisset, ne intra certum tempus redimere liceret, intra illud tempus

oblato pretio res petatur restitui. Fichard. in addit. ad Vill. P.6. Altera exceptio est: Nisi aduersus tertiũ possessorem ex dicto pacto agatur. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.1. venditorem cum pacto. Tiraquel.lib.2 retractus. §.3. glossa 1. num. 1. cum sequente & num. 9. in fine.

XIX. Regula: Vsuræ precij regulariter in venditi actionem non veniunt. M.I.C.d.cap.16.quæst.3.reg.2. Cuius exceptio prima est: Nisi à tempore rei traditæ. M. I. C. d. reg. 2. except.1. Quæ tamen exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.3.de emptione, conclu.4. Sed & eius replicatio prima videtur: Nisi emptor ad precium soluendum non fuerit interpellatus. Quæ tamen replicatio reprobatur M.I.C. d.except.1.repl.4. Accedit Gabriel.d.conclus.4.nu.6. Altera replicatio est: Nisi partem precij soluerit: pro hac enim parte ab vsurarum præstatione liberatur. M. I. C. d. except.1. replicatione 5. Accedit Gabriel. d. conclus.4. Tertia replicatio est: Nisi ex re tradita emptor non perceperit fructus. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel. d. conclus. 4. num. 10. Plures replicationes vide d. conclus. 4. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi emptor in soluendo pretio moram fecerit. M. I.C.d.reg.2. exc. 3. Accedit Gabriel.d.concl.4.num.5. Huius replicatio prima videtur: Nisi venditor rem venditam possederit. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel. d. conclus.4.num.7.cum sequente. Plures replicationes vide d. concl.4.num.9. cum sequentibus.

XX. Regula: Id quod actoris interest precium sua die solutum esse, in venditi actionem venit. Viu.lib.1. venditor de iure. Cuius regulę exceptio prima est: Nisi id quod actoris interest, excedat æstimationem fructuum, quos percepit emptor. Viu. d. venditor. ibi: cum hoc tamen. Altera exceptio est: Nisi sit lucrum cessans: hoc enim non venit ratione interesse venditoris. l. vlt. & ibi glossa. ff. de periculo & commodo rei venditæ. argumento l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actione empt. De qua re vide item s̃. cap. 1. reg. 19. Hæc de emptione & venditione.

## DE LOCATIONE ET conductione.

XXI. Regula: Ex locatione & conductione oritur locati

& conducti actio. M.I.C. lib.19. cap.1. quæst.4. reg. 4. Cuius exceptio prima est: Nisi quis rem suam conduxerit. M.I.C. d.cap.1. quæst.5. exceptio.1. Accedit Vill.C.129.in fine.& E. 51. Altera exceptio est: Nisi de mercede non conuenerit. M. I.C.d.q.5. except.3. Cuius replicatio est: Nisi reconductio facta sit: ea enim eadem mercede facta censetur, qua conductio Viu. lib.1. officialis. Tertia exceptio est: Nisi locator mortuus sit. Reprobatur M.I C.d. quæst.5. except. 16. Approbatur apud Viu. lib. 2. conductorem expellere, num. 2. cum sequēte. Quarta exceptio est: Nisi locator rem postea alienauerit. de hac exceptione vides. reg. 5. Quinta exceptio est: Nisi tempus locationis sit finitum. M.I.C.d. quæst. 5. except. 23. Cuius replicatio est: Nisi conductor tacente locatore nihilominus in cōductione. remāsit. M.I.C.d. exc. 23. repl.1. Accedit Vill. C.1. in addit.2. ibi: in reliquis autem.

XXII. Regula: Si res locata perierit vel deterior sit facta, conductor locati actione tenetur M. I. C. lib.19. cap. 2. quæst.1. causa 12. Cuius exceptio prima est: Nisi casu sine dolo malo cōductoris res perierit vel deterior sit facta. M. I.C.d. casu 12, exc.1. Accedit Viu. lib.2. conducens equum, num.1.& Conductor non tenetur, num. 1. Huius replicatio prima est: Nisi culpa conductoris casum præcesserit. M.I.C. d.except.1.rep.1. Accedit Turz.opin.185.num.1.2.& 4. Huius duplicatio est: Nisi leuissima fuerit culpa. Turzan. d. opin. 185.num.12. Viu.lib.2.couducens equum, num.1.item Conductor non tenetur, num.1. Altera replicatio est: Nisi culpa seruorum conductoris, vel aliorum quos secum habet, casus acciderit. M. I. C. d. except. 1. replic. 3. Controuertitur apud Turz.d.opin.185. num.5. ibi: sed redeundo. & num.6. Tertia replic. est: Nisi conuenit vt conductor casum quoque fortuitum præstaret. M.I.C. d. except. 1. repl. 4. Huius duplicatio prima est: Nisi periculum generaliter in se conductor susceperit: per hoc enim casum fortuitum suscepisse non videtur. Viu. d. conductor non tenetur, num. 2. Cuius triplicatio est: Nisi omne periculum ex quocumque casu, etiam bello superueniens suscepisset. Viu. d. conductor. nu. 5. cum sequente. Altera duplicatio est: Nisi casus superueniens. fuerit insolitus & inconsuetus. Quæ duplicatio est controuersa, magis tamen approbatur apud Viu. d. conductor, num. 3. cum sequente. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi dolo vel culpa

alterius

alterius quàm conductoris, res perierit vel deterior sit facta. M.I.C. d.causa 12.except.2. Accedit Turz.opin.185.num.7.

XXIII. Regula: Si conductor pensionem vel mercedem non soluerit: locati actione tenetur M.I.C. d.quæst.1. causa 13. Cuius exceptio prima est: Nisi tempus conductionis fuerit finitum. Huius replicatio est: Nisi conductor nihilominus in domo conducta manserit. Villal.I.44. & 45. cum addi.

XXIIII. Regula: Si finito conductionis tempore conductor rem non restituat: locati actione tenetur. M.I.C.d. quæst.1. causa 14. Huius exceptio prima est: Nisi res sine dolo vel culpa conductoris perierit. de qua exceptione vide s.reg.22.except.1. Huius replicatio est: Nisi conductor specialiter non probauerit rem periisse. Viu.lib.2.conducens equum, nu.3. Altera exceptio est: Nisi conductor rem suam esse dixerit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.causa 14.except.2. Accedit Viu.lib.2.conductor debet, in prin Approbatur apud Viu.libr.2 conducens rem suam. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si conductor probare paratus sit, se nō locatorē tēpore cōductionis possedisse. Viu. d.cōductor debet. Plures distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, vide remissiuè apud Viu.d.cōductor, in fi.

XXV. Regula: Locati actione non plus pensionum nomine exigendum, quàm conuenit. M.I.C. d.cap.2.quæst.4. reg.1. Cuius exceptio est: Nisi fructus præter spem conductori fuerint aucti. Viu.libr.2. conductores gabellarum, nu. 2. Huius replicatio est: Nisi ex diligentia conductoris fuerint aucti. Viu.d.conductores, num.1.

XXVI. Regula: Conductor nisi rem ante sententiam restituerit, in duplum tenetur. M.I.C. d.quæst.4. reg.6. Cuius excepio est: Nisi rem suam ignorans conduxerit. Viu. lib.2.conducens minor, num.2.

XXVII. Regula, Si locator non præstiterit conductori quod in lege conductionis conuenit: ex conducto tenetur: M.I.C. lib.19.cap.3. quæst.1.cap.3.quæst.1.causa 3. Cuius exceptio est: Nisi cum conuenisset de non expellendo conductore, biennium sit finitum. Vill.P.16.

XXVIII. Regula: Si conductori re conducta frui non liceat: ex conducto locator tenetur. M.I.C. d.quæst.1.causa 5. Cuius exceptio prima est: Nisi res locata domini vsibus necessaria sit. M.I.C.d.causa 5.except.1. Accedit Gabriel.lib.3.

de loca

de locatione, conclus.3. vbi etiam replicationes huius exceptionis habentur. Altera exceptio est: Nisi conductor pensionem non soluat. M.I.C. d.causa 5. except.4. Accedit Villal.I.43.

XXIX. Regula: ex conducto actio etiam aduersus hæredem locatoris datur. M.I.C. d. cap.3. quæst.3. reg.2. Accedit Turz.reg.85.

XXX. Regula: Si conductor damnum in fructibus percipiendis vel perceptis passus sit: ad remittendam pensionem ei ex conducto actio datur. M.I.C. lib.19. cap.4. quæst. 1. causa 4. Accedit Turz. opin.107. Viu. lib.2. conductori remissio. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi modicum damnum passus sit. M.I.C.d.cau.4. except.4. Quæ exceptio declaratur definitione damni magni, quod sufficiat actionis propositæ producendæ, scilicet si conductor pensionem soluens deciperetur vltra dimidium iusti precij. Villal.I.38. Viu. lib.1.conductor. Altera exceptio est: Nisi in contractu locationis conuenerit, vt conductor casum præstaret ac vim maiorem. M.I.C.d.causa 4.except.6. Accedit Viu.lib.2.conductor non tenetur, num.5. Tertia exceptio est: Nisi emphyteuta passus sit damnum in prædio emphyteutico: ob quod pensionem remitti petat. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Vill.I. 41. Viu. lib.2. emphyteutæ nulla. De qua re vide item j. cap.prox. reg. 19.except.7. Quarta exceptio est: Nisi ad longum tempus locatio facta sit. Vill.I.42. Quinta exceptio est: Nisi fructus à solo separati vi militum sint ablati. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Villal.I.40.

XXXI. Regula: Datur item ad remittendam pensionem ex conducto actio, si ob pestem domo vel agro frui non licuit. Vill.I.37.

XXXII. Regula: Quando quæritur de augenda vel minuenda pensione propter sterilitatem: vulgi opinioni standum est. Vill.I.39.

XXXIII. Regula: Locationis species est, si quis operam suam locauerit, vel opus faciendum conduxerit. M.I.C. lib.19.cap.5.q.1.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi nulla merces interuenerit: tunc enim non locatio est, sed mandatum, vel depositum. M.I.C. d.reg.1. except.5. Cuius replicationem vide s.reg.21.except.2.repl.1.

XXXIIII. Regula: Ex iam dicta locationis specie da-

tur

tur locati actio, si conductor non fecerit ea de quibus conuenit. M.I.C.lib.19.cap.6.quæst.1.causa 1.Cuius exceptio prima est: Nisi cum quis conduxisset concoctionem panis ad alendam familiam, postea nimium augeatur familia. Vill.F.159. Altera exceptio est: Nisi quis in perpetuum operas suas locasset. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib.2.locare.

XXXV. Regula: Ex iam dicta locationis specie oritur item cōducti actio, si locator non soluat mercedem. M.I.C. lib.19.cap.7. quæst.1. causa 3. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi conductor operas non præstiterit, vel opus conductum non perfecerit. M.I.C. d. causa 3.except.1. Cuius replicatio prima videtur: Nisi ob aduersam valetudinem non præstiterit vel perfecerit. Quæ replicatio reprobatur apud Vill.F.14. Controuertitur,& magis reprobatur apud Viu.lib. 2.famulus. Altera replicatio est: Nisi nondum finito conductionis tempore is qui operas locauerat, mortuus sit: hoc enim casu totius anni salarium ad suos hæredes transmittit. Villal.A.66.H.18.S.1.cum tribus sequentibus. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi in officio constitutus fuerit ob indignitatem ab officio remotus. Quæ exceptio obtinet in salario futuri, non præteriti temporis. Villal.S.5.Hæc de locatione & conductione.

## DE SOCIETATE.

XXXVI. Regula: Si res aliqua duobus vel pluribus communiter acquiratur: hoc modo societas non contrahitur.M.I.C.lib.19.c.10.q.3.causa 3.Cuius exceptio est:Nisi fratres in communione hæreditatis paternæ manserint,& lucra communicauerint, non reddita ratione: ex hoc enim societas præsumitur. Vill.S.66.

XXXVII. Regula: Ex societate regulariter actio pro socio nascitur. M.I.C. lib.19. cap.11. quæst.2. causa 1. Cuius exceptio prima est: Nisi pupillus sine tutoris authoritate societatem coierit. M.I.C. d.cap.10. quæst.3. except.1. Accedit Viu.lib.1.pupillus,num.1.Cuius replicatio prima videtur: Nisi tacitè societas sit contracta. Sed reprobatur apud Viu. d.pupillus,num.2. Altera replicatio est: Nisi pupillus pubes factus contractum ratificauerit. Viu.d.pupillus, nu.3. Altera exceptio videtur: Nisi omnium bonorum societas sit inita. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.S.65.

XXXVIII. Regula: Socij mei socius mihi socius non

est.

est. M.I.C. d.cap.11 quæst.3.reg.1. except.4. Accedit Gabriel. lib.1.de testibus, conclus.10.num. 54. cum sequente. Hæc de societate.

## DE MANDATO.

XXXIX. Regula: Mandatum regulariter præsumitur obligatorium,& ex eo mandati actio nascitur. M.I.C. lib.19. cap.12. quæst.3. in princ. Cuius exceptio est: Nisi mandator decesserit. hoc enim casu mandatum expirat. M.I.C. d.q.3. except.18. Accedit Gabriel.lib 2.de procuratoribus,concl.2. Huius replicatio prima est: Nisi re non integra mandator decesserit. M.I.C. d.except.18.replic.1.Accedit Gabriel.d.tit. de procuratoribus,conclu.3. Cuius duplicationes vide apud Gabriel.d.conclus.3. Altera replicatio est: Nisi mandatum sit de præbenda conferenda: hoc enim morte mandantis non expirat. Quæ replicatio approbatur & distinguitur M. I.P. lib.3.cap.7.reg.59.excep.5. Accedit Gabriel.lib.6.de præbendis, conclus.1. Plures replicationes vide apud Gabriel. d.conclus.2.

XL. Regula: Si mandatarius fines mandati excessit, seu legem mandati non seruauit: mandati actione domino tenetur. M.I.C.lib.19.cap.13.quæst.1.causa 5. Accedit Viu.lib.1. procurator diligenter,in princ.

XLI. Regula: Mandatarius præstat factum eius quem substituit in causa mandata. Quæ regula distinguitur apud Gabriel.lib.7.conclus.8.num.62.

XLII. Regula: Mandatario quoque aduersus mandatorem contraria mandati actio competit ex causis enumeratis. M.I.C. lib.19.cap.14.quæst.1. Quarum exceptio generalis videtur: Nisi post longum tempus mandatarius gesserit. Quæ exceptio reprobatur apud Villal.A.54. Hæc de mandato.

## *DE IVRE EMPHYTEVTICO.* *CAP. VII.*

PRima regula: Emphyteusis est contractus nominatus, Iul.Clar.in §.emphyteusis,quæst.2.

II. Regula: Emphyteusis species cognatæ sunt contractus libellarius, censualis & locatio: à quibus quatenus differat emphyteusis, differit Iul.Clar.in d.§.emphyteusis,q.1.

III.Re-

III. Regula: Differentia emphyteusis & locationis consistit in quantitate pensionis. Vill.L.133.

IIII. Regula: Locatio ad vitam naturam habet perpetuæ locationis. Quæ regula est controuersa apud Gabriel. lib 3. de locatione, conclus.2.

V. Regula: Emphyteusis regulariter vtilis & validus est contractus. M.I.C. lib.19. cap.9. quæst.3. reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi scriptura non interuenerit. Quæ exceptio est controuersa apud Vill.E.44 cum duab. addi. sequētibus. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst.4. Cuius replicatio est: Nisi lapsi sint triginta anni: ex eo enim præsumitur scriptura interuenisse. Vill.E. 47. in addit. Altera exceptio videtur: Nisi de certa quantitate ab initio præstanda non conuenerit. Quæ exceptio est controuersa apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst.3. Reprobatur apud Vill.E.45.

VI. Regula: Emphyteusi alienata, quinquagesima pars præcij vel æstimationis domino debetur. M.I.C. d.cap. 9. quæst.4. reg.6. Accedit Iul.Clar. in §. emphyteusis, quæst.23. in princ. Cuius exceptio prima videtur: Nisi donata, non vendita sit emphyteusis. Sed reprobatur apud Iul. Clar. d. quæst.23. sed quæro. Altera exceptio est: Nisi non alienetur emphyteusis, sed inter duos emphyteutas diuidatur. Vill.E. 90. Tertia exceptio videtur: Nisi in ipso contractu emphyteutico conuenerit, vt liceret emphyteutæ vendere cui vellet. Quæ exceptio reprobatur d. quæst.23. versi. sed quid si.

VII. Regula: Emptor, non venditor dictam quinquagesimam soluere debet. Iul.Clar. d. quæst.23. versi. vlterius.

VIII. Regula: Domino defuncto, vsufructuario omniū bonorum, non hæredi dicta quinquagesima soluenda. d. quæst.23. versi. vlt.

IX. Regula: Emphyteuta prædio emphyteutico seruitutem imponere potest, quę finitur finita emphyteusi. Iul.Clar. in §. emphyteusis, quæst.21.

X. Regula: Augmentum quod accedit prædio emphytheutico, acquiritur domino, non emphyteutæ. Quæ regula approbatur & distinguitur remissiuè apud Iul.Clar. in §. emphyteusis, quæst.41. versic.1.

XI. Regula: Emphyteusis transit ad liberos emphyteutæ. Iul.Clar. in §. emphyteusis, quæst.28. versi.2. Cuius exceptio prima videtur in emphyteusi ecclesiastica. Quæ exceptio approbatur apud Iul.Clar. d. versic.2. in fin. Reprobatur

apud

apud Vill.E.56.in prin.Ideóque eſt controuerſa,& per conſequens non admittenda. Altera exceptio videtur: Niſi liberi hęredes nõ exiſtãt emphyteutę Quæ exceptio eſt cõtrouerſa in emphyteuſi eccleſiaſtica apud Turz.opi.73.nu.1.& opi. 188.nu.9.cum ſequente.Vill.E.54 cum ſequẽte.& nu.65.cum ſequente. De qua re vide item ĵ.reg. prox. except.3. Tertia exceptio eſt: Niſi liberi ſint naturales, non legitimi. Quæ exceptio controuertitur & diſtinguitur apud Iul. Clar.d.§. emphyteuſis,quæſt.30,& Viu.lib.1.emphyteuſis.§.in emphyteuſi. Cuius replicatio eſt: Niſi liberi ſint legitimati.Huius duplicatio eſt: Niſi legitimi liberi extent. Turz. opinio.73. num. 2.Quarta exceptio eſt: Niſi nepotes ſint ex filio naturali. Quæ exceptio approbatur in emphyteuſi eccleſiaſtica apud Gabr.lib.4.de hæredib.inſtitu en.concl.3.nu.18. Quinta exceptio eſt: Niſi fœminini ſexus liberi ſint. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Vill.E.54.in addit.& 64 item Iul.Cla.in §. emphyteuſis,q.32. Sexta exceptio eſt: Niſi per fœmininum ſexum deſcendentes ſint liberi. Quæ exceptio reprobatur & diſtinguitur apud Iul. Clar. in §. emphyteuſis,q 36. Septima exceptio eſt: Niſi liberi ſint vltra ſecundum gradum primi adquirentis. Quæ exceptio approbatur in emphyteuſi Eccleſiaſtica M.I.C.lib.3. cap.6.quæſt.3.reg.1.except.2.repl.1. Vill. E.48. De qua re vide item ſ̃. lib. 3. cap. 6. reg.2.except.1.replic.2.

XII. Regula, Emphyteuſis tranſit ad hæredes emphyteutæ.M.I.C.d.quęſt.4.reg.1.Cuius exceptio prima videtur: Niſi extranei ſint hæredes,à primo adquirente non deſcendentes. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar.in §. emphyteuſis,quæſt.28.verſ.2.ibi:ad extraneos.item verſ. tertio modo.item verſ.ſecundus eſt.item quæſt.42.verſ.vlt.Admittitur tamen exceptio propoſita,primùm quidem in emphyteuſi Eccleſiaſtica,quæ ad extraneos hæredes nõ tranſit.Iul. Clar.in d.verſ.ad extraneos.& d verſ.vlt.Vill. E.56. Viu.lib.1. emphyteuta.§.regula,nu.4.Turz.opin.73.nu.1. Huius diſtinctionis replicatio prima eſt: Niſi emphyteuſis Eccleſiaſtica accepta ſit pro ſe & hæredibus. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Iul. Clar. d. quæſt. 28. verſ.tertius eſt, cum ſequentibus, vſq; ad verſ.vnum tamen. Admittitur, ſi cum dubitaretur, vtrum bona ad eccleſiam pertinerent, ab ea ſint in emphyteuſin recognita & accepta pro ſe & hæredibus.Iul.Clar.d.verſ.vnum tamen. Altera replicatio.

plicatio est: Nisi quis emphyteusin Ecclesiasticam acceperit pro se & hæredibus quibuscunque vel extraneis. Quæ replicatio approbatur apud Iul. Clar. d. quæst. 28. vers. sed quæro. 9. & Turz opin. 73. nu. 3. Controuertitur & distinguitur apud Vill. E. 57. cum tribus sequentibus. De qua re vide item s. lib. 3. cap. 6. reg. 2. except. 1. repl. 3. Tertia replicatio est: Nisi quis emphyteusin Ecclesiasticam acceperit pro se & quibus ipse dederit. Iul. Clar. d. quæst. 28. versic. idémque & multo. Quarta replicatio est: Nisi ad certum numerum annorum emphyteusis concessa sit. Quæ replicatio est controuersa apud Iul. Clar. d. quæst. 28. vers. tertio modo. Quinta replicatio est: Nisi consuetudo esset in contrarium. Iul. Clar. d. q. 28. vers. vlt. ibi: vbi tamen in ista materia. Hæc de prima distinctione, qua exceptio proposita admittitur. Deinde admittitur exceptio proposita, si res in emphyteusin concessa sit ad tertiam generationem: hoc enim casu ad extraneos hæredes non transit. Iul. Clar. d. q. 28. vers. secundo modo. Tertiò admittitur, si quis emphyteusin acceperit pro se & filiis vel descendentibus. Quæ distinctio est controuersa, magis tamen approbatur apud Iul. Clar. d. q. 28. vers. primus casus. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi hæres in re certa sit institutus. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 38. Tertia exceptio est: Nisi hæres hæreditatem repudiauerit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 37. De qua re vide item s. reg. prox. except. 2. Quarta exceptio est: Nisi defunctus emphyteusin alienauerit vel alij legauerit. M. I. C. d. cap. 9. q. 5. reg. 2. Controuertitur & distinguitur apud Gabr. lib. 3. de iure emphyteutico, conclus. 2.

XIII. Regula, Concessa emphyteusi vsque ad tertiam generationem, persona eius cui facta est concessio, connumeratur in prima generatione. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 3. de iure emphyteutico, conclus. 4. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 34.

XIIII. Regula, Emphyteusi per generationem vel tempore finita, descendentes vel adgnati confirmationem petere possunt. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 3 de iure emphyteutico, conclus. 1. Turz. opin. 164. num. 3. Vill. E. 49. Viu. lib. 1. emphyteusi finita. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 43.

XV. Regula, In emphyteusi non est locus iuri adcrescendi. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 39. in prin. & vers. econtrariò. Controuertitur tamen apud Gabriel. lib. 4. de substitutionibus, concl. 4. num. 10. Huius exceptio est quoad liberos emphyteutæ: inter hos enim locus est iuri adcrescendi. Iul. Clar. d. q. 39. vers. scias tamen, cum vers. sequente.

XVI. Regula, Bonis emphyteutæ publicatis, emphyteusis ad fiscum transit. Quę regula approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 29. & Vill. E. 58. in addit. ibi: & nota.

XVII. Regula, Stipulatio emphyteusis pro se & filiis suis, filiis non prodest, nisi mortuo patre. Turz. opin. 187. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 35.

XVIII. Regula, Pater non potest vni ex filiis prælegare vel donare emphyteusin. Vill. E. 61. cum duobus sequentibus. Cuius exceptiones vide apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 16.

XIX. Regula, Si emphyteuta non soluerit canonem seu pensionem, ius suum amittit. M. I. C. d. c. 9. q. 6. causa 1. & M. I. P. lib. 5. cap. 7. reg. 21. Accedit Viu. lib. 1. emphyteuta priuati, num. 1. & libro 2. emphyteuta priuatus, in prin. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 8. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi dominus oblatam pẽsionem accipere noluit. M. I. C. d. causa 1. excep. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi non debito loco vel tempore obtulit. Iul. Clar. d. q. 8. vers. pone quod. ibi: quod intellige. Altera replicatio est: Nisi non re, sed verbo obtulit. Iul. Clar. d. q. 8. vers. item intellige. Tertia replicatio est: Nisi pẽsionem oblatam non consignauerit nec deposuerit. Viu. lib. 1. oblatio debiti. vers. sed ad cõsequendam. Cuius duplicatio est quoad pœnam caducitatis euitandam: ad hanc enim non requiritur consignatio & depositio, sed ad plenariam liberationem tantùm. Iul. Clar. d. q. 8. vers. pone quod. Quarta replicatio est: Nisi pro tribus vel pluribus annis futuris simul pensionem obtulerit. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 12. vers. sed pone. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi triennium non solutæ pensionis non sit elapsum. M. I. C. d. causa 1. excep. 2. Accedit Vill. E. 80. Iul. Clar. d. q. 8. in prin. Huius replicatio prima est: Nisi emphyteusis Ecclesiastica sit: in hac enim sufficit per biennium non solutam pensionem. M. I. C. d. causa 1. except. 2. repl. 1. & M. I. P. d. reg. 21. Accedit Viu. lib. 1. emphy-

teuta

teuta priuati, num. 1. & Iul. Clar. d. q. 8. in prin. Altera replicatio est: Nisi emphyteuta iurauit se soluturum canonem: hoc enim casu primo anno non soluens cadit iure suo. Viu. lib. 2. emphyteuta priuatus. in cuius fine apparet, hanc replicationem esse controuersam. Sed controuertitur apud Iul. Clar. d. q. 8. vers. & hoc quidem. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositę regulę exceptio est: Nisi dominus moram non soluti canonis emphyteutæ remiserit, vel oblatam postea pensionem receperit. Vil. E. 78. & Fichard. in addit. ad Villal. E. 81. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 10. vers. 1. ibi: aut verò sumus. Huius replicatio prima est: Nisi cum protestatione de expellendo emphyteuta pensionem receperit. Iul. Clar. d. vers. 1. in prin. Cuius duplicatio est: Nisi etiam futuri temporis pensionem receperit: hoc enim casu protestatio nihil operatur. Iul. Clar. d. vers. 1. ibi: hoc tamen intellige. & Vill. P. 379. in cuius fine vide triplicationem. Altera replicatio est: Nisi prælatus nomine Ecclesiæ acceperit pensionem. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. d. q. 10. vers. sed nunquid, cum vers. sequente. Quarta exceptio videtur: Nisi inter dominum & emphyteutam conuenit, vt non soluto canone alia quàm caducitatis pœna præstaretur: hoc enim casu dominus propositæ regulæ videtur renunciasse. Quæ tamen exceptio reprobatur apud Iul. Clar. d. quæst. 8. vers. vlterius quæro. Quinta exceptio est: Nisi dominus aliam pœnam, de qua in contractu emphyteutico cõuenit, petierit. Iul. Clar. d. vers. vlterius quæro, in fine. Vill. E. 84. Sexta exceptio videtur: Nisi emphyteuta non sit interpellatus vt solueret. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. causa 1. except. 5. & M. I. P. d. reg. 21. except. 2. Accedit Villal. E. 80. in fine. Septima exceptio videtur: Nisi emphyteuta propter casum fortuitum fructus non perceperit. Quæ exceptio reprobatur M. I. C. d. causa 1. except. 6. Accedit Iul. Clar. d. quæst. 8. vers. sed quid si emphyteuta, cum sequentibus, vsque ad vers. prosequendo. Planè admittitur primùm, si propter belli casum fructus non potuit percipere. Villal. E. 79. cum addit. Iul. Clar. d. q. 8. vers. sed quid si emphyteuta. 6. Deinde admittitur exceptio proposita, si canon soluendus magnus sit, Villal. I. 41. in fine. Plura de exceptione proposita vide s. cap. prox. reg. 20. except. 3. Octaua exceptio est: Nisi prædium emphyteuticum in totum perierit, vel amissum sit. M. I. C. d. causa 1. except. 7. Accedit Iul. Clar. d. quæst. 8.

versic. quæro etiam. Nona exceptio est in censualista, qui quamuis non soluerit censum annuum, ob hoc tamen prædium non amittit. Vill. C. 35. Decima exceptio videtur: Nisi canon sit vnius nummi. Sed reprobatur apud Vill. E. 75. Viu. lib. 1. emphyteuta priuati, nu. 1. ibi: ampliatur. Iul. Clar. d. q. 8. vers. sed pone. Vndecima exceptio videtur: Nisi emphyteuta ignorauerit esse emphyteusin. Quæ exceptio reprobatur certo modo apud Vill. E. 76. Iul. Clar. d. q. 8. vers. prosequendo. Duodecima exceptio est: Nisi ex pluribus emphyteutis quidam soluerint suas portiones, quidam non soluerint. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. E. 77. Iul. Clar. d. q. 8. vers. quæro quid si, cum sequente. Decimatertia exceptio est; Nisi tribus posterioribus annis soluerit canonem: ex hoc enim etiam præcedentium annorum solutio facta præsumitur. M. I. C. lib. 2. cap. 17. q. 3. de solutione probanda, reg. 4. Accedit Vill. E. 81. cum addit. vbi etiam replicatur. item accedit Viu. lib. 1. emphyteuta eo ipso. De qua re vide item s. lib. 2. cap. 10. in verbo, Solutione trium annorum. Decimaquarta exceptio est: Nisi maiorem partem pensionis soluerit. Quæ exceptio reprobatur apud Viu. lib. 1. emphyteuta priuati, num. 2. De qua re vide j. reg. 27. Decimaquinta exceptio est: Nisi celeri satisfactione moram purgauerit emphyteuta. c. potuit. extr. de locato. Accedit Iul. Clar. d. q. 8. vers. item quæro. Declaratur definitione celeris satisfactionis apud Iul. Clar. d. q. 8. vers. quando autem. Huius replicatio est in emphyteuta priuati, in qua mora celeri satisfactione non purgatur. Iul. Clar. d. q. 8. vers. item quæro. & vers. vlt. Decimasexta exceptio est quoad ius francandi seu ludendi, à quo non cadit emphyteuta canonem non soluens. Quæ exceptio est controuersa apud Viu. lib. 1. emphyteuta priuati, nu. 2. ibi: ista conclusio. Decimaseptima exceptio est: Nisi emphyteuta non possederit prædium emphyteuticum. Quę exceptio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. d. quæst. 8. vers. sed quæro. Decimaoctaua exceptio est: Nisi sententia declaratoria non sit secuta. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 9. vers. aut verò. Decimanona exceptio est: Nisi dominus in vita sua non declarauerit, se velle prædium ob non solutum canonem caducum fieri. Iul. Clar. d. quæst. 9. in prin. De qua re vide item j. reg. 24. Vicesima exceptio est: Nisi annus vltimus nondum sit finitus. Iul. Clar. d. §. emphyteusis, quęst. 12. in prin. Vicesima-

prima

prima exceptio: Nisi solutus sit canon annuus. Cuius replicatio prima est: Nisi non totus sit solutus. De qua re vide s. exc.14. Altera replicatio est: Nisi aucto prædio emphyteutico non plus canonis soluatur. Quæ replicatio reprobatur apud Iul.Clar.d.§.emphyteusis,q.41.vers sed nunquid. Tertia replicatio videtur: Nisi alius quàm emphyteuta soluerit. Quę replicatio reprobatur apud Iul.Clar.d. §.emphyteusis, q.8.vers.sed quid si ipse. Hæc de decimanona regula: de cuius exceptionibus vide item j.post reg.23.

XX. Regula, Si emphyteuta non requisito vel nolente domino ius suum alienauerit: eo priuatur. M.I.C.d.q.6.causa 3.& M.I.P.d.cap.7.reg.22. Accedit. Vill. E. 67. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q.13.in prin. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in contractu emphyteutico aliter inter dominum & emphyteutam conuenerit. M.I.C.d causa 3.except.1. Accedit Vill. E. 72. Controuertitur, magis tamen approbatur apud Iul.Clar.d.q.13.vers.sed pone. Cuius replicatio est: Nisi conuenerit vt liceret alienare minoribus vel ęqualibus, non maioribus. Quæ replicatio controuersa est apud Clar. d. quæst.13.vers.sed quæro quid si. Altera exceptio est: Nisi dominus requisitus ipse emere noluit, nec alienationi consentiat. M.I.C. d. causa 3.except. 2. & M.I.P. d.reg.22.except.1. Cuius replicatio est: Nisi personis vetitis vel potentiori emphyteuta alienauerit. M. I. C d. exc.2.repl.3. Accedit Iul. Clar.in §.emphyteusis,q.22. Quæ autem dicantur personæ vetitę, declaratur M.I.C.d.repl.3.item apud Iul.Clar.d.q.22. in fine. Tertia exceptio est: Nisi non vendiderit, sed alio modo alienauerit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.causa 3.except.3. Admittitur tamen in donatione & legato, Villal. E.73. cum sequente. Controuertitur tamen hæc distinctio & distinguitur apud Viu.lib.1.emphyteuta ius.item Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 15. Item admittitur in pignoris obligatione. Sed & hæc distinctio est controuersa apud Gabriel.lib.6.de reg.iuris.conclus.12.num.18. Iul.Clar. in §.emphyteusis, q. 18. Item videtur admittenda, si alij rursus in emphyteusin concesserit. Quæ distinctio reprobatur apud Iul.Clar.in §.emphyteusis,q.20. Item admittitur, si commutauerit. quæ distinctio controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar. d. §. emphyteusis,q.17. Item admittitur in locatione, Iul.Clar.d §.emphyteusis,quęst.19. Admittitur postremò in diuisione inter plures emphyteutas facta, Iul. Clar. d. §.

emphyteusis, quæst. 14. Quarta exceptio est: Nisi traditio non sit secuta. Vill. E. 70. Viu. lib. 1. emphyteuta alienans. vers. interpretatur primùm. Iul. Clar. d. q. 13. vers. sed nunquid. Cuius replicatio est: Nisi emphyteuta vendens nomine emptoris se possidere constituerit, vel ficta saltem traditio interuenerit. Vill. E. 68. Quæ tamen replicatio controuertitur apud Iul. Clar. d. q. 13. vers. sed quid si. Quinta exceptio est: Nisi alienatio facta sit saluo consensu domini. Villal. E. 69. Controuertitur tamen apud Iul. Clar. d. quæst. 13. vers. item quæro. & Villal. P. 359. Sexta exceptio est: Nisi emphyteuta celeriter redemerit prædium. Quæ exceptio reprobatur stricto iure, non de æquitate, apud Vill. E. 71. Viu. lib. 1. emphyteuta alienans. Iul. Clar. d. q. 13. vers. sed quid si. Septima exceptio est: Nisi alienatio facta sit sub hac conditione; Si dominus consenserit. Vill. P. 360. Octaua exceptio est: Nisi dominus ab emptore canonem receperit. Gabriel. lib. 1. de præsumpt. conclus. 1. num. 24. Nona exceptio videtur: Nisi sententia declaratoria non sit secuta. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar. d. quæst. 13. vers. adde quod. De qua vide item j. post reg. 23. except. 2. Decima exceptio est: Nisi quis emphyteusin acceperit pro se & cui ipse dederit. Clar. d. q. 13. vers. vlterius quæro. Vndecima exceptio est: Nisi inter emphyteutas plures alter alteri suam portionem alienauerit. Iul. Clar. d. §. emphyteusis, q. 14. Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus, quarum plures vide j. post reg. 23. Planè istarum exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi personis vetitis vel potentiori alienatio sit facta. De qua replicatione vide s. except. 2. repl. 1.

XXI. Regula; Si emphyteuta rem fecerit deteriorem: iure suo cadit. M. I. P. d. cap. 7. reg. 23. Accedit Vill. E. 87. cum sequente. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 26.

XXII. Regula, Si emphyteuta religionem ingrediatur: emphyteusis expirat. Quæ regula est controuersa, magis tamen approbatur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 33.

XXIII. Regula, Si emphyteuta emphyteusin negauerit, vel possessionem domino interuerterit: iure suo cadit. Quæ regula est controuersa apud Gabriel. lib. 5. de adquir. possess. conclus. 5. nu. 3. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 25.

## DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM REGULARUM GENERALIBUS.

Hactenus quinque regulis proximè præcedentibus cau-

ſas, quibus emphyteuta iure ſuo cadit, dominóque ad prædium emphyteuticum repetendum datur actio, enumerauimus: quarum exceptiones aliquot cõmunes ſuperſunt hoc loco ſubiiciendæ. Harum prima eſt: Niſi dominus nolit emphyteuſin caducam fieri. Vill. C.1. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q.9. in prin. Altera exceptio generalis eſt: Niſi ſententia declaratoria non ſit ſecuta. Villal. C.1. in addit. Controuertitur apud Viu. lib.1. emphyteuta priuati, nu.3. De qua vide item s̃. reg.20. except.9. & reg.19. except.18. Tertia exceptio videtur: Niſi poſt commiſſam emphyteuſin dominus emphyteutam arare patiatur. Quæ exceptio reprobatur apud Vill. C.1. in addit.2. ibi: ſed an in contractu. Quarta exceptio eſt: Niſi dominus non ſoluat meliorationes. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.q.6. cauſa 1. except.4. Accedit Villal. E.89. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.45. Admittitur, ſi emphyteuta culpa caret. Vill. E.52. & 89. Iul. Clar. d. quæſt.45. Declaratur definitione melioramentorum apud Vill. d.89. in fine. Caſu quo exceptio propoſita locum habet, dominus tenetur æſtimationem ſoluere ædificij integri, non diruti. Viu. lib.2. melioramenta, num.5. Plura de melioramentis remiſſiuè vide apud Viu. d. num.5. in fine. & Iul. Clar. d. quæſt. 45. in fine.

XXIIII. Regula, Hæredi domini non datur actio ad reuocandam emphyteuſin. Fichard. in addit. ad Vill. D.16. Soarez C.2. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.9. in prin. Controuertitur apud Gabriel. lib.3. de iure emphyteutico, concl. 3. & lib.7. concl.35. nu.1. & 7. Cuius exceptio eſt: Niſi conſtet defunctum reuocare voluiſſe. Fichard. d. addit.

XXV. Regula, Aduerſus hæredem emphyteutæ datur actio ad reuocandam emphyteuſin. Cuius exceptio prima eſt: Niſi aduerſus defunctum actio non ſit inchoata. Gabr. d. concl. 35. num.2. Altera exceptio eſt: Niſi filius ſit hæres: huic enim defunctus pater in emphyteuſi ſuo facto præiudicare non potuit. Quæ exceptio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib.3. de iure emphyteutico, concl.2. nu. 31. cum ſeptem ſequentibus.

XXVI. Regula, Vna ex pluribus emphyteutis emphyteuſin committente, aduerſus omnes datur actio. De qua re vide s̃. reg.19. except.12.

XXVII. Regula, Prædio emphyteutico pro parte alienato, non niſi pars alienata in commiſſum incidit. Iul. Clar.

in §.emphyteusis, q.13.vers. vlt. Secus si partem canonis soluerit, partem non soluerit: hoc enim casu in solidum committitur prædium. Quæ regula controuertitur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, q.8.vers. hoc autem, cum sequentibus. De qua re vide item s.reg.19.except.14.

XXVIII. Regula, Fructus quoque in actionem propositam veniunt à die commissi prædij. Vill.P.64.

XXIX. Regula, De melioramentis: quatenus veniant in hanc actionem, vide s. post reg.23 except.4.

XXX. Regula, Probatio soluti canonis emphyteutæ, non domino incumbit. Vill.E. 82. Quomodo autem probetur, vide apud Villal.E.83.& Viu.lib.1.testes duo sufficiunt ad probandum.ibi:nota etiam.

XXXI. Regula, Ad emphyteusin commissam repetendam domino condictio ex lege competit. Vill. E.86.Iul.Cla. in §.emphyteusis, quæst.47.

XXXII. Regula: Potest item dominus rem commissam propria authoritate occupare. Quæ regula controuertitur & distinguitur apud Iul. Clar.d.§. emphyteusis, q. 11. & q.25.item quæst.44. Vill.D.115.

XXXIII. Regula, Si dominus repetierit prædium emphyteuticum ex causa commissi: nihilominus præteritorum annorum pensionem petere potest. Quæ regula approbatur M.I.P. d.cap.7.reg.24. Controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.in §.emphyteusis, q.10.vers.quæro nunc.

XXXIIII. Regula, Emphyteusis præsumitur, si quis per triginta annos vniformen canonem soluerit. De qua re vide s.lib.2. cap.10.in verbo Emphyteusis. Hæc de iure emphyteutico.

## *DE INNOMINATIS contractibus, & quasi,*
## *CAP. VIII.*

### DE INNOMINATIS contractibus.

PRima regula, Vtrum sit contractus nominatus, an innominatus, ex genere actionis consideratur. nam si præscriptis verbis actio est, contractus dicitur innominatus: sin alia competit actio, puta empti, venditi, locati, conducti, depositi,

positi,&c.contractus dicitur nominatus. M.I.C. lib 20.cap. 1.q.1.causa 1. Accedit Vill.L.134.

II. Regula Contractuum innominatorum quatuor sunt genera: Do vt des, Do vt facias: Facio vt des, & Facio vt facias. M. I. C. d. q. 1. causa 4. Secundi generis exempla enumerantur M.I.C.d. q.1.causa 6. Quibus cōnumerari potest, si quinquaginta des, vt per totam vitam alaris. Vill. C. 194.

III. Regula: Contractuum innominatorum proprium est, quòd re integra pœnitentiæ locus sit, exemplo permutationis. de quo M.I.C.lib.18 cap.9.quæst.3. except.1. Cuius regulæ exceptio est: Nisi iusiurandum interuenerit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabriel. lib. 2. de iureiurando, conclus. 9. De qua re vide item s̃. cap. 3. reg.3.except.7. replic.5.

## DE NEGOCIORVM GESTOrum actione.

IIII. Regula: Negociorum gestori contraria negociorum gestorum actio aduersus eum, cuius negocia gessit, datur de eo quod in res eius impendit restituendo. M. I. C. lib.20. cap 6.quæst.1. causa 1. cum sequentibus. Cuius exceptio prima est: Nisi filius patris negocium gerens, pro eo soluerit. M.I.C. d.q.1. except. 6. Cuius replicatio est: Nisi non donandi animo solutionem factam esse probetur. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Turz. opin. 89. Altera exceptio est: Nisi sui lucri, non domini causa negocium gesserit. M. I. C. d. q. 1. except. 9. Cuius replicatio est in eo, in quo dominus locupletior est factus, M.I.C. d. exceptione 9.replic.1. Accedit Vill. P.184.

## FAMILIÆ ERCISCVNDÆ ET Communi diuidundo.

V. Regula: Si hæreditas, vel res aliqua hæreditaria inter aliquos communis sit: ad eam diuidendam familiæ erciscundæ actio competit M. I. C. lib.20. cap.9.q.1.reg.1. Cuius exceptio prima videtur: Nisi iusiurandum præstitum sit de non diuidendo. Sed reprobatur apud Viu.lib.1.legitimæ nullum.ibi: amplìantur præmissa. Controuertitur apud Gabriel. lib.2. de iureiurando, conclus.1. num.22. Admittitur, si ne ad certum tempus diuisio fiat, conuenit. M. I. C.lib. 20. cap.11. q.1.reg.1.except.9. Altera except. videtur: Nisi testator diuisionem.

ſionem fieri prohibuerit. Sed & hæc reprobatur apud Viu. d.legitimæ nullum. ibi: hinc eſt quod. Villal.D. 81. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 67. Admittitur, ſi non in perpetuum, ſed ad tempus diuiſionem prohibuerit. Iul. Clar.d.quæſt.67. verſ. vlt. Tertia exceptio eſt: Niſi diuiſio ſemel facta ſit, M.I.C. d. reg.1. except. 12. Cuius replicatio prima eſt: Niſi ex cauſa fideicommiſſi res petatur. huic enim non obſtat diuiſio ſemel facta. Vill.D.86. F. 44. & 51.Gabriel.lib. 4.de fideicommiſſis, concl. 1. num. 1. Huius duplicationes vide apud Gabriel.d. concluſ.1. num.2. cum ſequentib. vſque ad finem item apud Vill.F. 53. Altera replicatio videtur: Niſi inæqualis diuiſio facta ſit. Quæ reprobatur certo modo apud Vill. D. 87. Harum replicationum & ſimilium duplicatio generalis eſt: Niſi diuiſio facta iuramento ſit firmata. Fichard.in addit.ad Villal.D.87. Quarta exceptio videtur: Niſi per triginta annos in communione ſteterint. Sed reprobatur per ea quæ habentur ĵ.reg.10.except.1.

VI. Regula: Omne quod defuncti fuit, regulariter venit inter cohæredes diuidendum. M.I.C. d.c.9.q.3.reg.1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi id quod pater vni filiorum ſtudiorum cauſa ſubminiſtrauit.M.I.C.d. regula.1. except. 17. Accedit Viu. libro.2.filius cui à patre, num.4. vbi idem dicitur de ſumptibus in gradum Doctoratus collatis. Altera exceptio eſt in liberis quos pater filiorum cauſa dedit vel comparauit. Quæ exceptio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.d. filius cui, nu.1.cum duob.ſequentib. Tertia exc.eſt in peculio aduenticio, nõ profecticio. Quæ exceptio approbatur, declaratur & diſtinguitur apud Vill. F.97. Cuius exemplum eſt in lucro dotis apud Viu.lib.1. ſtatutum ſimpliciter, nu. 14.Secus in peculio profecticio; de quo M.I.C.d.reg.1.exce.19.repl.1. Quarta exceptio eſt in re cohæredi à defuncto donata, M.I.C.d.excep.19.Cuius replicatio videtur in re filiofamiliâs à patre donata. Sed reprobatur apud Viu. lib.2. donatio. Vill.D.125 cum ſequente.De qua re vide item ŝ.lib.proxim.cap.11.reg.8.except.2 replic.1. Quinta exceptio eſt in bonis primogenituræ, quæ primogenitò præcipua debentur. Viu. libro. 2. legitima. Sexta exceptio eſt in feudis, quæ non veniunt in diuiſionem hæreditatis. Quæ exceptio approbatur & diſtinguitur in tractatu feudali cap. 2.q. 7. reg. 11. Septima exceptio videtur in re emphyteutica. Sed reprobatur apud Iul. Clar. in §. emphyteuſis quæſt.14.

VII. Reg.

VII. Regula: Ea quæ filius ex pecunia patris est lucratus, veniunt in diuisionem hæreditatis paternæ. M.I.C.d.except.19.repl.1. Vtrum autem in solidum, an pro dimidia tantùm parte veniant, controuertitur apud Viu. libr.1. filiusfamiliâs ea quæ. Plures huiusmodi regulas vide s.lib. prox. cap.7 reg 8.

VIII. Regula: Modus diuidendæ hæreditatis est, vt maior natu diuidat, & minor eligat. Vill.D.82. cum addit. Viu. lib.2.fratrum diuisio, num.2. cum sequente.

IX. Regula: Diuisio etiam fit vel sorte, vel officio iudicis. Viu.d.fratrum diuisio, num.1.

X. Regula: Communi diuidundo actioni triginta annis præscribitur. M.I.C. lib.20.cap.10.quæst.7.reg.2. Cuius exceptio est: Nisi ad diuidendum agatur. Vill.P.262. Gabriel. lib. 5.de præscriptionibus, conclus.12.num.3.

## FINIVM REGVNDORVM.

XI. Regula: Si quis sepem, maceriam, murum, domum, sepulchrum aut foueam faciat: terminus ei constituitur. M.I.C. lib.20.cap.12.quæst.2. causa 6. Accedit Viu.lib.2. ædificare potest, num.2. cum sequente. Quod autem ibidem nu.3. dicitur, est controuersum apud Cepullam loco allegato.

## DE TERMINO MOTO.

XII. Regula: Si quis terminum agri mouit vel protulit, extra ordinem punitur. M.I.C. lib.20.cap.13. quæst.1. causa 1. Accedit Viu. libr.1. terminos. vbi latius declaratur. Iul. Clar.§.fin.quæst.83.versi. terminos mouens. Declaratur definitione terminorum apud Viu.d.terminos.versic.vlt. Hæc de innominatis, & quasi contractibus.

# *DE OBLIGATIONIBVS ET actionibus ex contractu descendentibus, quibus non nostro nomine, sed alieno obligamur.*

## *CAP. IX.*

### DE FIDEIVSSORIBVS & mandatoribus.

Prima

PRima regula: Si quis pro aliquo fideiussit, vel vt alij crederetur, mandauit: eo nomine actione ex stipulatu fideiussoria vel mandati tenetur. M.I.C. lib.21.cap.1.quæst.2. reg.1.& M.I.P. lib.5.cap.7.reg.29. Cuius exceptio prima est. Nisi pro pœna capitali in causa criminali fideiusserit. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Fichard. in addit. ad Vill.F. 39. Altera exceptio est: Nisi aliter ac reus principalis fideiussor se obligauerit. M.I.C. d.reg.1.except.30. Cuius replicatio prima est: Nisi fideiussor iureiurando se obligauerit. Villal F.34. Altera replicatio est: Nisi fideiussor se obligauerit sub guarentigia seu efficacius. Vill. F.34.in addit. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est. Nisi sine stipulatione quis pro alio fideiusserit. M.I.C. d.reg.1.except. 32. Accedit Vill.A.16.in fine. Huius replicatio est: Nisi fideiussor præsens patiatur se nominari & inscribi ad acta pro fideiussore. Quæ replicatio controuertitur, & magis reprobatur apud Viu.lib.2.fideiussor patiens. Quarta exceptio est: Nisi debitum sit solutum. M.I.C. d. reg.1. except. 55. Cuius replicatio videtur: Nisi res aliena in solutum sit data. Quæ replicatio reprobatur sub conditione apud Vill.D.14. in addit. Quinta exceptio est: Nisi creditor debitori tempus solutionis, de quo conuenerat, sine consensu fideiussoris prorogauerit. Quæ exceptio controuertitur, & magis reprobatur apud Viu.lib.2.fideiussor eius. Controuertitur item & distinguitur apud Gabriel.lib.3. de fideiussoribus, conclus.3. Sexta exceptio est: Nisi tempore debitori prorogato, id ex quo agitur, eo tempore euenerit. Gabriel. d. conclus.3.nu.4. cum sequente. Septima exceptio est: Nisi alius fideiussor postea datus sit. Cuius replicatio est: Nisi inuito creditore datus sit. Vill.F.35. Octaua exceptio est: Nisi reus principalis non sit prius excussus. M.I.C. d.cap.1.quæst.6.reg.2. Accedit Gabriel.lib.3.de fideiussoribus, conclus.1.num.1. cum sequente. Huius replicatio prima est: Nisi reus principalis non sit soluendo. Vill. R. 60. Controuertitur apud Fichard. in addit.1.ad Villal. S. 73. Cuius duplicatio est: Nisi de hoc sententia iudicis non interuenerit. Vill.C.207. Altera replicatio est: Nisi aliter inter creditorem & fideiussorem conuenerit, vel fideiussor beneficio excussionis renunciauerit. M.I.C. d.reg. 2. except.2. Controuertitur apud Fichard. in addit.ad Vill. R. 22. Tertia replicatio est: Nisi fideiussor se obligauerit principaliter vt reus. Quæ replicatio controuertitur,

titur, magis tamen approbatur apud Viu.lib.1.testis idoneus potest esse fideiussor.ibi: interpretatur hoc. Quarta replicatio est: Nisi pater pro filio intercesserit. Viu.libr.1.pater interueniens. Hæc de octaua exceptione, cuius plures replicationes vide apud Gabriel.d.conclus.1.num.3. cum sequentibus, vsque ad finem. Nona exceptio est: Nisi damnum non culpa debitoris principalis, sed casu fortuito contigerit. Turz.opin.41. Decima exceptio est: Nisi cum plures essent fideiussores, vnus in solidum conueniatur. Hæc exceptio approbatur certo modo M.I.C. libr.21. cap.2. quæstio.1. reg.1. Huius replicatio est: Nisi is qui diuisionem petit, intercessionem negauerit, fueritque conuictus. M.I.C. d.reg. 1.except.5. Accedit Gabriel.lib.5.de acquir.possess.conclus.5. num.13. Vndecima exceptio est: Nisi mulier pro alio fideiusserit. De qua vide j.reg.3.

II. Regula: Fideiussor aduersus eum pro quo intercessit, mandati habet actionem, vt indemnis præstetur. M.I.C.lib. 21.cap.3.quæst.1.reg.13. & M.I.P. libr.5. cap.7. reg.30. Cuius exceptio prima est: Nisi fideiussor nondum soluerit pro reo. M.I.C. d.reg.1. except.1. & M.I.P. d.reg.30. except.1. Huius replicatio prima est: Nisi diu durauerit obligatio. l. Lucius. 38.in fine.ff.mandati. M.I.C. d.except.1.replic.1. Accedit Vill. F.36. cum addit: Declaratur hæc replicatio definitione vocabuli Diu.d.addit. Altera replicatio est: Nisi creditor confessus sit, debitum se à fideiussore accepisse. Villal. F.37. cum addit. Fichar. Viu.lib.1. fideiussor potest vbi controuertitur, magis tamen approbatur. item Viu. libr.2. fideiussor repetens. Huius duplicatiooes remissiuè vide apud Fichard. in d.addit.ad Vill.F.37. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum fideiussor exceptione aliqua se tueri posset, nihilominus soluit. M.I.C. d.reg. 1.exceptio.7. Cuius replicatio prima est: Nisi à magistratu coactus fideiussor soluit. Viu.libr. 2.captus, num.2.cum sequente. Altera exceptio est: Nisi fideiussor exceptionem pacti nudi, quam habuit, noluit opponere. Viu.lib.2.pactum nudum, num.5.

III. Regula: Mulier quæ pro alio intercessit, vel res suas obligauit, exceptione S.C.Velleiani defenditur. M.I.C.libr. 21.cap.5.quæst.3.causa 1.cum sequentibus. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi dotem pro alia mulier promiserit, vel res suas pro alia dotis causa obligauerit. M.I.C. d.quæst.3.

except.4.

except.4. Accedit Vill.M. 138. Altera exceptio est: Nisi mulier exceptioni S.C. Velleiani renunciauerit. M.I.C. d.quęst. 3. exceptio.22. Huius replicatio prima est: Nisi renuncians non fuerit certiorata de iure suo. Vill.M.97. Viu.lib.1. mulier iuuatur. in princ. Huius duplicatio est: Nisi iuramento interueniente renunciauit. Quæ duplicatio est controuersa apud Gabriel.lib.2.de iureiurando, conclus.3. Altera replicatio est: Nisi notarius ignorauit quid sit S.C. Velleianum. Viu.d.mulier iuuatur.ibi: hoc tamen non procedit. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi iuramento interueniente mulier pro alio intercessit. Turz.opin.132.num.2. Huius replicatio est: Nisi iurans non fuerit certiorata de priuilegio suo. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel.d.conclus.3.

## QVOD CVM EO QVI IN aliena potestate est, negocium gestum esse dicetur.

IIII. Regula: Pater filij nomine non nisi quatenus in peculio filij est, conueniri potest. M. I. C. libro 21. cap. 6. quæst.2.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi cum ex statuto pater sciens filium negociari ex contractu eius in solidum obligaretur, cum negociari expressè non prohibuerit. Viu.libr.1. statutum Florentinum.

V. Regula: Si quis aliquem tabernæ aut cuilibet alij negociationi præposuit: quod cum eo eius rei causa contractum est, eo nomine aduersus præponentem dominum Institoria competit actio. M.I.C. lib.21.cap.8.quæst.3.reg.1. Sed etsi pater filium non præposuit, sed sciens eum negociari passus est: ex speciali statuto loci in solidum ex contractu filij potest obligari. Viu.d.statutum Florentinum. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi alterius rei gratia, vel alio modo quàm cui præpositus est, cum institore sit contractum. M.I.C. d.reg.1.except.8. Accedit Viu.d.statutum Florentinum.ibi: interpretatur primò, Altera exceptio, sumpta ex loco quo contractum est, reprobatur M.I.C. d. reg.1. except.10. Admittitur tamen, si cum pater ex contractu filij propter scientiam ex speciali statuto obligaretur, filius extra territorium istius statuti contraxerit. Viu. d. statutum Florentinum.ibi: interpretatur secundò.

# DE OBLIGATIONIBVS ex delicto descendentibus.

## CAP. X.

PRima regula: Iudicia ex delicto descendentia partim publica sunt, parim priuata. Iul. Clar. libr. 5. sentent. §. 1. versi. 1. Declaratur hæc diuisio definitione ac enumeratione publicorum & priuatorum iudiciorum ex delicto descedentium, d. versi. 1. vsque ad versi. 6. Tandem hæc diuisio dicitur sublata iure Pontificio, quo omnia delicta sunt publica: item immutatur locorũ statutis & consuetudinibus, d. vers. 6.

II. Regula: Similis diuisio est, qua actiones ex delicto descendentes diuiduntur in ciuiles & criminales. Quæ diuisio declaratur apud Iul. Clar. §. fin. q. 1. & Vill. C. 25.

III. Regula: Diuiduntur item delicta in ecclesiastica, ciuilia, & mixta, siue communia, Iul. Clar. d. §. 1. versi. 7. & §. fin. quæst. 37. in prin. Quæ diuisio declaratur apud Villal. C. 124. in addit. item declaratur per ea quæ habentur s̃. libr. 2. cap. 2. quæst. 2. except. 24.

IIII. Regula: Diuiduntur item delicta in nominata & non nominata, Iul. Clar. d. §. 1. versi. 8.

V. Regula: Diuiduntur item delicta in leuia, grauia seu atrocia, & atrocissima, Iul. Clar. d. §. 1. versi. 9. Inter grauia autem delicta an connumeretur furtum, differit Iul. Clar. in §. furtum. versi. 6.

VI. Regula: Comicium an sit maleficium, controuertitur apud Iul. Clar. d. §. 1. versic. 11.

VII. Regula: Contumacia non est delictum. Iul. Clar. d. §. 1. versi. 12.

VIII. Regula: Ex delicto regulariter datur actio pœnalis. M.I.C. lib. 22. cap. 1. quæst. 1. in princ. Cuius regulæ exceptio est: Nisi & actor pari delicto reum affecerit: hoc enim casu paria delicta mutua compensatione tolluntur. M.I.C. d. quæst. 2. except. 1. Accedit Vill. C. 109. vbi replicationes huius exceptionis subiiciuntur.

IX. Regula: Ex delicto vnius aduersus alium non datur actio. M.I.C. d. cap. 1. quæstio. 3. reg 2. Cuius exceptio prima videtur: Nisi filiusfamiliâs deliquerit: hoc enim casu aduersus patrem actio danda videtur. Sed reprobatur hęc exceptio M.I.C. d. reg. 2. excep. 1. Admittitur, si filius occasione

patris

patris & eo ſciente deliquerit. Iul. Clar. §. fi. q. 86. verſi. ſecundò infertur, in fine. Aliam diſtinctionem, qua exceptio propoſita admittitur, vide ſ. cap 1. reg. 15. except. 3. Altera exceptio videtur in delicto procuratoris, ex quo dominus teneri videtur. Sed hæc exceptio reprobatur apud Vill. P. 321. Plura de regula propoſita vide ſ. d. reg 15.

X. Regula; Si plures aduerſus vnum deliquerint, omnes in ſolidum tenentur. Iul. Clar. §. fin. q. 84. verſi. vlt.

## DE FVRTIS.

XI. Regula: Furtum definitur M.I.C. lib. 22. cap. 2. quæſt. 1. Accedit Iul. Clar. in §. furtum. verſi. 1.

XII. Regula: Furtum diuiditur M.I.C. d. cap. 2. quæſt. 3. Accedit Clar. d. §. furtum. verſ. 2.

XIII. Regula, Furtum committit, qui ſciens ludit cum eo qui rerum adminiſtrationem liberam non habet. Viu. libro 2. ludum, num. 11.

XIIII. Regula, Ex furto regulariter furti competit actio. M.I.C. d. cap. 2. de furti actione, q. 2. cauſa 1. Cuius exceptio prima eſt: Niſi ſeruus domino, vel filiusfamiliâs patri furtum fecerit. M.I.C. d. quæſt. 2. except. gener. 1. Quæ exceptio hodie in vſu eſſe deſiit, præſertim quoad famulos & ancillas. Iul. Clar. d. §. furtum. verſ. 22. Altera exceptio eſt: Niſi rem minimam furatus ſit. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Iul. Clar. d. §. furtum. verſ. 23. Tertia exceptio eſt: Niſi cum quis à debitore ſuum conſequi non poſſet, rem eius ſit furatus. Viu lib. 2. furans, num. 4. cum ſequente. Iul. Clar. d. §. furtum. Verſ. 20. Quarta exceptio eſt: Niſi non inuito, ſed volente domino quis rem eius contractauerit. M.I.C. d. q. 2. except. 20. Accedit Iul. Clar. d. §. furtum. verſ. 21. in prin. Quinta exceptio eſt: Niſi fur proteſtatus ſit, quòd rem voluntate domini ſurripiat. Quæ exceptio eſt controuerſa apud Iul. Clar. d. verſ. 21. Sexta exceptio eſt; Niſi ob neceſſitatem famis extremam ea furatus ſit, quæ ad victum & veſtitum attinent. Viu. lib. 2. furans, num. 1. cum ſequente. Iul. Clar. in §. furtum. verſ. 24. Declaratur definitione extremæ neceſſitatis apud Viu. d. num. 2. ibi: & aduerte quod. Huius replicatio eſt: Niſi fur ad pinguiorem fortunam rediens ablata non reſtituerit, vel æſtimationem eorum non ſoluerit. Viu. d. furans, num. 3. Controuertitur apud Iul. Clal. in §. furtum. verſ. 25. Septima exceptio eſt: Niſi meretrici furtum

factum.

factum sit. Viu.d.furans,num.6.Octaua exceptio est:Nisi ei furtum factum sit, apud quem in alea lusum est. M.I.C.d.q. 2.except.31. Accedit Viu.d.furans. nu.7. Plures exceptiones remissiuè vide apud Viu.d.num.7.in fine.

XV. Regula,De probatione furti.Per quę probetur.disserit Iul.Clar.in §. fin.quæst.66.in prin. ibi : potest etiam.

XVI. Regula, Si res furtiua penes aliquem inuenta sit: hoc ipso furtum probatur.Quę regula approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. in §.furtum. vers.5.& §. fin. quæst. 21. vers.sed res furata.

XVII. Regula,Furti actione tenetur etiam is qui sciens rem furtiuam suscipit ac celat. M.I.C.lib.22.cap.4.excep.15. Accedit Iul.Clar.in §.fin.quæst.90.vers.vlt.

XVIII. Regula, Furti etiam actione tenetur qui rem furtiuam cum fure diuiserit. Iul. Clar.d.§.fin.quæst.68.vers. diuidentes.9.

XIX. Regula, Furti manifesti pœna quadruplum est: nec manifesti, duplum. M.I.C.lib.22.ca.5.reg.1.Accedit Viu. lib.2,furta,num.1.ibi:siquidem contra.Iul.Clar.in §.furtum, vers. 16. vbi additur, hanc pœnam in desuetudinem abiisse, & contra conscientiam esse. Cui accedit etiam Viu. d. furta,num.2.cum sequente.

XX. Regula, Res furtiua non venit in actionem furti. M.I.C.d.cap.5.reg.3. Contradicit Viu.d.num.1.ibi: ideóque si aliquem.

XXI. Regula, Etiam criminaliter de furto agi potest. M.I.C.d.cap.5.reg.20.Accedit Viu.d.num.1.

XXII. Regula, Hodie furtum vltimo supplicio punitur.M.I.C.d.ca.5.reg.22. Accedit Iul.Clar.in §.furtum.vers. 7. cum duobus sequentibus. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vnum tantùm aut duo, non tria furta commiserit reus. Fichard.in addit. 2.ad Vill.P. 68.Iul. Clar.in §.furtum. vers.8. Huius replicatio prima est:Nisi magnum sit furtum primum. Quæ replicatio est controuersa d. addit.2.& apud Iul.Clar.d.§.furtum.vers.9. Altera replicatio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. Iul. Clar.d.vers.8. Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi cùm statuto pro tribus furtis pœna vltimi supplicij cõstituta esset,duo furta extra territorium commiserit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Iul.Clar.d.§.furtum.vers.10.Tertia exceptio est: Nisi pro aliis duobus furtis antea fuerit punitus.

Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar. d. §. furtum. vers. 12. Quarta exceptio est: Nisi pro duobus furtis antea commissis per gratiam principis fuerit absolutus. Quæ exceptio reprobatur apud Iul. Clar. d. §. furtum. vers. 13. Quinta exceptio est: Nisi tria furta non sint distincta tempore. Iul. Clar. d. §. furtum. vers. 4.

XXIII. Regula, Adfine remedium actionis furti est, perquisitio rei surreptæ apud furem vel alium. Quæ regula controuertitur apud Iul. Clar. in §. furtum. vers. 3.

XXIIII. Regula, Adfine item remedium est furti actionis, vindicatio rei furtiuæ. M. I. C. lib. 22. cap. 6. in fine, reg. 1. Accedit Iul. Clar. d. §. furtum. vers. 26. in prin. Cuius exceptio est: Nisi res bona fide sit consumpta. Iul. Clar. d. vers. 26. ibi: scias tamen.

XXV. Regula, Sed & licet domino propria authoritate rem furtiuam auferre. Vill. R. 65. in addit. §. & nota dictum.

XXVI. Regula, Condictio quoque furtiua adfine remedium est furti actionis. M. I. C. lib. 22. ca. 7. quæst. 1. causa 1. Cuius exceptio videtur: Nisi res perierit. Quæ tamen exceptio reprobatur M. I. C. d. quæst. 1. except. 9. Accedit Viu. libro 2. furta, num. 4.

XXVII. Regula, In condictione furtiua iuratur in litem. Iul. Clar. in §. furtum. vers. 18.

## DE ACTIONE LEGIS Aquiliæ.

XXVIII. Regula, Damno alicui dato, competit actio legis Aquiliæ. M. I. C. lib. 22. cap. 9. q. 3. causa 1. & M. I. P. lib. 5. cap. 8. reg. 15. Cuius species est, si quis domum vel villam alienam incenderit. M. I. C. d. q. 3. causa 24 & M. I. P. d. cap. 8. reg. 16. Cui accedit Turz. opin. 185. num. 1. 2. & 4. item 10. & 16. cum tribus sequentibus. Vill. I. 21. in addit. 1. De qua specie vide item J. reg. 66. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi arcendi incendij gratia vicinas ædes intercidit. M. I. C. d. cap. 9. quæst. 4. except. 17. Accedit Turz. d. opin. 185. num. 5. vbi etiam replicatur. Altera exceptio est: Nisi sine dolo malo rei conuenti damnum datum sit. M. I. C. d. q. 4. except. 18. Cuius replicatio est: Nisi reus in culpa fuerit. M. I. C. d. except. 18. repl. 1. Huius duplicatio videtur: Nisi leuissima culpa fuerit. Quæ tamen duplicatio reprobatur d. replic. 1. dupl. 1. Accedit Iul. Clar. in §. fin. q. 62. vers. vnum autem. vbi

admittitur quoad forum conscientiæ. Tertia exceptio est: Nisi delictum remissum sit. Cuius replicatio est: Nisi princeps, non is cui damnum datum est, remiserit. Gabriel. lib. 3. de iure quęsito, conclus. 2. num. 6.

XXIX. Regula, Ex damno dato aduersus hæredes dantis non datur actio. M.I.C. lib. 22. c. 10. q. 2. reg. 1. Accedit Vill. H. 2. in addit. in prin. Hæc regula mutata est iure canonico, Villal. d. H. 2. cum addit. Cuius mutationis exceptio prima est: Nisi in defuncto non apparuerint signa contritionis. d. addit. ibi: secus tamen. Altera exceptio est: Nisi hæreditas non sit soluendo. Vill. H. 3.

XXX. Regula, Si ratione alterius damnum datum sit: is quoq; cuius ratione damnum datum est, tenetur. l. si merces 25. §. culpæ. ff. locati. Accedit Vill. D. 12. cum addit.

XXXI. Regula, Pœna statuti imposita percutienti vel vulneranti aliquem non augetur, quamuis vno ictu duo vel plura vulnera infligantur. Viu. libro 1. statutum imponens pœnam.

## DE INIVRIARVM ACTIONE.

XXXII. Regula, Si alicui iniuria facta sit, iniuriarum actio datur. M. I. C. lib. 22. cap. 11. q. 3. causa 1. & M.I.P. lib. 5. cap. 8. reg. 22. Declaratur regula proposita diuisione iniuriæ d. causa 1. diuis. 1. Accedit Iul. Clar. in §. iniuria. vers. 1. vbi iniuriarum plura genera congeruntur.

XXXIII. Regula, Si quis pulsatus verberatúsve sit, iniuriarum actio datur. M. I. C. d. q. 3. causa 2. Declaratur regula hæc definitione verbi Verberare M. I. C. d. causa 2. in fine. Sed & differentia inter Verberare & Pulsare habetur apud Iul. Clar. d. vers. 1. in fine.

XXXIIII. Regula, Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, &c. punitur. M. I. C. d. quæst. 3. causa 28. Accedit Iul. Clar. in §. fin. quæst. 83. vers. item puniendi. 9.

XXXV. Regula, Si alicui conuicium factum sit, iniuriarum actio nascitur. M.I.C. d. quæst. 1. causa 30. Declaratur definitione conuicij M. I. C. d. causa 30. An autem conuicium sit maleficium, controuertitur apud Iul. Clar. libro 5. sentent. §. 1. vers. 11.

XXXVI. Regula, Si quis alicui dixerit, Tu mentiris, iniuriarum actione tenetur. Vill. A. 27. Viu. lib. 2. actione iniuriarum. Cuius exceptio videtur: Nisi addiderit verba hæc.

Saluo honore tuo. Quæ tamen exceptio reprobatur per ea quæ habentur paulo inferius except.gener.2.

XXXVII. Regula, Si gratia concedi solita petenti denegetur, iniuria est. Quæ regula controuertitur apud Gabriel.lib.2.de iure emphyteutico,conclus.1.num.2.

XXXVIII. Regula, Si quis venandi causa in agrum meum ingrediatur me inuito, iniuriarum actio datur. Iul. Clar.in §. iniuria.vers.2.

## EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM regularum generales.

Quæ de iniuriarum actione hucusq; proposita sunt, eorum exceptiones aliquot restāt communes, quarum prima hæc est: Nisi non iniuriandi animo dictum vel factum sit. M.I.C.d. cap.11.q.4.except.1. Cuius replicatio est: Nisi exceptio hæc non probetur. Iul.Clar.in §. iniuria.vers.12. Altera exceptio est: Nisi in ipso actu protestatus fuerit, se non iniuriandi animo dicere vel facere. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.lib.2.actione iniuriarum,num.1.cum sequente. & Iul. Clar. in §. iniuria.vers.sed pone.13.in cuius fine additur distinctio, qua exceptio proposita potest admitti. Tertia exceptio est: Nisi prouocatus, & sic sui defendendi causa dixerit. Quæ exceptio controuertitur apud Viu. d. actione iniuriarum, num. 3.& 5. Reprobatur apud Viu. A.27.& Iul. Clar. d. §. iniuria. versic. quæro etiam. 14. vbi additur, mitius ex hac causa reum puniri. Quarta exceptio est: Nisi calore iracundiæ fecerit, & statim pœnituerit. Quæ exceptio est cōtrouersa apud Iul.Clar.d.§.iniuria.vers.vlt. Quinta exceptio est: Nisi nocentem infamauit, & verum dixit. M.I.C.d.quæst.4.except.12. Accedit Vill.A.28.in addit.cum duobus sequentibus. Viu.lib.2.actione iniuriarum,num.4. Iul. Clar. in §. iniuria.vers.item quæro.15. Huius replicatio est: Nisi reipublicę nihil intersit.l.iustissimos.3.ibi:nam si verę.C.de officio Rectoris prouincię.l.quisquis.6.C.de postulando. Accedit Vill.A.27.Fichard.in addit. 2.ad Villal. I, 36. Iul.Clar.d.vers.item quęro Roman.cons.96.num. 4.cum sequente.Boer.cons.4. Felyn.in c.cum eo. extr.de re iudicata. Grauetta cons. 145. in prin. Ioan. Andr.in addit.ad Speculat. tit.de iniuriis.Host.in Summa eod.titu. Panorm.& alij in d. c.cum eo. Huius replicationis duplicatio est: Nisi per exceptionem crimē obiiciatur: hoc enim casu quamuis Reipub.

nihil intersit, iniuriarum tamen actio non est. Viu. lib. 1. testium criminosorũ. vers. vlt. Sexta exceptio est: Nisi Reipub. intersit crimen notum esse. Villal. A. 28. Cuius replicatio est: Nisi crimen non probetur. Iul. Clar. d. vers. item quæro. 15. ibi: scias tamen. Septima exceptio est: Nisi eum quem occidere potuit, iniuria affecerit. l. nec in ea. 22. §. sed qui occidere. ff. ad l. Iul. de adulteriis. Accedit Viu. lib. 1. statutũ disponens quòd bannitus possit, num. 10. Octaua exceptio est: Nisi volenti & consentienti factum sit. M. I. C. d. quæst. 4. except. 21. Accedit Viu. lib. 1. mulier omni, nu. 9. & Mulier ad secundas, nu. 8 Nona exceptio est: Nisi iniuria remissa sit. M. I. C. d. quæst. 4. except. 34. Cuius replicatio prima est: Nisi alius quàm actor iniuriam remiserit. M. I. C. d. except. 34. replic. 1. Cuius exempla vide J. repl 4. cum sequentibus. Planè huius duplicatio est: Nisi cùm filio iniuria facta esset, pater eam remiserit. M. I. C. d. repl. 1. dupl. 1. Accedit Viu. lib. 2. pater potest. Iul. Clar. in §. fin. q. 58. vers. quæro nunquid. Huius triplicatio est in persona matris, cui pater remittendo iniuriam filio factam non præiudicat. Viu, d. pater potest. ibi: sed aduerte. Altera replicatio est: Nisi in foro tantùm conscientiæ remiserit. Iul. Clar. in §. iniuria. vers. 11. & §. fin. q. 58. vers. sed in proposito. 39. Soarez A. 29. Tertia replicatio est: Nisi ad damnum & interesse agatur: hæc enim actio iniuria remissa non videtur sublata. Fichard. in addit. 1. ad Vill. I. 36. Viu. lib. 2. iniuriam. Iul. Clar. in §. iniuria. vers. 11. & §. fin. quæst. 58. vers. quæro modo. 38. Quarta replicatio est: Nisi prælatus iniuriam Ecclesiæ factam remiserit. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Iul. Clar. d. quęst. 58. vers. præterea quæro. Quinta replicatio est: Nisi blasphemia sine prælato remissa sit. Iul. Clar. d. quæst. 58. versic. sed quid dicendum, in prin. Sexta replicatio est: Nisi cum monachus interfectus esset, relicto filio legitimo, monasterium iniuriam istam remiserit, non filius: vel contrà. Quæ replicatio est controuersa. d. q. 58. vers. vlterius quæro. Septima replicatio est: Nisi filius spurius iniuriã remiserit. Quę replicatio est controuersa d. q. 58. vers. scias autem. Octaua replicatio est: Nisi tutor in causa pupilli iniuriam remiserit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur d. q. 58. vers. quæro an tutor. Nona replicatio est: Nisi procurator sine speciali mandato remiserit. d. q. 58. vers. sed an procurator. Decima replicatio est: Nisi homicidium ab occiso fuerit remissum. Quę replicatio

est controuersa d.q.58.vers.quæro pone, cum vers.sequente. Vndecima replicatio est: Nisi vxore à marito occisa, vel contrà, liberi communes hoc remiserint. Quæ replicatio est controuersa d. q. 58. vers. contingit. Duodecima replicatio videtur: Nisi filius qui non est hæres defuncti, iniuriam ei factam remiserit. Quæ replicatio reprobatur d. q. 58. vers. quæro nunc. Decimatertia replicatio est: Nisi cum pluribus competeret actio, non omnes eam remiserint. Quæ replicatio est controuersa d.q.58.ver.frequenter. Huius duplicatio est: Nisi fœminæ quæ inter eos sunt, non remiserint. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur d.q. 58.vers. sed quid si inter. Decimaquarta replicatio est: Nisi Senatus remiserit, absentibus & non consentientibus iis quorum interest. d. q. 58. vers. sed quid si nullus. & q.59. vers.adde. ibi: quinimò. vbi tamen exempla in contrarium enumerantur. Planè huius duplicatio prima videtur: Nisi reus absentibus soluerit damnum & interesse. Quæ tamen reprobatur d. q. 58.vers.adde. Altera duplicatio videtur: Nisi ei remiserit Senatus, qui ob auxilium homicidio præstitum fuerat damnatus. Sed reprobatur d.q.58. vers. & aduerte. Decimaquinta replicatio est: Nisi remissio à senatu facta non probetur publico instrumento. Quæ replicatio approbatur & distinguitur d.q.58.vers.scias etiam. Decimasexta replicatio est: Nisi coactus ab officiali remiserit. d.q.58.ver.vlt. Decimaseptima replicatio est: Nisi absenti remissa sit iniuria. Quæ replicatio est controuersa d.q.58.vers.dictum est. Plures huiusmodi replicationes vide S.lib.1.c.7.exce.33. Hæc de nona exceptione. Decima exceptio est: Nisi post iniuriam factam actor cum reo fuerit conuersatus. Iul. Clar.in §.iniuria. vers.10. Vndecima exceptio est: Nisi iniuriarum actio intra annum in iudicium deducta non sit. M.I.C. d.q.4.except.35. Accedit Iul. Clar.in §.iniuria.vers.9.in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi ciuiliter de iniuria agatur: tunc enim perpetua est actio. Vill. A. 26. Iul. Clar.d.vers.9.ibi: hoc tamen. Controuertitur tamen apud Fichard. in addit. ad d. A. 26. Huius exemplum est actio ad recantationem; quæ ciuilis est, non criminalis. Fichard. in addit. ad Villal. A. 30. Duplicatur in actione iniuriarum prætoria; Villal. A.26. in addit.1. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi actor agendi potestatem non habuerit. Iul. Clar.d.vers.9.in fine.

XXXIX. Regula, Si vxor iniuria sit affecta, marito quoque

quoque eius datur iniuriarum actio.M.I.C.lib.22.cap.12.q. 1.reg.8.Accedit Iul.Clar.in §.iniuria.vers.3.

XL. Regula, Pœna iniuriæ hodie æstimatur ab actore, & permittitur arbitrio iudicis decernenda. M.I.C. lib. 22. c.13. reg.2. Accedit Iul.Clar.d.§.iniuria.vers.6.cum sequente.

XLI. Regula, Atrox iniuria vnde æstimanda, definitur M.I.C. d.cap.13. reg.4. Cuius exceptio est: Nisi statuto certa pœna iniuriæ sit imposita: tunc enim cessat ista æstimatio. Viu.lib.1.statutum imponens pœnam.

XLII. Regula, Si ex loco iniuriæ statutum pœnam auxerit, puta si in domo potestatis aliquem percusserit: obtinet ista pœna, etiamsi in confinibus eius domus aliquem percusserit. Iul.Clar.§.fin.q.82.statuto 9.ver.hoc statutum.2.

XLIII. Regula, Si statutum pœnam auxerit delinquenti de nocte, item auxerit delinquenti in tali platea: si quis de nocte in tali platea deliquerit, non augetur ex hoc dupliciter pœna. Iul. Clar.d.statuto 9. vers. pone stat.3. Declaratur definitione noctis d.statut.9 vers.quæro quomodo.4.

XLIIII. Regula, Si officiali iniuriam fecerit, capite punitur. M.I.C.d.cap.13.reg.10. Accedit Iul.Cla.§.fin. quæst. 68.vers. iniuriam. 21.

XLV. Regula: Si quis libellum famosum inuentum manifestauerit, capite punitur. M.I.C.d. cap. 8. reg. 21. Accedit Iul. Clar. d.q.68.vers. libelli famosi.25.in fine.

XLVI. Regula: Si quis libellum famosum conscripserit, capite punitur. Iul.Clar.d.vers. libelli famosi.25. vbi additur hodie pœnam esse arbitrariam.

XLVII. Regula: In actione iniuriarum actor annum, mensem & locum iniuriæ designare debet. M.I.C.d. cap. 13. q.3.reg.1.Accedit Iul.Clar.in §. iniuria.vers.5.

XLVIII. Regula: Sufficit actori exprimere summam qua iniuriam æstimat, salua taxatione iudicis: nec opus habet iuramentum de æstimatione præstare, nisi post taxationem à iudice factam. Iul.Clar.d.§.iniuria vers. 6.

XLIX. Regula: Damnatus actione iniuriarum fit infamis. M.I.C.d.cap.13.q.4 reg.1. Cuius exceptio est: Nisi iniuria non fuerit atrox. Quæ exceptio approbatur M. I. P. d. cap.8.reg.26. except.1. Sed est controuersa apud Iul.Clar.in §.iniuria. vers.8.

L. Regula: Tam ciuiliter quàm criminaliter iniuriarum

agi poteſt,M.I.C.d.cap.13.quæſt.5.reg.1.Accedit Iul.Clar.in §. iniuria.ver.4. Actio autem ad recantationem ciuilis eſt,non criminalis.De quo vide ſ.reg.38.except.11.repl.1.

## DE ACTIONE EX L. diffamari.

L I. Regula, Actionis iniuriarum adfine remedium eſt actio ex l.diffamari: quæ quo iure ſubſiſtat, & ex qua cauſa detur, differit Gabriel lib.2.de actionibus,concluſ.6.in prin. vbi etiam eius ſubiiciuntur exceptiones.

L II. Regula, Actio l.diffamari, competit apud iudicem diffamati, non diffamantis. Fichard.in addit.vlt.ad Villal.L. 100. Gabriel. d. concluſ. 6. num. 41. Ratio huius regulæ eſt controuerſa apud Gabriel.d.concl.6.nu.42.cum ſequentib.

## DE ACTIONE, SI FAMILIA furtum feciſſe dicatur.

L III. Regula, Si familia furtum fecerit,vel damnum dederit: dominus tantum præſtando, quantum, ſi vnus liber homo deliquiſſet, præſtaretur, exceptione tutus eſt. M.I.C. lib.23.cap.3.q.1.in prin. Cuius replicatio eſt: Niſi criminaliter,non ciuiliter agatur.Iul.Clar.in §.furtum.verſ.vlt.

## DE SACRILEGIO.

L IIII. Regula, Definitur ſacrilegium M.I.C.lib.23.cap. 7.de ſacrilegij crimine, q.1.cauſa 1. Accedit Iul. Clar.in §.ſacrilegium.verſ.1.Huius exceptio prima eſt: Niſi rem priuatam è loco ſacro ſurripuerit: hoc enim ſacrilegium non eſt. M.I.C. d.cauſa 1.except.2. Hæc exceptio iure Pontificio reprobatur M.I.P.d.cap.8.reg.31.excep.1.Cui accedit Iul.Clar. d.verſ.1.in fine.Admittitur tamē,ſi ex ſtatuto laicorum agatur. Iul. Clar. d. §. ſacrilegium. verſ. 4. Altera exceptio eſt: Niſi ſacrum è loco priuato ſurripiatur. Quæ exceptio videtur controuerſa M.I.P. d.reg.31.except. 2. Reprobatur apud Iul. Clar. d.verſ.1.in fine. Admittitur, ſi ex ſtatuto laicorum agatur.Iul.Clar.d.verſ.4.

L V. Regula, Sacrilegium extra ordinem punitur. M.I.C. d.cap.7.de ſacrilegij crimine,q.3.reg.1.Accedit Iul.Clar.in §. ſacrilegium.verſ.3.ibi:ſed quæro.

L VI. Regula, Etiam capite punitur ſacrilegium. M.I.C. d.quæſt.3.reg.2. Quæ pœna dicitur conſuetudine approbari apud Iul.Clar.d.verſ.ſed quæro.ibi:dicit autem.

ARBO-

## ARBORVM FVRTIM caesarum.

LVII. Regula: Arborum furtim caesarum delictū etiam criminaliter in iudicium deduci potest, & latrocinij poena punitur. M. I. C. lib. 23. cap. 12. quaest. 6. reg. 4. Accedit Iul. Clar. §. fin. quaest. 68. vers. vastatores. 43. vbi additur, quòd hodie sit poena arbitraria.

## DE CRIMINE STELlionatus.

LVIII. Regula: Crimen stellionatus committitur, si quis rem alij obligatam dessimulata obligatione alij distraxerit, permutauerit, vel in solutum dederit. M. I. C. lib. 23. cap. 18. q. 2. causa 1. Accedit Iul. Clar. in §. falsum. vers. 19.

LIX. Regula: Crimen stellionatus committitur, si quis imposturam fecerit, vel in necem alterius colluserit. M. I. C. d. quaest. 2. causa 7. Accedit Iul. Clar. §. fin. q. 83. vers. si quis imposturam. 4.

LX. Regula: Stellionatus iudicij adfine remedium est falsi accusatio, si quis eandem rem diuersis contractibus in solidum, dissimulata obligatione, duobus obligauerit. M. I. C. d. cap. 18. q. 5. reg. 2. Accedit Iul. Clar. d. vers. 29.

LXI. Regula: Iudicij stellionatus adfine remedium est titulus de extraordinariis criminibus. Iul. Clar. d. q. 83. vers. 3.

## DE EXTRAORDINARIIS criminibus.

LXII. Regula: Si quis per vim osculatus sit mulierem, extra ordinem punitur. Iul. Clar. d. quaest. 83. vers. osculum. 6.

LXIII. Regula: Si quis id egerit, quo leues hominum animi superstitione numinis terreantur. M. I. C. lib. 23. cap. 19. reg. 2. Accedit Iul. Clar. d. q. 83. vers. puniuntur. 8.

LXIIII. Regula: De lusu prohibito vide s. lib. 3. cap. 10. reg. 65. cum duabus sequentibus.

LXV. Regula: De infantibus expositis cauetur M. I. C. d. cap. 19. reg. 11. & M. I. P. lib. 5. cap. 8. reg. 50. Accedit Iul. Clar. d. quaest. 83. vers. partum. 7. De qua re vide item s. lib. 1. cap. 13. de homicidio, reg. 9.

LXVI. Regula: Incendiarij vltimo supplicio puniuntur. M. I. C. d. cap. 19. reg. 12. & M. I. P. d. cap. 8. reg. 51. Accedit Iul. Clar. d. q. 68. vers. incendiarij. 20. cum vers. sequente. Huius excep. prima est: Nisi culpa, non dolo factum sit incendium:

tunc enim mitior est pœna. M.I.C.d. reg.12. except.1. Accedit Iul.Clar.d.q.68. vers.item illi qui. ibi : hæc autem pœna. Altera exceptio est : Nisi non ædificium intra oppidum, sed casa aut villa exusta sit.M.I.C.d.reg.12.excep.2. Accedit Iul. Clar. d. vers. item illi qui. ibi : si quis verò.

LXVII.Regula:De armis nemini permittendis vide s. lib.1. cap.13. de vi publica,reg. 2. cum sequentibus.

LXVIII. Regula : Si quis admotis schalis noctu ascenderit domum alienam. Iul. Clar. d.q.68. vers. ascendens. 4.

LXIX. Regula : Si quis seipsum castrauerit. Iul. Clar. d. quæst. 68. vers. castrans. 7.

LXX.Regula:Si quis seipsum occidere voluerit. Iul.Cla. de.68. vers. seipsum occidere. 37.

## *DE EXCEPTIONIBVS TAM in genere, quàm in specie.*

## *CAP. XI.*

HActenus de causis iuris acquirendi est dictum:nunc de causis iuris retinendi, cuius generis sunt exceptiones, erit dicendum.

I. Regula : Species exceptionis est præscriptio, quæ definitur apud Vill.P.197.

II. Regula : Differentia exceptionis & defensionis est, quòd illa sit actionis exclusio, hæc intentionis repulsio. Vill. E. 107.

III. Regula : Causarum genera, ex quibus exceptiones competunt, enumerantur M.I.C. lib. 24. cap. 1.q.6. & M.I.P. lib.5.cap.9.reg.1.Sed & causæ exceptionū sunt circumstantiæ quæ ius variant: puta personæ, res, causa, locus, tempus, modus,&c.de qua re copiosius in dialectica mea disserui.Ex personis desumitur exceptio suorum & emancipatorum: quæ tamen exceptio hodie dicitur esse sublata apud Villal. S.159. Planè aduersus causas exceptionum notandæ sunt aliquot replicationes generales, quarum prima hæc est: Nisi cum ex persona exceptio sumitur, opinione communi pro habili sit reputatus is qui reuera est inhabilis, & causam exceptioni præstat. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel.lib.1. de probationibus, conlus.8. Altera replicatio generalis est : Nisi conuenerit ne except. obiiceretur,

obiiceretur, vel exceptionibus sit renunciatum. M.I.C. d. quæst.6.except.1.Cuius duplicatio est: Nisi exceptiones quibus renunciatum est, nominatim non sint expressæ in renũciando. M.I.C.d.except.1.replic.1. Huius triplicatio est: Nisi iuramento facta sit renunciatio. Quæ triplicatio est controuersa apud Gabriel.lib.2. de iureiurando, conclus.4. Tertia replicatio generalis est: Nisi reus primùm negans factum ex quo agitur, de mendacio fuerit conuictus: tunc enim exceptiones postea ei denegantur, exemplo Instit.de fideicommis.hæredit.§.fina.in fine. Aliud exemplum est s̃.lib.2. cap.9.reg.8. Aliud j̃.reg.13. replic.2. Accedit Turz. opin.174. Gabriel.lib.5.de acquir.posses.conclu.5.num.4. cum sequente, vsque ad num.16. item num.21. Contradicit tamen replicationi propositæ Turz.reg.23.& 25. Gabriel.lib.2.de actionibus, conclus.1.num.11.ibi: hinc infertur. Ex quibus patet, replicationem propositam esse controuersam, exceptis iis casibus, in quibus nominatim legibus inuenitur approbata. Quarta replicatio videtur: Nisi in instrumento contractus, vel alterius negocij, ex quo agitur, contineatur licitè esse gestum. Quæ replicatio reprobatur apud Turz.reg.28. in princ. Quinta replicatio est: Nisi exceptio in iudicio non fuerit opposita. M.I.C. lib.2.cap.29.except.28. Accedit Viu. lib.1.exceptiones omnes. Turz.reg.78. Vill.P.3.6.& R.33. Huius duplicatio prima est: Nisi ipso iure non valeat quod est gestum: hoc enim casu etiam non opposita exceptione pro ea potest iudicari. M.I.C. lib.15.cap.16. replic.14.dupl.1. Huius exemplum est, si cum lex vel statutum aliquid mandasset certo modo fieri, adiecta sit hæc clausula, Si aliter factum fuerit, quòd non valeat. Quod tamen exemplum est controuersum apud Turz.opin.184. Aliud exemplum est in processu facto coram persona inhabili, qui est ipso iure nullus. Vill. N.45.in addit.2.& P.319. Aliud item exemplum vide j̃.duplic. prox. Altera duplicatio est in exceptionibus quæ aduersus accusatorum personas opponi possunt, Villal.d. addit.2.Iul. Clar.§.fin.quæst.15.in princ. De qua re vide item s̃.lib.1.cap. 6.reg.7.in fine, replic. gener.2. Tertia duplicatio est in præscriptione. Quæ duplicatio est controuersa apud Fichard. in addit.ad Vill.P.199. Quarta duplicatio est in exceptione solutionis. Quæ duplicatio approbatur & distinguitur apud Villal.E.110.& S.83. Quinta duplicatio est in exceptionibus quæ omissæ reddunt iudicium retrò nullum. Viu.lib.1.iudex

non

non potest,num.13. cum sequente. Sexta duplicatio est: Nisi post sententiam non agatur ex re iudicata, sed ex prima actione: tunc enim exceptio antea omissa potest opponi. Vill.E.111. Plures duplicationes vide s̄.lib.2.cap.17. reg.4.except.11. Hæc de quinta replicatione. Sexta propositæ regulæ replicatio est: Nisi exceptio statuto denegetur. Cuius duplicatio prima est quoad retentionem rei loco pignoris, Villal. E. 113. Altera duplicatio est: Nisi cùm statuto omnis exceptio denegaretur, nullitatis exceptio obiiciatur. Villal. E. 114. Septima replicatio est: Nisi actus alio modo valere possit, quàm quo factus est. Quæ replicatio approbatur exemplo acceptilationis. M. I. C. libr. vigesimoquarto. cap.11.quæstione 5.in fine. Accedit Soarez A. 67. Huius duplicatio est: Nisi cum duorum consensus ad actum requireretur, vnius consensus defecerit: hoc enim casu nec alio modo potest valere. Quæ duplicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Vill. N. 43.& Soarez A. 66. Cuius triplicatio est: Nisi aliâs id quod fieri poterat, sub eo quod fit includatur. Villal.N.44. Octaua replicatio videtur: Nisi agatur ex noua lege, quæ sine exceptione lata est. Quæ replicatio reprobatur s̄.lib.1.cap.1. quæst.1. reg.5. Accedit Viu.lib.1. statutum disponens quod de contractibus.§. per statutum. Nona replicatio est: Nisi non habita ratione exceptionis oppositæ iudex ad vlteriora processerit: per hoc enim exceptio videtur reiecta. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.2. de except. conclus.1. Sed & eius duplicatio est: Nisi exceptio tacitè reiecta postea per modum actionis proponatur. Quæ duplicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.lib.2.de except.conclu.2. Decima replicatio est: Nisi pendente iudicio exceptionis causa superuenerit. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel.lib.2.de iudiciis, conclus.3.num.6. cum sequente.

IIII. Regula: Exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam opponendæ. s̄.lib.2. cap.7.reg.10. Peremptoriæ exceptiones post litem contestatam opponendæ. M.I.C.d.cap.1. quæst.9.reg.2.& M.I.P. libr.5.cap.9. reg.6. Cuius regulæ exceptio prima est in exceptione rei iudicatæ, item transactæ & finitæ litis: hæ enim exceptiones ante litem contestatam opponi possunt, & litis ingressum impediunt. Turz.opin.15. num.1. Cuius replicatio est: Nisi altiorem indaginem requirant. Turz.d.opin.15. num.2. Altera exceptio est in exceptione

ptione solutionis, Turz.d. opin.15.num.3. Vill.E.106. Tertia exceptio est in exceptione acceptilationis & similibus, & iis quæ ex lege oriuntur, cuius verba respiciunt principium causæ, non finem, nec effectum. Turz.d.num.3. Cuius replicatio est in exceptione pacti de non petendo, Turz.d.opin. 15.num.4. Quarta exceptio est in temporis præscriptione, Vill.P.286. Quinta exceptio est in exceptione notoria, vel quæ statim probari possit. Turz. d. opin.15. num.5. Quando dicatur statim vel in continenti probari posse, relinquitur arbitrio iudicantis, Vill.P.312.

V. Regula: Omnis exceptio perpetua est, cui nulla temporis obstat præscriptio. M.I.C. d.cap.1.quæst.10. De qua re vide s.cap.2.in fine, dupl.6.

VI. Regula: Pluribus exceptionibus quis vti non prohibetur. M.I.C. d.cap.1. quæ.11.& M.I.P. d. cap.9. reg.7. Accedit Gabriel.lib.2.de actionibus, conclus.1.num.10. Huius regulæ exceptio videtur: Nisi exceptiones inuicem sint contrariæ. Sed reprobatur M.I.C. d.quæst.11. Accedit Vill.E.112. Gabriel.d.conclus.1. num.11. cum duobus sequentibus. Admittitur tamen exceptio proposita in quibusdam casibus, quos vide apud Gabriel.d. conclus.1.num.15. cum sequentibus, vsque ad num.25.

VII. Regula: Non videtur confiteri de intentione actoris, qui exceptione vtitur. M.I.C. d. cap.1. quæstio. 12.reg.2. & M.I.P. lib.5.cap.9.reg.8. Accedit Turz.reg.24.

## DE DOLI MALI EXCEPTIONE.

VIII. Regula: Doli mali exceptio competit, si quis id petit quod est restituturus. M.I.C.lib.24.cap.2.quæst.2.causa 2.& M.I.P. d.cap.9.reg.12. Accedit Turz. opin.158. Cuius exemplum habetur apud Villalob.A.35.§. de iure regio.ibi: quod executio.

IX. Regula: Ex omnibus in factum exceptionibus doli exceptio datur. M.I.C. d.quæst.2.causa 1. Huius replicatio est: Nisi ex dolo suo reus excipiat. Turz.reg.19.

X. Regula: Contractus bonæ fidei, cui dolus causam dedit, ipso iure nullus est, etiam sine exceptione: secus in contractu stricti iuris. Vill. D.93. Bened. de Capra D. 26. & reg.87. Couarru.in reg. Possessor. de reg.iuris, parte 2.§.6. num.6.glossa in §.actionum autem, in verbo, Bonæ fidei. Instit.de actionib.item glossa in l.7.§.nec videtur.ibi: si in hoc

ipso.

ipso.ff.de dolo malo. vbi distinguitur etiam inter dolum, incidentem, & principalem, qui causam dedit contractui.

## DE IGNORANTIÆ exceptione.

XI. Regula: Ex eo quod errore & ignorantia gestum est, exceptio ignorantiæ datur M.I.C. lib.14.cap.3. quæst.1.reg.1.& M.I.P. d.cap.9.reg.13. Accedit Gabriel.lib.6.de reg.iuris. conclus.6.num.1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iuris, non facti ignorantia fuerit. M.I.C. d.reg.1.exceptio.1.& M.I.P. d.reg.13.exceptio.1. Cuius replicatio prima est: Nisi fœmina ius ignorauerit. M.I.C. d.except.1.replic.2.& M.I.P. d.excep.1.repl.3. Contradicere videtur Viu.lib.1.ignorantia. §.leges sacratissimę.ibi:& similiter ista. Altera replicatio est: Nisi miles ius ignorauerit. M.I.C. d. except.1.repl.3. & M.I. P.d.repl.3. Cuius duplicatio prima est: Nisi auratæ militiæ miles sit. Villal.M.110. Altera duplicatio est: Nisi cœlestis sit miles. Vill.M.111. Tertia replicatio est: Nisi tale sit ius, quod neque per se scire potuit, neque ex iurisconsultis, quorum copiam habuit, cognoscere. M.I.C. d.except. 1.repl.4. Accedit Viu.lib.1.ignorantia.§. leges sacratissimæ. Huius duplicatio prima est: Nisi plures Iurisconsultos non consuluerit. Villal.I.2.cum sequente. Altera duplicatio est: Nisi non de scripto iure, sed de consuetudine agatur. Viu.d.§.leges.ibi: sed ista conclusio. Quarta replicatio est, quòd ignorantia iuris excuset à dolo, quāuis non à lata culpa. Viu.d.§.leges. ibi:hinc est quod Iul.Clar.in §.fin.quæst 60.vers.quæro nunquid. Quinta replicatio est in lucrandis fructibus ex re aliena perceptis: ad hoc enim iuris ignorantia prodest, per ea quæ habentur s.libr.3.cap.13.reg.7. except.2. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est. Nisi iusiurandum interuenerit. Gabriel.lib.6.de reg.iuris, conclus.5. num.7. Plures huiusmodi exceptiones vide apud Gabriel. d.lib.6.de reg.iuris, conclus.6.

## DE ABSENTIÆ EXCEPTIONE.

XII. Regula: Si absente & non citato eo cuius interest, quid actum sit: non valet quod est actum. Gabriel.lib.2.de citationibus, concl.1.in prin. Huius exceptio videtur: Nisi lōgissimi tēporis præscriptio obstet. Quę exceptio reprobatur apud Soar.A.11. Plures exceptiones vide apud Gabr.d.cōcl.1.

DE

## DE NON NVMERATÆ pecuniæ exceptione.

XIII. Regula: Si numeratum non sit quod tanquam numeratum petitur: non numeratæ pecuniæ exceptio nocet. M.I.C. lib.24.cap.4.quæst.1.reg.1. Cuius replicatio prima est: Nisi is qui proposita exceptione vtitur, ei antea renunciauerit. Cuius duplicatio est: Nisi in ipsa cautione, qua fatetur numeratum sibi esse, exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciauerit. Turz.opin.76. Villal.R.22. Altera replicatio est: Nisi debitor chirographum prius negauerit, & de mendacio fuerit conuictus: tunc enim postea exceptio proposita ei denegatur. Gabriel.lib.5. de acquirenda possess. conclus.5.num.11.

## *DE LIBERATIONIBVS tam in genere, quàm in specie.*

## *CAP. XII.*

PRima regula: Liberationum alia ipso iure actionem tollit, alia exceptionis ope. M.I.C. lib.24. cap.5.quæst.2. diuis.2. Prioris generis exempla vide s.cap.prox.reg.3.repl. 5.dupl.1.cum sequentibus.

### DE SOLVTIONIBVS.

II. Regula: Solutione transfertur dominium, nec res in solutum data repeti potest. M.I.C. lib.24.cap.6.quæst.2.reg. 8.& M.I.P. lib.5. cap.9. reg.15. Cuius exceptio videtur: Nisi cum aliud pro alio in solutum datum esset, debitor id quod solutum est, reluere velit. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.D.5.cum addit.

III. Regula: Solutione regulariter contingit liberatio. M.I.C.d.q.2.reg.1. Cuius exceptio prima videtur: Nisi alius, non debitor soluerit. Sed reprobatur M.I.C.lib.24.ca.7.except.1. Accedit Turz.reg.90.& 98. Altera exceptio est: Nisi alij quàm creditori solutio sit facta. M.I.C. libr.24.cap.8.except.12.& M.I.P. d.reg. 15. except.1. Cuius duplicatio prima est: Nisi procuratori creditoris sit solutum. M.I.C. d.except. 12.repl.6. Huius duplicatio videtur: Nisi cum ad exigendum procurator datus esset, sine exactione ei sit solutum. Quæ duplicatio reprobatur apud Villal. P.325. Altera replicatio est: Nisi alij, cui solutio facta est, æquè actio competiit, ac

ipsi actori. M. I. C. d except.12. replic. 16. Huius duplicatio est: Nisi cùm singulis non in solidum, sed pro parte competeret actio, vni solidum sit solutum. M.I.C. d.replic.16 dupl. 4. Cuius triplicatio est: Nisi cùm fisco & priuato mulcta deberetur, fisco in solidum ea sit soluta. Iul.Clar. § fi.quæst. 95.versi.vlt. Tertia replicatio est: Nisi magistratus expulso creditore à debitore debitum exegit. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.3. de solutionib. conclus.11. Quarta replicatio videtur: Nisi debitori ab alio per vim quod debet fuerit extortum. Quæ tamen reprobatur apud Gabriel.d.conclus.11. num. 48. cum sequente. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi aliud pro alio sit solutum inuito creditori. M.I.C.lib.24.cap.9.excep. 13. & M. I. P. d. reg.15.except.2. Cuius replicatio prima est: Nisi vinum nouum pro veteri sit solutum. Villal.V.37. Altera replicatio est: Nisi is qui fideiussores dare promisit, pignus det. Quæ replicatio approbatur apud Viu. lib.2.fideiussores dare promittens. De qua tamen re vide s̃.lib.2.cap. 7.reg.21. Tertia replicatio est: Nisi cum grossam monetam accepisset, eam in minori moneta soluat. Viu. lib.2. moneta siue pecunia. Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est: Nisi alterius formæ nummi, quàm accepti sunt in solutum dentur. M. I. C. d. cap. 9.except.14. Contradicit Viu.d. moneta siue pecunia. Planè eius replicatio est: Nisi consuetudo sit in contrarium. Vill. S. 81. Plura de exceptione proposita vide s̃. cap. 1. reg. 28. Quinta exceptio videtur: Nisi idem quod acceptũ est, ex causa mutui reddatur. Quæ exceptio reprobatur apud Viu.lib.1.debitor recipiens, num.1. Admittitur, si res deterior reddatur. Viu.d. debitor, num.2. Sexta exceptio est: Nisi non solidum quod debetur, solutum sit.MI.C.d.cap.9.except.15.& M.I.P.d.reg.15.except.3.Huius replic. prima est quoad partem solutam. pro ea enim parte nihilominus contingit liberatio.M. I. C d.except.15.replic.1. & M.I.P. d. except. 3. replic.1. Huius duplicatio prima videtur: Nisi inuito creditore pars sit soluta. Vill.D.13.Contradicere videntur ea quæ habentur M.I.C. d. repl.1.in prin. Sed & contradicit Alciatus in l.quidam existimauerunt. 21. ff.si certum petatur. Quæ sententia tutior est: cùm d. l. quidam generalis sit, & eius distinctio, quæ adfertur de debito confessato, sit controuersa. Planè huius duplicationis triplic. est: Nisi quantitas quæ debebatur, non sit liquida.tunc enim

partem

partem offerendo, & pro reliquo fideiussorem præstando, vel inuito creditore pro parte oblata liberatur. Villal. D.14. Altera duplicatio est: Nisi cum genus deberetur, pars speciei sit soluta. tunc enim in nulla parte contingit liberatio. M.I.C.d.repl.1.dupl 2. Accedit Vill.O.11.cum sequente. Tertia duplicatio est: Nisi cùm vna res ex duabus deberetur, pars in vna re soluatur. hoc enim casu in nulla parte contingit liberatio. M.I C d.repl.1.dupl.3. Accedit Vill.d.O.11.cum sequente. Cuius triplicatio est, quòd in parte soluta cesset exercitium actionis. Villal. d.O.11. Quarta duplicatio est in pœnali stipulatione & aliis obligationib. accessoriis, M.I.C. d. repl.1.dupl.4. Cui tamen repugnat in pœnali stipulatione M.I.P.d.repl.1.dupl.1. Quæ sententia etiam communiter dicitur approbata apud Vill.O.13. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi in annua præstatione per multos annos minus solutum sit. Vill. P.210. Huius duplicatio est in decimis. Quæ duplicatio est controuersa apud Vill. P. 249. Septima exceptio est: Nisi debitor non suam, sed alienam rem in solutum dederit. M. I. C.d.c.9.exc.18. Huius replicatio prima est: Nisi creditor sciens rem alienam in solutum receperit. Quæ replicatio est controuersa apud Vill.D.14.in addit. & F.33. in addit. Altera replicatio est: Nisi fideiussor pauper conuentus soluat de bonis debitoris principalis. Vil. F.33.in addit.in prin.& Viu.lib. 2. fideiussor pauper. Octaua exceptio est: Nisi rem deteriorem soluerit. M.I.C d.c.9.except.21. Accedit Viu.lib.1.debitor recipiens, nu. 2. Huius replicatio prima est: Nisi non genus, sed species debeatur. tunc enim debitor rem soluendo qualis est liberatur. M.I.C.d.except.22.repl.1. Accedit Vill.R.55. Nona exceptio est: Nisi caponum debitor mortuos capones soluerit. Viu.lib.1.debitor obligatus, in fine. Decima exceptio est: Nisi numi reprobi in solutum sint dati. M.I.C d.c.9.except.27. De qua re vide S.cap.1.reg.28 Vndecima exceptio est: Nisi non debito loco sit solutum. M I.C.d.c.9.except.32. Quo casu quæritur, quis sit locus debitus solutioni? Et regulariter ibi solui debet, vbi res est. M.I.C.d.excep.32.§.nunc quis sit locus. Cuius distinctio prima est: Nisi ius vel lex aliquid fieri iubeat, non determinato loco tunc enim quocunque loco fieri potest. Turz. reg. 92. & 109. Altera distinctio est; Nisi aliter inter creditorem & debitorem conuenerit. M. I. C. d.exc.32.dist. 4. Accedit Villal. P.351. Duodecima exceptio est: Nisi non

debito tempore solutio facta sit. M.I.C.d.c.9.except.33. Huius replicatio prima est: Nisi ante tempus soluatur. M.I.C.d. except.33.repl.1. Huius duplicatio est: Nisi is qui post mortem suam restituere rogatus est, in vita restituerit. M. I. C. lib.13.cap.18.q.1.except.10. Controuertitur apud Vill. F. 56. cum sequente & R.67. Altera replicatio est: Nisi non multò post tempus solutum sit. M. I. C d.except.33.replic.2. Accedunt ea quæ habentur s. cap. 4.reg 2.except.3.repl.2.dupl.1. Huius duplicatio est: Nisi dies solutionis, & pœna, si non sua die solutum esset, ab eodem vel lege, vel homine non alterum à lege, alterum ab homine adiiceretur. tunc enim non admittitur moræ purgatio. Turz. reg. 91. & 100. Tertia replicatio est: Nisi tempus quo fieri deberet, à lege non sit adiectum: tunc enim quocunque tempore fieri potest. Turz. reg. 92. & 109.

## DE ACCEPTILATIONIBVS.

IIII. Regula, Acceptilatione tollitur obligatio M.I.C. lib.24.cap.11 q.5.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi alius quàm actor accepto tulerit. M.I.C. d. q.5. except.1. Huius replicatio est: Nisi vnus ex duobus reis stipulandi accepto tulerit: hic enim etiam alteri præiudicat. M. I. C. d.except. 1. repl.4. Huius duplicatio est: Nisi id actum sit, vt ab accepto ferente tantùm liberaretur debitor. Soarez A.14. Altera exceptio est: Nisi alia quàm verborũ obligatio accepto feratur. M. I. C. d. q. 5. except. 10. Cuius replicatio est, quòd quamuis alia quàm verborum obligatio per acceptilationem ipso iure tolli non possit, tollatur tamen exceptionis ope. M. I. C. d. except. 10. repl. 2. & d.quæst.5.in fine, replic. gener.1. Cuius duplicatio est: Nisi in id non sit consensum, vt acceptilatio vim pacti haberet. M.I.C.d.repl.gener.1.dupl.1. Accedit Soarez A.66. De qua re vide item s.cap.prox.reg.3. replic. 7. duplic. 1.

V. Regula, Si vni ex iis qui eandem pecuniam debent, accepto latum sit, liberatur & alter. M.I.C.d.cap.11.quæst.6. reg.2. Cuius exceptio est: Nisi id actum sit, vt alteri tantùm prodesset acceptilatio. Soarez A.14.

## DE NOVATIONIBVS.

VI. Regula, Nouatio fit aut in persona debitoris, aut in persona creditoris, aut in re debita, aut in tempore vel conditione obligationis. M.I.C.lib.24.c.13.in prin. Item in causa obligationis

obligationis:puta si depositum transferatur in mutuum, vel contrà. Gabriel. lib. 3. de nouationibus, conclus. 1. num. 60 & num. vltim.

VII. Regula, Nouatione tollitur obligatio, & liberatio contingit. M.I.C.lib.24.cap.12.q.3.reg.1. Cuius exceptio est: Nisi in posteriore stipulatione specialiter expressum non sit, eam prioris obligationis nouandæ causa fieri. M.I.C. d. cap.12.q.4.except.13. Accedit Villal. N.32. Gabriel.lib.3.de nouationibus,conclus.1.num.1.Declaratur exemplis.d.conclus.1.nu.2.cum duob.sequentibus. Huius replicatio prima est in delegatione debitoris. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen approbatur apud Viu.libro 2. delegatione. & Gabriel. d. conclus. 1.num.49. Altera replicatio est, quòd talis nouatio prosit ad exceptionem in casibus, in quibus olim nouatio fiebat ipso iure. Gabriel. d.concl.1.nu. 53.Quæ tamen replicatio distinguitur d. concl.1.nu.54. cum duobus sequentibus.Tertia replicatio est:Nisi ex coniecturis animus nouandi colligi possit.Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. d. concl.1.nu.57. cum duobus sequentib. Quarta replicatio est:Nisi contractus prior & posterior simul subsistere non possent. Quæ replicatio approbatur & declaratur d. conclus. 1. num. 60. cum tribus sequentibus. Quinta replicatio est in pœnali stipulatione alteri adiecta:hæc enim nouat priorem. Quæ replicatio est controuersa d.conclus.1.num.67.cum sequente.Sexta replicatio est: Nisi eadem quantitas ex eadem causa sæpius sit promissa. Quæ replicatio est controuersa d.conclus.1.num. 69. Septima replicatio videtur: Nisi debitor suum debitorem creditori soluere iusserit. hoc enim casu & mandans à creditore suo, & mandatarius à mandante liberari videtur, exceptione proposita non obstante.Quæ replicatio regulariter quidem reprobatur, admittitur verò in quibusdam casibus d.conclus.1.num.5.cum sequentibus,vsque ad num. 48.vbi etiam variè distinguitur. Octaua replicatio videtur: Nisi consuetudo,statutum vel partium consensus sit in contrarium. Quæ replicatio reprobatur d. conclus. 1. num. 48. Nona replicatio est: Nisi tempus prioris obligationis sit prorogatum. per hoc enim nouatio inducitur ope exceptionis.Quæ replicatio est controuersa d. concl. 1. num. 64. cum duob.sequentib. Decima replicatio est: Nisi præcedat numeratio, & subsequatur stipulatio; hæc enim præceden-

tem obligationem ex numeratione ortam nouat. d. concl.1. num.70. Vndecima replicatio est: Nisi mutetur causa debiti. d.conclus.1.num.vlt.

VIII. Regula, Si quis creditori suo debitorem suum delegauerit, vel creditor ab alio sit stipulatus quod alius ei debet, debitor delegans liberatur. M.I.C.lib.24.cap.13.specie 1. reg.3. Accedit Vill. D 19. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi creditor delegatum suscipere nolit. M.I.C.d.reg.3. except.1. Accedit Vill F.35. Altera exceptio est: Nisi delegatus non consentiat se delegari. M.I.C.d.reg.3.except.2. Accedit Viu.lib.2.delegatione, num.2. Tertia exceptio est: Nisi inter delegatum & creditorem cui delegatio fit, stipulatio nondum interuenerit. Viu.d.num. 2. Quarta exceptio videtur: Nisi delegatus debitor non sit. Quæ exceptio reprobatur apud Vill. D. 19. Quinta exceptio videtur: Nisi delegatus non sit soluendo, vel creditor suum ab eo consequi non possit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C.d.reg.3.except. 8. Accedit Vill.D.5.in addit.

IX. Regula, Nouatur item obligatio, si dies aut conditio ei adiiciatur. M.I.C.d.c.13.specie 3. Cuius exceptio est: Nisi prioris obligationis dies prorogetur: hoc enim casu non dicitur nouatio fieri, sed prorogatio. Quæ exceptio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.2.de dilationibus, conclus.2. Controuertitur apud eundem lib.3.de nouationibus, conclus.1.num.64.cum duob.sequentibus. Sed & eius replicatio prima est: Nisi finito tempore prioris obligationis dies prorogetur: hoc enim casu fit nouatio. Quæ replicatio approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.2.de dilationibus, conclus. 3. Altera replicatio est: Nisi in maius tempus, quàm in priore obligatione comprehensum est, fiat prorogatio. Quæ replicatio controuertitur apud Gabriel. d.lib.2. de dilationibus, conclus. 4.

## DE NOVATIONE QVÆ FIT PER litis contestationem, seu de exceptione rei iudicatæ, & in iudicium deductæ.

X. Regula, Si eadē causa quæ antea in iudicium fuit deducta, rursus in iudicium deducatur: obstat exceptio vel rei iudicatæ, vel in iudicium deductæ, per quam posterior processus infirmatur. M.I.C.lib.24.ca.14.§. sit igitur huius loci. & M.I.P.

& M.I.P. lib.5.cap.9.reg.16. Cuius exceptio prima est: Nisi exceptio litis in iudicium deductę non fuerit opposita: tunc enim valet vterque processus Vill P 316. Altera exceptio videtur: Nisi alia actione antea sit actū. Quæ exceptio reprobatur. M. I. C d.cap.14.except.5. Admittitur exceptio proposita primùm, si ex eodem delicto, vel etiam pluribus delictis in eadem re commissis plures actiones competant: tunc enim vna ex iis in iudicium deducta, altera nihilominus in iudicium deduci potest. M.I.C.d.except. 5 distinct 3. Cuius replicatio est; Nisi non plus sit in posteriore actione, quàm in priore. M. I. C. d.distinct.3.repl.1. Accedere videtur Viu. lib.1.statutum puniens. Deinde admittitur exceptio proposita, si cum antea ciuiliter actū esset, nunc criminaliter agatur: hoc enim casu criminali per ciuilem fit præiudicium. Hæc distinctio est controuersa per ea quæ habentur s̃. lib.1. cap.7.except.38.repl.10. Cuius replicatio est: Nisi per inquisitionem procedatur. Turz reg.95. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi cùm apud Ecclesiasticum iudicem causa mixti delicti in iudicium deducta esset, nunc apud ciuilem iudicem in iudicium deducatur: vel contrà. Reprobatur M.I.P.d.reg.16.except.1. Approbatur apud Vill. C. 224. Iul. Clar. §.fin.quæst.57.vers.sed hic occurrit.& vers.sed quæro. De qua re vide item s̃.lib.1.cap.6.reg.18.& cap. 7.except.38. repl. 8. Quæ autem dicantur mixta delicta, vide s̃.cap. 10. reg.3. Quarta exceptio est: Nisi testis ob falsum testimonium extraordinaria pœna à iudice, apud quem testimonium perhibuit, punitus sit: tunc enim nihilominus ab ordinario iudice puniri potest. Iul.Clar.§.fin.quæst.38.vers.sed quæro.ibi: & scias quod.

XI. Regula, Exceptio rei iudicatæ vel in iudicium deductæ alij, quàm contra quem in priore iudicio actum est, non competit. M.I.C.lib.24.c.15 reg.1.& M.I.P.d. reg. 16. except. 4. Cuius exemplum est, si prius hærede ex testamento conuento, postea ab intestato hæres conueniatur. Gabriel. lib.2.de actionibus, conclus.3.num.17.

XII. Regula, Aduersus aliud quàm qui priore iudicio egit, exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ non datur. M.I.C.d.c.15.reg.2.& M.I.P.d.reg.16.exc.5. Cuius exemplum habetur apud Gabriel.lib 7.conclus.32.num.6. Huius exceptio est: Nisi cum antea hæres scriptus ex testamento egisset, ac contra eum iudicatum esset postea legatarij

agant: his enim prior sententia præiudicat. M.I.C. d. reg. 2. except. 6. Accedit Vill. S. 44.

XIII. Regula, In alia re, quàm de qua in priore iudicio actum est, exceptio rei iudicatæ vel in iudicium deductæ non obstat. M.I.C. d. cap. 15. reg. 3. & M.I.P. d. reg. 16. except. 6. Huius exceptio prima est: Nisi cum antea plus petitum esset, postea minus petatur: hoc enim casu nihilominus exceptio rei iudicatæ obstat. M.I.C. d. reg. 3. except. 1. Contradicit Villal. A. 76. Altera exceptio est: Nisi cum antea de dominio actum esset, ac sententia contra actorem lata, nunc de possessione agatur: hoc enim casu exceptio rei iudicatæ obstat. Vill. A. 77. Tertia exceptio est: Nisi cum iudex in possessorio iudicio actori perpetuum silentium imposuisset, nunc petitorio iudicio agatur. Quæ exceptio est cõtrouersa apud Gabriel. lib. 5. de restit. spoliator. conclus. 1. nu. 88. Quarta exceptio est: Nisi cum antea ciuiliter actũ esset ad rem, nunc criminaliter agatur ad pœnam: vel contrà. De hac exceptione dictum s. reg. 10. except. 2. distinct. 2.

## DE CONFVSIONE OBLIGATIONUM.

XIIII. Regula, Si creditor debitori hæres extiterit, confunditur obligatio, & extinguitur actio. M.I.C. lib. 24. cap. 16. reg. 2. Accedit Vill. C. 215.

## DE REI DEBITÆ interitu.

XV. Regula, Si res debita interierit: liberatur debitor, vel saltem exceptione defenditur. M.I.C. lib. 24. cap. 17. reg. 1. & M.I.P. lib. 5. cap. 9. reg. 17. Accedit Viu. lib. 1. debitor speciei. Cuius exceptio prima est: Nisi post moram factam res interierit. M.I.C. d. cap. 17. except. 7. & M.I.P. d. reg. 17. except. 1. Huius replicatio prima est: Nisi debitor ad iudicium prouocauit, & lite pendente res periit. M.I.C. d. excep. 7. repl. 2. Accedit Vill. M. 127. cum addit. Huius duplicatio prima est: Nisi sine iusta causa ad iudicium prouocauit. Viu. lib. 2. debitor morosus, num. 3. Altera duplicatio est: Nisi res non eodem modo peritura fuisset penes actorem, si ei fuisset restituta. M.I.C. d. repl. 2. dupl. 3. De qua re vide item paulò inferius repl. 4. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi post moram factam transactum sit. Vill. M. 125. cum sequente. Tertia replicatio est: Nisi difficulter restitui res potuit.

tuit. Quæ replicatio approbari videtur M. I. C. d.except.7. repl.12. Controuertitur apud Villal. D.69 Magis reprobatur apud Viu.lib.1.debitorem. Admittitur in certis casibus apud Viu.d.debitorem, in fine. Quarta replicatio est: Nisi res eodem modo peritura fuisset penes actorem. Quæ replicatio controuertitur, magis tamen reprobatur apud Viu.lib. 2. debitor morosus, num 1. cum sequente. Vide item M. I. C. d.dupl.3. Quinta replicatio videtur: Nisi semel tantùm interpellatus fuerit debitor. Quæ replic. reprobatur apud Turz. reg.1.in prin. Sexta replicatio videtur: Nisi extraiudicialiter fuerit interpellatus debitor. Quæ replicatio reprobatur apud Turz. reg.64. De hisce & aliis pluribus replicationibus vide s.cap.1.eod. lib. reg.35. except.1. cum sequentibus. Hæc de prima exceptione. Altera propositę regulæ exceptio est: Nisi non certa aliqua species debeatur, sed genus. M.I.C.d.cap.17.except.11. Accedit Gabriel.lib.3 de rebus creditis conclus.1.num.1. Huius replicatio prima est: Nisi cum incerta res ex certis deberetur, omnes res istæ sint extinctæ. M.I.C.d.except.11. repl.1. Accedit Gabriel.d. conclus.1. num.7. Altera replicatio est: Nisi genus debeatur respectu certæ speciei. Gabriel. d. conclus.1. num. 2. Huius duplicatio est: Nisi debitor non habuerit facultatem soluendi certam speciem ex iis quæ perierunt. Gabriel.d.conclus.1.num.3. Tertia replicatio est: Nisi creditor speciē oblatam accipere noluit, eáque postea periit. M.I.C.d.except.11. replic. 3. Accedit Gabriel.d.conclus.1.num.6. Huius duplicatio prima est: Nisi debitor pecuniam oblatam, creditore accipere recusante, obsignatam non deposuit, vel nō rectè. M.I.C.d.repl.3 dupl. 2. Huius triplicatio est, Nisi creditor frumentum oblatum ratione fertilitatis accipere noluit, expectans caritatis annonæ tempus. hoc enim casu, quamuis depositum frumentum non sit, imò quamuis nec perierit, debitor liberatur. Gabriel d.conclus.1.num. 8. Altera duplicatio est; Nisi res oblata non fuerit præsens. M. I. C.d. replic.3. dupl.4. Accedit Viu. lib. 1. oblatio verbalis. Cuius triplicatio est: Nisi creditor expressè solutionem oblatam recusauerit. Viu. d. oblatio, ibi: sed hoc non. Controuertitur & distinguitur apud Gabriel. libro 3. de solutionibus, conclus. 8. Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est: Nisi culpa creditoris pecunia, quam debitor in solutum daturus erat, interierit. M.I.C. d. exc.11. repl.4. Accedit Gabriel.d. concl.1. nu. 4. Quinta replicatio

est: Nisi debitum generis factum sit contemplatione creditoris. Gabriel. d. conclus. 1. nu. 5. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum illud aut illud deberetur: alterum tantùm perierit hoc enim casu nihilominus quod superest debetur. M. I. C. d. cap. 17. except. 12. Contradicit constitutio Hispanica apud Vill. D. 9. in addit. ibi: & plus dicit. Planè huius replicatio est: Nisi cum res, aut eius respectu certa quantitas deberetur: res perierit. tunc enim nec quantitas debetur. Villal. O. 16. Quarta exceptio est: Nisi debitor periculum in se receperit. Quæ exceptio approbatur M. I. C. lib. 17. cap. 4. q. 1. except. 3. repl. 5. item cap. 7. q. 2. causa 7. except. 1 replic. 3. Accedit Soarez C. 27. Huius replicatio prima est: Nisi non in genere periculum in se susceperit debitor, sed certam speciem periculi: hoc enim casu aliud periculum, quàm quod specificatum est, non præstat. Cuius duplicatio est: Nisi post expressam speciem periculi generalia verba sint subiecta. Turz. opin. 143. nu. 1. Soarez C. 27. Altera replicatio est: Nisi casus insolitus acciderit: hic enim generali verbo periculi non continetur. Turz. d. opin. 143 nu. 2. Controuertitur hæc replicatio apud Soarez C. 28. cum sequente. Hæc de quarta exceptione. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi debitor rem, quam pro re quæ interiit accepit, non restituat. Viu. lib. 1. debitor speciei. ibi: sed iste debitor.

## DE CESSIONE BONORVM.

XVI. Regula, Si debitor bonis cesserit, conuentus postea à creditoribus exceptione cessionis defenditur. M. I. C. lib. 24. cap. 18. q. 1. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi creditor renunciauerit iuri debitoris incarcerandi. Viu. lib. 1. debitor non potest. Altera exceptio est: Nisi debitor partem bonorum occultauerit, nec indicauerit. Viu. lib. 1. debitor cessionis. Huius replicatio est: Nisi sine dolo malo vel modicum celauerit. Viu. d. debitor cessionis, in fine. Tertia exceptio est: Nisi debitor antea impetrauit quinquennium, quod effluxit. Fichard. in addit. ad Vill. C. 33. Quarta exceptio videtur: Nisi debitor iuramento proposito beneficio cessionis bonorum renunciauit. Quæ exceptio reprobatur apud Vil. I. 146. O. 7. P. 10. cum sequente. Viu. lib. 1. debitor non potest per. ibi: nec valet pactum. Distinctiones quibus approbatur vide remissiuè apud Vill. O. 7. in addit. Quinta exceptio est: Nisi post factam cessionem debitor locupletior sit

factus

factus. M. I. C.d.q.1. except.7. Accedit Vill. C. 32. Sexta exceptio est: Nisi ad pœnam soluendam conuentus exceptione cessionis se defendat: hoc enim casu corpore potius pœnam luere debet, quàm exceptione cessionis defendi. Viu. lib. 1. cedere volens. Iul.Clar. in §. fin. q. 95. vers. sed pone.5.

## DE RELIQVIS CAVSIS liberationum.

XVII. Regula: Si debitor pignoribus cesserit, eaque creditori in solutum dederit, vel vendiderit: liberatur. M. I. C. libro 24. cap. 20. causa 2. Cuius exceptio est: Nisi minus sit in pignore, quàm in debito: tunc enim reliquum creditor exigere non prohibetur. M. I. C. d.causa 2. exc.1. Huius replicatio est: Nisi à iudice creditori non contradicenti in solutum pignus datum sit. Vill. P. 82.

XVIII. Regula: Si creditor debitori ad extorquendum debitum vim adhibuit, ius crediti amittit. M. I. C.d. cap.20. causa 35.& M.I.P.lib.5. cap.9.reg. 20. Accedit Fichard.in addit.2.ad Vill.L. 110. Gabriel. lib. 5 .de acquir. possess. concl.1. num.1. Huius exceptio est: Nisi sine vi compulsiua vel expulsiua extorserit. Vill. V. 41. Plures exceptiones vide apud Gabriel.d. conclus.1.

XIX. Regula: Si acta falsificauit vel corrupit creditor, causa cadit. Quæ regula controuertitur, magis tamen approbatur apud Turza.opin.81. Vill.F.4.cum addit. Soarez A. 44.Iul.Clar.in §.falsum.vers.item propter.32.Cuius exceptiones vide apud Vill.F.5.& Iul. Clar.d.vers.32.

XX. Regula: Si testes corrupit, vel instrumenta falsificauit: causa cadit actor vel reus. Quæ regula reprobatur apud Villal.T.104.

XXI. Regula: Si creditor clericum debitorem ad ciuilem iudicem in ius vocauit, Causa cadit. Turz.reg.72.Cuius except. est: Nisi sententia absolutoria ex hac causa nondum sit lata. Villal.C.97.

XXII. Regula: Si creditor ex testamento debitoris legatum petierit: ius crediti amittit. Quæ regula approbatur & distinguitur apud Vill.L.42.cum addit. De qua re vide M. I.C.lib.12.cap.2.reg.12. & s.libro prox. cap. 9. reg. 6. Hæc de liberationibus sint dicta.

# *DE IN INTEGRVM RESTItutionibus tam in genere, quàm in specie: necnon de aliis actionibus, quibus id quod gestum est rescinditur.*

## *CAP. XIII.*

HActenus de causis iuris tum acquirendi, tum retinendi est dictum. Sequitur de causis iuris amissi recuperandi inter quas primum locum obtinent in integrum restitutiones.

### DE IN INTEGRVM RESTItutionibus in genere.

I. Regula: Causæ ex quibus in integrum restitutio sit concedenda, enumerantur M. I. C. lib. 25. cap. 1. q. 1. Quarum exceptio generalis prima est: Nisi id quod perperam gestum est, fieri deberet, quamuis esset rescissum. Turz. opin. 158. Altera exceptio est: Nisi minima res vel summa sit, ob quam in integrum restitutio petitur. M. I. C. d. quæst. 1. except. gener. 2. Controuertitur hæc exceptio, magis tamen approbatur apud Gabriel. lib. 2. de restitut. in integrum. conclus. 1. Declaratur hæc exceptio definitione rei vel causæ minimæ apud Vill. C. 28. Viu. lib. 1. causa. Idem lib. 2. arbitrio iudicis, num. 2. Soarez. C. 32. Huius replicationes vide apud Gabriel. d. conclus. 1. Tertia exceptio est: Nisi aduersus executionem pœnarum in integrum restitutio petatur. Villal. R. 53. Quarta exceptio est: Nisi in integrum restitutio semel facta sit. Vill. R. 56. Quinta exceptio est: Nisi aduersus quadraginta annorum præscriptionem ex capite ignorantiæ in integrum restitutio petatur. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. cap. 2. except. 9. repl. 1. dupl. 1. tripl. 2. Sexta exceptio est: Nisi iuramento interueniente gestum sit contra quod in integrum restitutio petitur. Controuertitur hæc exceptio apud Gabr. lib. 2. de minoribus, conclus. 5. num. 10. Cuius replicatio est: Nisi ecclesia in integrum restitutionem petat. Quæ replicatio controuertitur d. conclusione 5. num. 11.

II. Regula: In integrum restitutionis causa delegari potest. M. I. C. d. cap. 1. quæst. 4. regula 2. Accedit Villal. R. 54.

III. Reg.

III. Regula: In loco contractus, non solutionis petenda est in integrum restitutio. Gabriel lib.6. de consuetudine, conclus.2.num.7.

IIII. Regula: In integrum restitutio intra quadriennium petenda ac determinanda est. M.I.C. d.cap.1. quæst.5. reg.1. M.I.P. lib.5.cap.10.reg.2. Accedit Villal.A.3. & 7. Vide item s.cap.4.reg 1.except.6. replic.3. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi aliqua causa, ob quam in integrum restitutio concedi solet, impedimento fuerit, quo minus intra quadriennium petita vel determinata sit causa restitutionis in integrum. M.I.C. d.reg.1. except.1. & M.I.P. d.reg.2.except. 1. Cuius replicatio est: Nisi causa in integrum restitutionis in iudicium deducta tale quid superuenerit. hoc enim casu nihilominus quadriennium currit: cum sit continuum, non vtile, nisi ab initio. Vill.A.5. cum addit. & num.6.vbi distinguitur in Ecclesia. Viu.lib.1. hæreditatem adeundi, num. 5. Incipit autem currere à die læsionis & impletæ præscriptionis. Vill.E.8.& R.41. Quod tamen distingui videtur apud eundem Vill.A.4. Re autem Ecclesiastica alienata, non currit quadriennium in vita prælati alienantis. Vill.E.9.& R.42. De quo etiam dictum s.libr.3. cap.6. reg.2. except.8.in fine. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi enormissima sit læsio. Turz.opin. 109. Tertia exceptio est: Nisi petens restitutionem probabiliter ignorauit. Quæ exceptio approbatur apud Vil.A.5.in addit. Viu.d.num.5.cum sequente. Quarta exceptio videtur: Nisi aduersus longissimi temporis præscriptionem in integrũ restitutio petatur. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.A.9. Quinta exceptio est: Nisi ipso iure non valeat quod gestum est. M.I.P. d.reg.2. except.2. Cuius exemplum est in militibus Reipub. causa absentibus, Vill.A.8.in addit.vlt. Sexta exceptio est: Nisi intra quadriennium experiundi potestatem non habuerit. M. I. C. libr.25. cap.5.quæst.7.except.2. Accedit Soarez A.10, cum sequente.

## DE EO QVOD METVS causa gestum est.

V. Regula: Si quid metus causa gestum est, ad id rescindendum datur actio. Quod metus causa. M.I.C. lib.25.cap. 2.quæst.3.causa 1. & M.I.P. d.cap.10.reg.5 Idem est, si in carcerem detruso vel custodito quid sit extortum. M.I.C. d.q.3. causa 14. Accedit Gabriel.lib.3. de solutionib. conclus.11.nu.

45.Soa-

45. Soarez C.13. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi meticulosus rem nullam frustra metuerit. M.I.C. d. quæst.1.except.1.& M.I.P. d.reg 5. except.1. Accedit Vill. M. 47. Quis autem sit metus qui possit cadere in constantem virum, definitur M.I.C. d.quæst.3.except.5. Cui accedit Vill. d.M.47.in addit. Item accedit excommunicationis metus, Vill. M. 48. item carceris, de quo paulò superius. Huius replicatio est: Nisi metus fuerit reuerentialis. Quæ replicatio approbatur &. distinguitur apud Vill.M.49. cum tribus sequentibus.& 87. Viu.lib.1.contractus.ibi: Accedit similiter.item eod.libr.1.metus. Altera exceptio est: Nisi in præsentia patris vel propinquorum gesserit. Villal.M.56. Tertia exceptio est: Nisi minas tantùm, nullo alio facto interueniente, metuerit. M.I.C. d.quæst.3. except.2. Cuius replicatio est: Nisi minæ factæ sint à potente. Gabriel.d. conclus.11. num.46. Quarta exceptio est: Nisi metu statuti gestum sit. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.S. 86. Quinta exceptio videtur: Nisi in ipso negocio non sit protestatus de metu. Sed reprobatur apud Vill.P.364.cum sequente,& addit.

VI. Regula: In actione Quod metus causa, in litem iuratur. M.I.C. d.cap.2.quæst.6.reg.7.& M.I.P. d.cap.10.reg.6. Accedit Viu.lib.1.metus.versi.vlt.

VII. Regula: De metu probando vide s.lib.2.cap.10.in verbo Metus.

## DE DOLO MALO.

VIII. Regula: Si quid dolo malo gestum est, ad id rescindendum de dolo actio datur. M.I.C.lib.25.cap.3.quæst. 4.causa 1. & M.I.P. d.cap.10. reg.7. Huius exceptio est: Nisi pupillus dolo fecisse dicatur. M.I.C. d.quæst.4.except.gen.1. Cuius replicatio est: Nisi pupillus pubertati proximus sit. M.I.C. d.exce.1. Quæ replicatio declaratur apud Vill.P.387.

IX. Regula: De dolo actio intra biennium, non pòst datur. M.I.C. d.cap.3.quæst.8.reg.1. Accedit Vill.D.55.in addit. ibi: actio de dolo. Cuius exceptio est: Nisi agatur ad interesse ex damno proueniens. Vill.d.versi.actio de dolo.

## DE MINORIBVS VIGINtiquinque annis.

X. Regula: Si minor vigintiquinque annis aliquid gesserit, quo læsus est: per in integrum restitutionem ei succurritur.

ritur. M.I.C. lib.85.cap.4.quæstio. 4.causa 1. & M.I.P. d.cap. 10.reg.8. Cuius regulæ prima exceptio, sumpta ex specie negocij gesti, reprobatur M.I.C. d. quæst.4. except. gener.1. Accedit Vill.M.93. Altera exceptio est: Nisi deliquit minor: hoc enim casu ei non succurritur. M.I.C. d. quæst.4 except. gener.2. Accedit Iul.Clar.in §.fin.quæst.60.in prin.ibi: quando autem minor. Huius replicatio est: Nisi non dolo, sed culpa delictum sit cõmissum. M.I.C. d.except.2. repl.5. Accedit Iul.Clar.d.quæst.60.in princ.ibi: quinimò si delictum. Tertia exceptio est: Nisi ad pœnalem actionem in integrum restitui petat minor. M.I.C. d.quæst.4.except.3. Accedit Viu.lib.2.pacem, num.3. cum tribus sequentibus. Huius replicatio est: Nisi quoad interesse pecuniarium minoris ad pœnalem actionem restitutio petatur. Viu. d. pacem, 7. Quarta exceptio videtur: Nisi lege vel statuto reputetur maior annis vigintiquinque. Quæ exceptio reprobatur apud Vill.M. 94. Quinta exceptio videtur: Nisi minor malitia & præcoci ingenio sit præditus. Quæ exceptio reprobatur apud Soar. A. 129. Sexta exceptio est: Nisi minor sit doctor iuris. Quæ exceptio approbatur & distinguitur Vill. M.96.Viu.libr.1.doctor & aduocatus. Septima exceptio est: Nisi minor in arte sua, quam profitetur, se lapsum esse dicat. Viu.d. doctor & aduocatus. Octaua exceptio est: Nisi minor non probet se læsum esse. M.I.C. d.quæst.4. except.17. Accedit Viu.lib.1.minor petens. Controuertitur apud Minsing.cent.4.obseruat.16. Huius replicatio prima est: Nisi ad probationem omissam minor se restitui petat. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.lib.2.de minoribus, conclus.1. Altera replicatio est: Nisi ad appellationem omissam minor se restitui petat. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d. libr.2. de minor. conclus.2. & Minsing.cent.4. obseruat. 17. Tertia replicatio est: Nisi aduersus confessionem minor se petat restitui. Quæ replicatio controuertitur & distinguitur apud Gabriel.d.lib. 2.de minor.conclus.3. Nona exceptio videtur: Nisi vltimo die vicesimiquinti anni minor gesserit. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.quæst.4. except.23. Accedit Villal.A.101. Soarez A. 130. Decima exceptio est: Nisi minor iuramento se obligauerit. M.I.C. d.quæst.4.except.24. & M.I.P.d.reg.8. exceptio.1. Accedit Turz.opin.152. num.4.& opin.159.num.5: Vill.M.95.S.99.ibi: & sic si statutum. Viu.libr.2.pacem, nu.6.

Gabriel.libr.2. de minor.conclus.1.num.4. Huius replicatio prima videtur: Nisi minor non fuerit certioratus de priuilegio suo. Sed reprobatur replicatio hæc apud Villalob.C. 36. Villal.M. 98. Controuertitur apud Gabriel. libr. 2. de iureiurando, conclus.3. Altera replicatio est: Nisi statuto infirmetur istiusmodi iusiurandum. Quæ replicatio approbatur certo modo apud Vill.I.152. Tertia replicatio est: Nisi enormissima sit læsio minoris. Viu.lib.1.mulier omni,num.5. Contradicit Vill.M.95. Planè huius duplicatio est: Nisi minor sciens euidentem læsionem vltrò cessit ac iurauit. Viu. d.num.5. Quarta replicatio est in confessione iurata. Quæ replicatio est controuersa apud Iul.Clar.§. fin. quæst.60. in prin.ibi: proderit etiam. Plura de hisce & aliis similibus replicationibus vide apud Gabriel.lib.2.de minoribus,conclu. 3. Vndecima exceptio est: Nisi aduersus in integrum restitutionem semel factam restitui in integrum petat. M.I.C.d. quæst.4.except.25. Accedit Vill.R.56. Duodecima exceptio est: Nisi alio iuris remedio minor indemnis seruari possit. M.I.C.d.quæst.4.except.26. Cuius replicatio prima est: Nisi beneficio l.2. C.de rescind. venditio.indemnis seruari possit. hoc enim casu nihilominus in integrum restitutionem petere potest. Quæ replicatio est controuersa apud Gabriel. lib.3.de empt.& vendit.conclu.1.num.11.cum duobus sequentibus. Decimatertia exceptio est: Nisi minor maior factus beneficio restitutionis in integrum renunciauit. Cuius replicatio est: Nisi de iure suo non fuerit certioratus. Vill. M. 97. Decimaquarta exceptio est: Nisi sobriè & prudenter gesserit minor. M.I.C. d.quæst.4.except.15. Cuius replicatio videtur: Nisi postea casu fortuito pecunia minoris perierit. Quæ replicatio reprobatur apud Vill.M.100.

XI. Regula: Alij quàm minori læso in integrum restitutio ex persona eius non conceditur. M.I.C. d.cap.4. quæst. 3.reg.1. Cuius exceptio prima est in persona hæredis minoris. M.I.C.d. reg.1.except.3. Huius replicatio est: Nisi aduersus omissam à minore hæreditatem in integrum restitutio ab hærede eius petatur. Quæ replicatio est controuersa, magis tamen reprobatur apud Viu.lib.1. hærede non adeunte,num.3. Altera exceptio videtur in socio minoris. Quæ exceptio reprobatur M.I.C. d.reg.1.except.5. & M.I.P.d.cap. 10.reg.9. Admittitur tamen, si res sit indiuidua & connexa. Vill.R.52.cum addit.

XII.Reg.

XII. Regula: In integrum restitutio ex persona minoris intra quadriennium post completum vicesimumquintum annum petenda. M.I.C. d.cap.4.quæst.12.reg.1. Cuius exceptio prima est: Nisi præscriptio, contra quam in integrum restitutio petitur, post completum demum vicesimumquintum annum fuerit completa. hoc enim casu à tempore completæ præscriptionis quadriennium currit. Vill.T.19. Altera exceptio est: Nisi minor alienationem rei suæ factam reuocauerit. hoc enim casu quinquennium illi datur. de qua re vide s̄.lib.3.cap.12.reg.20.except.8.

XIII. Regula: Minori in integrum restitutionem petenti probatio ætatis suæ incumbit. M.I.C. d. cap.4. quæstio.13. reg.4. Accedit Viu.libr.1.minor petens. Huius exceptio est: Nisi quæratur de ętate, qua maior factus potest in integrum restitutionem petere. Vill.M.191.

XIIII. Regula: Minor debet probare se læsum esse. de qua re vide s̄.reg.10.except.8.

## DE IN INTEGRVM RE-stitutione maiorum.

XV. Regula: Si absentis ius sit læsum, per in integrum restitutionem ei succurritur. M. I. C. libr.25. cap.5. quæst.3. causa 1. Cuius exemplum est, Si absentis actio sit præscripta, vel res eius vsucapta. M. I. C. d. causa 1. exemplo 1. De quo vide s̄.cap.2.except.9. Aliud exemplum isti non absimile est, Si propter absentiam intra tempus legitimum non appellauit, vel non est prosecutus appellationem. Vill.A.1. Planè propositæ regulæ exceptio est: Nisi non reipublicæ causa, sed in causa propria absens fuerit. M.I.C.d.causa 1.excep.1. Huius replicatio est: Nisi partim in sua, partim etiam reipublicæ causa abfuerit, principaliter tamen Reipub. causa. Vill.d.A.1.in addit.ibi: si verò partim.

XVI. Regula: Si reipub. causa in aliquo læsa sit, per in integrũ restitutionem ei succurritur. M.I.C. d.quæst.3.causa 20. Accedit Turz.opin.141.

XVII. Regula: Si fisci ius sit læsum, per in integrum restitutionem ei succurritur. M.I.C. d.quæst.3. causa 21. Contradicit Gabriel.lib.7.conclus.13.num.5. Huius regulæ exceptio est: Nisi ad pœnã fiscus in integrum restitui petat. Quæ exceptio est controuersa apud Gabriel.d.conclus.13.

XVIII. Regula: Ecclesiæ læsæ perinde ac minori per in integrum

integrum restitutionem succurritur M. I. P. lib. 3. cap. 1 cap. 1. reg. 18. Cuius restitutionis quadriennium à quo tempore currat definitur Villal. E. 8. cum sequente. De qua re s̄. quoque est dictum.

XIX. Regula: Rusticis quoque læsis per in integrum restitutionem succurritur. Quę regula approbatur & distinguitur apud Vill. R. 70.

XX. Regula: Ignorantia quoque est iusta causa petendę in integrum restitutionis. Viu. libr. 2. restitutio in integrum. Cuius exceptio est: Nisi aduersus quadraginta annorum præscriptionem ex capite ignorantiæ in integrum restitutio petatur. De qua re vide s̄. cap. 2. exceptio. 9. replicatio. 1. duplic. 1. triplic. 2.

XXI. Regula, In integrum restitutione aduersus temporis præscriptionem petita, non totius temporis, sed eius tantùm quo agi non potuit, vel quod superfuit, restitutio facienda. M. I. C. d. ca. 5. quæst. 6. reg. 2. & M. I. P. d. cap. 10. reg. 13. Accedit Villal. A. 129.

XXII. Regula, Minor ad totam causam restituitur: absens ad appellandum tantùm. l. vltim. ff. de restitut. in integrum. Accedit Vill. A. 8. Soarez A. 8 cum sequente. Huius exceptio prima est: Nisi absens non fuit defensus: tunc enim ad totam causam restituitur. Vill. d A. 8 in addit.

XXIII. Regula, Minorum quàm absentium & ignorantium causa in restitutionibus in integrum est fauorabilior. Quæ regula controuersa est apud Tiraquell. libro 1. retractus § 35 glossa 4 num. 46. cum sequentibus, vsque ad finem glossæ. Vill. A. 8. in addit. vlt.

## DE CONDICTIONE indebiti.

XXIIII. Regula: Condictio indebiti competit, si indebitum sit solutum. M. I. C libro 25. cap. 7. causa 2. Huius exceptio prima videtur: Nisi reus tēporis tantùm præscriptione tutus soluerit. Quæ exceptio reprobatur apud Villal. P. 199. cum nu. 200. & addi. sequente. Altera exceptio est: Nisi ius ignorans indebitum soluerit. M. I. C. d. lib. 25. cap 8. except. 27. Huius replicatio est in debito ciuili tantùm, quod etiam iuris errore solutum repeti potest. Vill. D. 15.

XXV. Regula: Condictio item indebiti competit, quando debitū quidem solutū est, sed solutione non contingit liberatio. M. I. C. d. ca. 7. causa 7. Cuius exempl. est apud Vill. S. 84.

XXVI.

XXVI. Regula, Condictio indebiti regulariter triginta annorum præscriptione repellitur, perinde ac quæuis alia. De qua re s.ca.2.in prin.est dictum. Cuius exceptio est: Nisi ex contractu lusus causa inito solutio facta sit; hoc enim casu vsque ad quadraginta annos durat condictio. Viu. lib. 2. ludentibus. §.in ludo transactio, num.3.

## DE ACTIONE PAVLIANA, si quid in fraudem creditorum gestum sit.

XXVII. Regula, Si quid in fraudem creditorum alienatum est, per actionem Paulianam reuocatur. M. I. C. lib. 25. cap.14. quæst.5. causa 1. Cuius exceptio est: Nisi debitor principalis nondum sit excussus. Vill. R.59. Huius replicatio est: Nisi notoriè constet debitorem principalem nulla bona habere. Villal. R. 60. De qua re vide plura s. cap.9. reg.1. except. 8. replic.1.

## *DE VERBORVM SIGNIFIcationibus. CAP. XIIII.*

Acquisitum definitur apud Fichard. in additionib. ad Villalob. A.13.

Alienatio, Soarez A.138.

Alius, alia, aliud, definitur apud Villal. A.99. ibi: alius. Soarez A.171.

Allodia quæ sint, definitur apud Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 49.

Antiquum, Vill. A.104. cum duobus sequentibus. Viu. lib. 1. sententia iudicis, num. 5. cum quatuor sequentibus. Soarez A.186. cum duob. sequentibus.

Apostata quis dicatur, definitur apud Iul. Clar. in §.fin.q.78. vers. apostata. 4.

Arma definiuntur M.I.C. lib.25. cap.18. in verbo Arma. Accedit Iul. Clar. §.fin. quæst.82. statuto 6. vers. & scias. 4.

Assasini definiuntur apud Viu. lib.1. assasini, num.1.

Aureus definitur apud Viu. lib.1. aureus.

Bona definiuntur M. I. C. d. cap. 18. in verbo Bona. Accedit Soarez B.37. & 39. Quod autem ibi de actionibus dicitur, exceptionem recipit in bonis certo loco descriptis. Soarez A. 62.

Damnatus coitus quis dicatur, definitur apud Iul.Clar. in §. fornicatio.verſ.5.

Declarare. Aliud eſt declarare, aliud addere, vel emendare, aut mutare. Quæ regula approbatur, declaratur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.6.de reg.iuris, concluſ.3. Sic clauſula in fine adpoſita declarat & refertur ad omnia præcedentia. quod approbatur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 6. de clauſulis, concluſ. 9.

Defendere quid ſit, Vill. D.61.

Diœceſis definitur M. I. P. libro 5. cap.11.in verbo Diœceſis Accedit Vill.D.73.

Digitus non eſt membrum. Quæ regula approbatur & diſtinguitur apud Viu.lib.2.conatus.§.homicidium, num.5. cum tribus ſequentibus.& Clar.§.fin.quæſt.69.verſ. item quæro. ibi: hinc infertur.

Dignior quis ſit relinquitur arbitrio iudicis. Vill.P.76.Viu. lib.2. arbitrio iudicis, num.1.

Diſponere, Viu.lib.1. verbum Diſponere.

Enormis & enormiſſima læſio quæ dicatur, definitur apud Gabriel. lib. 3. de empt.& vendit. concluſ. 1.num. 7. cum tribus ſequentibus.

Expreſſum quid ſit, Vill.E.149.

Filij appellatione continentur etiam nepotes. M.I.C. d.cap. 18.in verbo Filius. Accedit Vill. F. 142. 144. cum quinque ſequentibus. item T. 74. Viu. lib. 1. ſtatutum excludens fœminas, nu.5.Contradicit Vill.F.141.& 143.item Fichard. in addit. 2. ad Villal. P. 344. Controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel.lib.6.de verb. ſignific. concluſ. 1. Planè exceptio eſt in odioſis, exemplo Viu. libro 1.ſtatutum diſponens quòd pater. ibi: limitatur ſecundò. Non debet eſſe melioris conditionis neptis, quàm filia. Quæ regula controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 4. de fideicommiſſ. concluſ. 6.

Filij appellatione filia quoque continetur. M.I.C.d.cap.18.in verbo Filius. Huius exceptio prima eſt: Niſi cum teſtator de filiis maſculis diſpoſuiſſet, poſtea vel antea de filiis in genere locutus ſit: hoc enim caſu filij appellatio ad maſculos tantùm reſtringitur. Quæ exceptio controuertitur & diſtinguitur apud Gabriel. lib. 4. de teſtam. concl. 10. Altera exceptio eſt: Niſi filia ex re certa inſtituta, filius heres inſtitutus ſit, eíque ſubſtitutum ſub hac condi-

tione, Si sine filiis decesserit. hoc enim casu filiæ in conditione non videntur contineri. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabr. lib. 4. de substitution. conclus. 2. Tertia exceptio est in feudo accepto pro se & filiis, Gabriel. lib. 6. de verborum. signific. conclus. 6. num. 54. Cuius replicationes vide d. conclus. 6. num. 55. cum quatuor sequentibus.

Fœminino vocabulo non continetur masculinum. l. si ita. 46. in prin. ff. de leg. 2. Accedit Gabriel. lib. 6. de verb. signi. conclus. 6. num. 129.

Fratrum appellatione an contineatur prior, distinguitur apud Villal. L. 38.

Frumenti appellatione etiam farina continetur. Viu. lib. 1. statutum prohibens, num. 1.

Gratia definitur apud Turz. opin. 164. num. 2.

Grauia delicta quæ sint, relinquitur arbitrio iudicis, Villal. D. 56. cum addit.

In continenti quid sit, definitur apud Vill. A. 121. cum addit.

Inimicitia capitalis quæ sit, vide s. in verbo Capitalis.

Intestatus propriè non dicitur, qui testamentum facere non potest. M. I. C. lib. 10. cap. 1. q. 1. except. 3. Controuertitur tamen & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de statutis, conclus. 1. Sed & eius exceptio est: Nisi vsus loquendi in contrarium extet. Viu. lib. 2. statutum in partibus. De qua re vide item s. lib. prox. cap. 6. reg. 1. except. 1.

Inuentus & deprehensus cum armis quis dicatur, vide apud Vill. S. num. 111. Iul. Clar. §. fin. q. 82. statuto 6. vers. 1. cum sequente. item statuto 7. vers. sed hic quæro. 7. Soarez A. 268. Viu. lib. 1. statutum disponens quòd inuentus, in prin. & in verbo Statutum prohibens, num. 3.

Ipso iure quid sit, definitur apud Fichard. in addit. ad Villal. P. 300. & 354. Vide item tractatum meum feudalem cap. 5. quæst. 1. except. general. 7. Sic crimen rebellionis seu læsæ maiestatis ipso iure dicitur committi, quòd in eo sententia declaratoria non sit necessaria. De qua re vide s. libro 1. cap. 13. de lege Iulia maiestatis, post reg. 5. except. gener. 4.

Liberè quid significet in dispositione, vide apud Vill. V. 19.

Longum tempus quod sit definitur apud Vill. T. 4.

Magna & modica causa quæ sit, vide s. c. prox. reg. 1. excep. 2.

Manifestum definitur M. I. P. lib. 5. c. 11. in verbo Manifestum.

Manifestus vsurarius definitur apud Iul. Clar. in §. vsura. versic. 15.

Masculinum continet fœmininum. de quo vide š. in verbo Quis.

Membrum quid sit, vide apud Iul. Clar. in §. fin. q. 69. versic. item quæro. 3.

Membri appellatione non continetur digitus. vide š. in verbo Digitus.

Meretrix definitur M.I.P.d. cap. 11. in verbo Meretrix. Accedit Viu. lib. 1. raptor. ibi: & quæ sint.

Miserabilis quis dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, Viu. lib. 2. arbitrio iudicis, num. 4.

Nox definitur apud Iul. Clar. §. fin. quæst. 82. statuto 9. versic. quæro quomodo. 4.

Nullum est, aut certè annullandum, quod gestum est lege prohibente. l. 5. C. de legibus. Accedit Turz. opin. 184. Idem reg. 53. Cuius exceptiones habentur apud eundem Turz. reg. 38.

Pauper quis sit, definitur l. nonnulli. 10. ff. de accusationibus. Aliter definitur apud Vill. P. 55. cum addit. Viu. lib. 2. arbitrio iudicis, num. 3.

Perinde quid sit, Vill. D. 65.

Perpetuum, Vill. D. 84. in addit. §. nota tamen. ibi: dicens quod verbum. Fichard. in addit. 2. ad Vill. P. 75. Gabriel. lib. 3. de locatione, conclus. 2.

Pertinentiæ definiuntur & distinguuntur apud Gabriel. lib. 6. de verb. signif. conclus. 10.

Pia loca, Gabriel. lib. 6. de pia causa, conclus. 1. & conclus. 2.

Pia causa dicitur etiam causa alimentorum. Quę regula approbatur & distinguitur apud Soar. A. 167. cum sequente.

Præscriptio, Villal. P. 197.

Prior an appellatione fratrum contineatur, vide š. in verbo Fratrum.

Pubertati proximus quis dicatur, Villal. P. 387. Viu. libro 1. pubertati.

Publica quæ sint, vide M. I. C. d. cap. 18. in verbo Publica. Publici concubinarij qui sint, vide Viu. lib. 2. concubinarius, num. 8.

Quilibet & quodlibet distributionem significat, vt in quodlibet solidum requiratur. glossa in l. si pluribus. 45. in prin. ff. de leg. 2. Vill. D. 80. vbi additur exceptio.

Quis continet etiam fœmininum sextum. M. I. C. d. cap. 18. in verbo Quis Accedit Vill. A. 99. M. 25. cum sequente. Viu. lib. 1. statutũ disponens quòd inuentus. ibi: ampliat istud, cum sequentibus. Soarez A. 170. Cuius exceptiones vide apud Villal. M. 27. cum addit. Viu. lib. 1. statutum excludens. ibi: & licet dicto. Plura de regula proposita eiúsque exceptionibus vide apud Gabriel. libro 6. de verborum significatione conclus. 6.

Relinquere verbum quid significet, vide Turz. opin. 37. Vill. V. 23. Viu. lib. 1. verbum Relinquo

Rei appellatio omnem contractum & obligationem continet. M. I. C. d. cap. 18. in verbo Res, definit. 2. Cuius exceptio est: Nisi res certo loco circunscribatur. Soarez A. 62. Alia rei definitio habetur apud Viu. libro. 1. verb. Rei.

Scire & Scientia quid sit, vide Gabriel. libro. 7. conclus. 33. nu. 3. cum sequente.

Scholarium appellatione qui contineantur, vide Viu. libro. 2. scholarium.

Senex quis dicatur, vide Viu. lib. 1. senex. vers. vlt.

Seu particula quid significet, vide Villal. S. 64. cum addit.

Sit verbum quam vim habeat, vide Vill. V. 20.

Sit tibi tanquam ethnicus & puplicanus, quid sit, vide Vill. V. 25.

Solidus quid sit, Viu. lib. 1. aureas

Solitum quid sit, Villal. C. 189. in addit. 2. in fine. & E. 53. in fine. Viu. libro 2. solitum, num. 1. Gabriel. lib. 3. de locatione, conclus. 1. Vide item tractatum meum feudalem cap. 4. quæst. 1. except. 15. replicatione 1.

Termini, Viu. lib. 1. terminos. vers. vlt.

Testis omni exceptione maior quis dicatur, Viu. lib. 1. testis vnicus de visu, num. 10.

Vagabundus quis sit, Iul. Clar. §. fin. q. 39. vers. sed hic quæro cum vers. sequente. Soarez. B. 5.

Vniuersitas quid sit, Gabriel. lib. 6. quod cuiusque vniuersitatis, conclus. 1. num. 4. cum sequente.

Volo verbum in contractibus & vltimis voluntatibus non disponit. Villal. V. 22.

Vsque quid significet, Vill. E. 50. Tiraq. lib. 1. retractus. §. 1. glossa. 11. num. 17. vsque ad finem glossæ.

Vide item s. cap. 1. reg. 45. in prin.

Vsurarius. Viu. lib. 1. vsurarius. ibi: accedit hoc.

# DE REGVLIS IVRIS. CAP. XV.

## ACCESSORIVM.

PRima regula: Accessorium sequitur naturam sui principalis. M.I.P.lib.5. cap.12. reg. 3. Cuius exemplum primum est in clausulis adiectis contractibus. Quod exemplum approbatur, declaratur & distinguitur apud Gabriel. lib.6.de clausulis, conclus.10. Alterum exemplum est in iuramento contractibus apposito. Quod approbatur & distinguitur apud Gabriel. lib.2.de iureiurando, conclus.5.num.4. cum sequente.& nu.15.cum sequente. item conclus.10.

II. Regula, Cum principale non subsistit, nec accessorium valet. M.I.C. lib.25.cap.19. in verbo Accessio, reg.2. Cuius exempla vide apud Turz. regula 59. Huius except. videtur in contractu iurato. quamuis enim contractus non subsistat, iuramentum tamen valere videtur. Quae except. est, controuersa apud Gabriel.lib.6.de clausulis, conclus. 10.nu. 4. cum sequente.

## ACTVS LEGITIMI.

III. Regula: Actus legitimi neque conditionem recipiunt, neque diem.M.I.P.d. cap.12.6. Cuius exceptio est in casibus non expressis. Quae exceptio approbatur & declaratur apud Villal.A.53.

## BENEFICIVM.

IIII.Regula:Beneficium datur propter officium.Turz. opin.102. num.3.

V. Regula: Qui non potest gerere officium, non potest obtinere beneficium. Turzan. d.opin.102. num.2.

## CAVTIO.

VI.Regula: Plus cautionis in rem est, quàm in personam. M.I.C.d.cap.19 in verbo Cautio, reg.1. Accedit Viu.libro 2. fideiussores dare, num.2.

## COMMODVM.

VII. Regula: Ex eo non debet quis commodum percipere, quod nisus est impugnare.M.I.P.d. cap. 12.reg. 22. Approbatur, declaratur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus.1.

VIII. Regula, Ad quem non spectat incommodum, ad eum nec commodum spectare debet. Turz. reg. 12.

DESTINATVM.

IX. Regula, Destinatum pro facto habetur. De qua re vide 5. lib. 1. cap. 1. q. 1. reg. 1. in verbo Destinatum.

DVBIA.

X. Regula, In Ambigua oratione maximè spectanda est sententia eius qui eam protulit. M. I. C. d. cap. 19. in verbo Dubia, reg. 1. Accedit Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 3. num. 71. cum sequentibus, vsque ad num. 87. vbi approbatur & distinguitur regula hæc, quòd illemet debeat declarare, qui disposuit, non alius.

EXPRESSA ET NON EXPRESSA.

XI. Regula, Expressa nocent, non expressa non nocent. M. I. C. d. cap. 19. in verbo Expressa, reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi clausula pro expressis apposita sit. Quæ exceptio controuertitur & distinguitur apud Gabr. lib. 6. de clausulis, concl. 5. nu. 1. cum sequentibus. Altera exceptio est in clausulis solitis adponi in literis Apostolicis: quæ censentur inesse, licet expressæ non sint. Gabriel. lib. 6. de consuetudine, conclus. 3. nu. 2. Cuius replicatio est quoad fauorem impetrantis, Gabriel. d. conclus. 3. nu. 3.

FORTVNA.

XII. Regula, Aduersa fortuna non est in consideratione. Turz. opin. 167. nu. 3. cum sequente.

GENVS ET SPECIES.

XIII. Regula, Semper specialia generalibus insunt. M. I. C. d. cap. 19. in verbo Genus, reg. 1. Sed & approbatur, declaratur & distinguitur hæc regula apud Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 4. item eod. lib. 6. de legibus, conclus. 1. Item huius exceptio est, Quòd in dispositione generali non omnis, sed primus tantùm actus intelligatur. Quæ exceptio approbatur, declaratur & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de legibus, conclus. 2.

LÆDERE ALIVM.

XIIII. Regula, Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. M. I. C. d. cap. 19. in verbo Lædere alium, reg. 1. Cuius exemplum est in ratihabitione, quę in præiudicium tertij fieri non potest. Quod approbatur & distinguitur apud Villal. R. 1. cum addit.

XV. Re-

XV. Regula: Alterius conditionem meliorem facere possumus, deteriorem facere non possumus. M. I. C. d. lædere alium, reg. 5. Cuius exemplum habetur apud Viu. lib. 1. notarius. ibi: & aduerte quòd quando.

## LITIS CONTESTATIO.

XVI. Regula: Nemo persequendo & contestando litem, deteriorem causam suam facit, sed plerunque meliorem. M. I. C. d. cap. 19. in verbo Litis contestatio, regula. 1. Accedit Turz. reg. 63.

## RATI HABITIO.

XVII. Regula: Ratihabitio mandato comparatur M. I. P. lib. 5. cap. vlt. reg. 96. Accedit Turz. reg. 93. cum sequente, & reg. 110. cum sequente.

## RENVNCIARE.

XVIII. Regula: Si quis ex duobus iuris remediis, quæ sibi competunt, vnum elegerit, alteri renunciasse videtur l. quod in hæredem. 9. §. eligere. & ibi glossa. ff. de tributoria actione. vbi etiam distinguitur. Accedit Gabriel. lib. 2. de actionibus, conclus. 2. cum duabus conclus. sequentibus. vbi etiam distinguitur.

XIX. Regula: Renunciatio generalis in quibus obstet, vide s. lib. prox. cap. 6. post. reg. 9. exceptione 3. repl. 1. dupl. 2. triplicatione 3. cum sequente.

## SVCCESSOR.

XX. Regula: Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habet. M. I. C. d. cap. 19. in verbo Sucessor, reg. 1. Cuius exceptio prima est: Nisi creditor pignus vendiderit. Turzan. reg. 58. Altera exceptio videtur: Nisi fiscus bonis publicatis: huic enim plus iuris videtur competere, quàm alter habuit. Sed reprobatur apud Vill. F. 156.

FINIS LIBRI QVINTI
ET VLTIMI.

# TITVLI TOTIVS METHODI IVRIS CONTROVERSI, PER ALphabeticam seriem digesti.



Clericis

Fide

Legibus

Pœnis

F I N I S.

# MATERIAS OMNES VARIIS SVB TITVLIS METHODI IVRIS CONtrouersi insertas, Index iste Alphabeticus vnicuique luculentissimè & fidelissimè indicabit.



Accusatio

*Accusatio & Accusator.*

Arma

Cautio

Decapi

Denuncia-

Donata

Editio.

Exceptio

*Hæreditas & hæres.*



*Hæresis & hæreticus.*

Indicium

Iudex.

*Iudicium, & iudicatum.*

ad

Mors

Nobili

Officia

Paupertas

Pœnarum

Princeps

Rapiens

*Romipeta.*

Socius

Tribu-

*Tributum.*



*Tutor.*



*Venditor.*

Vsura.

*Vsura.*



*Vxor.*



FINIS.

## Errata sic corrigito.

SEparatim vno crimine. lege separatim de vno crimine. folio 102. linea 12. Iudæorum filiis. leg. Iudæorum filij. fo. 162. lin. 40. actus iudicilaes. leg. actus iudiciales. fol. 183. lin. 11. fuerit. leg. fuerint. fol. 200, lin. 24. additio. leg. aditio. fol, 204. lin. 10. vsurarius. leg. vsuarius. fol. 325. lin. 14. dos dato. leg. dos data. fol. 340. lin. 29. reddit. leg. redit. fol. 348, lin. 4. doct. actione. leg. dotis actione. fol. 459. lin. 39. sit dignus in. leg. sit indignus. fol. 362. lin. 27. tributum est pudendum. leg. tributum est petendũ. fol. 363. lin. 35. aquiritur. leg. acquiritur. fol. 367. lin. 2. Æficare. leg. ædificare. fol. 368. lin. 18. hypotheca constitutus. leg. hypotheca constituitur. fol. 392. lin. vlt. dominium admittitur. leg. amittitur. fol. 393. lin. 3. hæc istinctio. leg. hæc distinctio. fol. 410. lin. 2. additio. leg. aditio. fol. 476. lin. 38. ad eum. leg. ad eam. fol. 506. lin. 38.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

EXCVDEBAT

NICOLAVS GVERINVS,

Lugduni, in vico paradiſo,

M. D. LXXXI.


colorchecker CLASSIC
mm
calibrite